108 52

DE VERSU GRAECORUM HEROICO MAXIME HOMERICO

SCRIPSIT

FRANCISCUS SPITZNER

PHILOSOPH. DOCT. AA. LL. MAG. ACADEM. VITEBERG. DOC. PRIV.
LYCEI EIUSD. URBIS RECTOR, SOCIETATIS LATIN. IENENS.
SOCIUS HONORARIUS.

ACCEDUNT

EIUSDEM

MANTISSA OBSERVATIONUM CRITICARUM ET GRAMMATICARUM IN QUINTI SMYRNAEI POSTHOMERICORUM LIBROS XIV

ET

DISSERTATIO

DE

MEDIA SYLLABA PENTAMETRI GRAECORUM ELEGIACI

AUCTORE

FRIDER. TRAUG. FRIEDEMANNO

PHILOS. DOCT. AA. LL. MAG. LYCEI ZWICKAV. CONRECT. SOCIET.
LATIN. IENENS. SOCIO HONORARIO.

LIPSIAE MDCCCXVI

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

CHRISTIANO AUGUSTO LOBECK

VETER. LITERAT. APUD REGIOMONTANOS
PROFESSORI PUBL. ORD.

S. P. D.

FRANCISC. SPITZNER.

- - - - ἵνα κέν τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίην.
Hymn. Hom. in Cerer. v. 223.

Si TUO nomini, VIR PRAESTANTISSIME, tenuem hancce opellam inscribere, et ad TE transferre ausus fuero, non TUA, sed aliorum venia mihi expetenda est. Quamquam enim ingenii TUI sollertia, judicii acumen, doctrinae ubertas, quae quam late diffusa sit, qui TE totum cognitum habent, soli non quidem perspicere et comprehendere, at divinari et conjectura assequi possint, me et exterrere, et, ab hac ut desisterem temeritate, impellere debuissent, tamen, ut horum minus memor essem, effecerunt et insignis TUA humanitas, et egregia in me voluntas, quae, cum discipulus magistri eruditionem maximopere admiratus essem, me amicum amici ingenuum candorem non minus, quam singularia et paene divina cum de tota re literaria, tum de mea quantulacunque scientia merita intimo pectore persentire, summoque amore amplecti instituerunt. Ubi enim jucundissima illius temporis, quo de rebus philologicis ambulando disputare solebamus, TUIS opibus meam inopiam TU augebas, caliginem mihi offusam TUO lumine dispellebas, memoria animum subierit, ubi erepta illa bona cum ea literaria solitudine et egestate, quae eadem intra moenia nunc regnat, contulero,

tunc, dicam, quod verum est: labitur ex oculis tunc quoque gutta meis. At ne vulnera discessu TUO omnibus, quicunque in consuetudinem TUAM umquam pervenerint, i. e. desiderio TUI tenentur, inflicta recrudescant, haec altius replicare nolim, praesertim cum TUAM imaginem non animis, sed oculis nostris inhaerere, eamque nulla aut locorum distantia, aut annorum multitudine umquam apud nos esse interituram, TIBI pariter ac nobis persuasum esse certo sciam. Sed, quod ajebam, ne alii, ubi me tanto magistro indignum judicaverint, TUI nominis splendori hasce lucubrationes officere, TUAEque laudi iis a me parum provisum existiment, paene mihi verendum est. Quodsi, qui ea sententia ducantur, multi fortasse reperiantur, ii, quaeso, cogitent, me non doctrinae specimen, sed amoris mei et reverentiae in TE testimonium quoddam publicum exhibere voluisse. Si qui TUAM aut doctrinae copiam, aut comtum dicendi genus desideraverint, me eo loco esse constitutum, quo, si in religiosa temporis parsimonia horas perexiguas literarum consortio impertiendas surripere possim, praeclare de me actum puto, eos, ut recordentur, rogatos velim. Sin autem

vel TIBI, vel aliis et in testimoniis proferendis, et in rebus minutis justo loquacior visus fuero, TUA, qui, nonnisi omnibus excussis, veram ad hasce literas utilitatem redundare dictitabas, institutione atque disciplina me imbutum profitebor. Quae vero nunc expromere constitui, in eorum perscrutatione multum et studii et temporis me contrivisse, non est, quod TE, qui laborum meorum rationem teneas, pluribus admoneam. Jam cum harum quaestionum unam in libello Academico: de productione brevium syllabarum caesurae vi effecta in versu Graecorum heroico, ex Adversariis delibatam aliquot annos ante publici juris fecissem, eamque virorum doctorum suffragiis non prorsus improbatam intellexissem, quae reliqua congesta et in schedulis dispersa habebam, eorum in lucem emittendorum cupido sensim sensimque in me excitata est. Quod cum consilium SCHAEFERO V. S. indicassem, quem qui norunt ad unum omnes et suspiciunt, et amant, is, ut omni mora posita ad consilium exsequendum accingerer, mihi auctor suasorque extitit. Telae autem inceptae pertexendae nulla, quam quae oblata est, laetior, nulla exoptatior occasio mihi contingere potuit. Quo-

enim gravius dolebam, me, cum ante hunc annum patriam alio mutares solo, quominus publice TIBI valedicerem, omniaque fausta apprecarer, et temporum angustiis, et negotiorum multitudine prohibitum esse, quo molestius ferebam, amicos, nisi amore TUI, certe studio coram aliis TIBI testificando mihi antevertere, eo lubentius id agitare, eoque altius mente reponere coepi, ut, quanti TE aestimarem, aliquando in nuptiis TUIS concelebrandis aliis etiam patefieret, ut magnorum, quae in me contulisti, beneficiorum parvum quasi ἀντίδωρον extaret. Haec jam evenerunt, nuptiae TIBI instant cum HENRICA TUA, tanto marito dignissima, et ejusdem amantissima, quae fratris sui praematura morte TIBI erepti, patriae, cujus maximo flagras amore, aliorum, quotquot reliquisti, amicorum desiderium levabit, cujus in amicitiam me quoque TE auctore evectum esse TUORUM in me meritorum haud ultimum agnosco. Quae cum ita sint, et quanta vix ulli sive singulari Dei gratia, sive egregio naturae favore, tanta bona TIBI cumulate accesserint, quod TIBI amplius, nisi hoc unum, ut et in literarum elegantiorum emolumentum, et in TUORUM

solatium hisce diu frui, nobisque ad seros usque annos interesse divina providentia TIBI permittat, votis meis expetere possim, non video. Ut vero, quae in hoc libello, de versu Graecorum heroico maxime Homerico inscripto, traditurus eram, tum TIBI, tum aliis clarius intelligatur, argumentum ejus brevissime explanabo. Etenim dixi primum de versus heroici caesura, tum de syllabarum brevium, sive eae in vocabulorum fine, sive in initio, sive in ipsis mediis verbis offerantur, productionibus, postea de correptione ante literas liquidas cum mutis connexas, de hiatu, de apostropho, de synizesi: ita quidem, ut maxime ad Homerica atque Hesiodea, quae vulgo habentur, carmina respicerem, iisque, quae in epicis serioris aevi poëmatis huc pertinentia deprehendisse mihi videbar, annecterem. Jam vero ut in exemplis ex Iliade et Odyssea afferendis singulas, e quibus coaluisse videntur, particulas non disjungerem ac separarem, ea me potissimum impulit causâ, quod, si numeros ac peculiarem syllabarum mensuram spectes, aequabilitâtem quandam per totum Homerum diffusam, et leges easdem servatas intelligas, et proinde hoc quidem

argumento de singulorum librorum seriore prioreve origine nihil, quod expediat, conjicere possis; et in universum lingua in immortalibus illis monumentis expressa plerumque tam sui similis, tamque congrua apparet, ut, nisi res enarratae saepius, quam ab uno eodemque poëta admitti potuisset, sibi ipsis adversarentur, illam sententiam, qua putamus, Homeri carmina non unius, sed variorum poëtarum studio enata, et temporis demum decursu in unum corpus compacta esse, paene amandare possis. Quum vero illud negari non possit, hoc etiam firmum, quo innitatur, argumentum habebit. Cujus quidem repugnantiae Spohnius noster in libello de agro Trojano p. 24. sqq. plura, eaque ex Iliade petita, exempla in medium protulit, alia in Odyssea obvia ejusdem sollertiae et acumini brevi eruditorum orbis debebit. Nam profecto negari non potest, in Odyssea, quae multo aptioribus quam Ilias singularum partium compagibus continetur, multa quoque hujus generis lectori attento suppeditari. Ut unum certe commemorem, vide modo, quae Odyss. Rhaps. ψ, 227. de Ulixis lecto nemini cognito referantur, cll. ejusdem libri vers. 288. 89. Sed haec ulte-

rius persequi non meum est. E recentiorum poëtarum libris attuli nonnisi ea, quae Hermanni, viri sagacissimi earumque rerum peritissimi, industriam vel effugerant, vel ab eo nondum exposita erant. Ex hisce autem disciplinam quandam versus Graecorum heroici prognatam et ortam speraverim, ut, quibus illorum scriptorum studium cordi sit, certe aliquanto melius perspiciant, quid, si numerorum rationem habeas, poëtae illi sibi concessum putaverint, quid secus sit, quaeque iis ipsis, quae librariorum socordiae tribuenda sint. Quamquam autem rerum harum cognitionem tam late patere, ut in multis vel post longa molimina nihil extricare potuerim, probe intelligam, tamen, si, toto opere perlecto, TU aliique harum rerum arbitri idonei me his promissis aliqua certe ex parte stetisse judicaverint, nihil, quod hoc libello amplius expetiturus sim, restat. Quae autem huic literarum generi venia concedi solet, ea, ut partim taedium ex hisce minutiis lectorum in animis creatum submoverem, partim scriptorum ipsorum sanitati consulerem, nonnumquam usus, et a re proposita exspatiatus, locis poëtarum vel vere, vel ex mea sententia cor-

ruptis opem qualemcunque afferre studui. Unde etiam factum est, ut, HAHNIO, viro honestissimo, praeside officinae de humanitatis studiis promovendis longo ex tempore optime meritae, annuente, priori libello alterum observationes grammaticas et criticas in Quinti Smyrnaei Posthomerica continentem comitem adjungerem. Quod reliquum est, TE, VIR PRAESTANTISSIME, rogo atque obsecro, ut hasce commentationes lumine benigno excipere velis, meque in posterum etiam TUO amore dignari pergas.

Dabam Vitebergae
die Imo mensis Junii
cIↃIↃCCCXV.

DE

VERSU GRAECORUM

HEROICO

MAXIME HOMERICO.

CAP. I.

De caesura Hexametri Homerici.

§. 1.

De caesura tertii pedis propria.

Quo ex tempore tum in alias naturae beneficio magis, quam regularum praeceptis inventas et excultas doctrinas, tum in metricam artem philosophiae lumen ac certam severae viae rationisque disciplinam viri docti transferre conati sunt, versuum caesura, quam veteres harum rerum periti, qui quae aderant, in poëtarum carminibus, unice spectabant, appositam singulorum verborum separationem mediis versibus vel pede interrupto vel finito illatam, prouti metrorum genus desiderabat, appellarunt, vario modo a variis descripta est. Hermannus primum altiora metricae rei fundamenta positurus in libro de Metr. libr. I. Cap. 19. suam hac de re sententiam pluribus exposuit, de hexametri autem caesura in eodem libello lib. II. Cap. 32. disseruit. Putat ille in singulorum, ex quibus versus constat, ordinum finem caesuram incidere. Apelius, qui integrum illud metricae rei quasi aedificium insigni ingenii acumine et improbo fere labore ab Hermanno compositum maxime numerorum musicorum ope in metrica ab ipso nuper edita plane destructurus est, non quidem diversam et ab Hermanni mente alienam, at multo impeditiorem pariter atque accuratiorem caesurae descriptionem (metric. p. 336. sq.) nobis propinavit. Sicut enim duplex versuum genus e duplici numerorum conjunctione pro-

gnatum, quorum unum in cantus, alterum in recitationis gratiam (hoc vocat declamatorium, illud lyricum) contextum fuerit, distinguendum esse existimat, ita pro duplici versus et ordinum ratione, duplicem caesuram (lyricam et declamatoriam. cf. §. 337.) deprehendere sibi visus est. Illud autem versus momentum, ubi in metro progrediente numerorum ordo determinetur, caesuram esse dicit. Jam cum nec metricae nec caesurae integram, eamque novam doctrinam, quae certa rationis principia investigat, eaque cum poëtarum consuetudine concinere demonstrat, scripturi simus, sed modo de ea, quam naturae, ut videtur, impulsu heroici versus incisionem poëtae antiquissimi, legitimam receperint, illam litem componere nostri non judicamus. Quumque vulgaris illa et antiqua, quam primo loco posuimus, caesurae definitio, et ad propositum nostrum sufficiat, et, quod de recentiorum praeceptis dicere non liceat, a quovis, qui hexametri numeros callet, facile intelligatur, ab ea non recedamus. Quae veterum metricorum et Grammaticorum ea de re fuerit sententia, loci ab Hermanno l. l. allati abunde testantur; iisque accedit Draco Stratonicensis de metris poëtarum p. 126. 7. Elias de metris p. 77, qui quatuor heroici versus, utpote maxime usitatas, enumerat incisiones. Sunt autem hae: πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, τρίτη τροχαϊκὴ, βουκολικὴ. Sed versus ille cum tam multiplici intercapedine disjungi possit, quam et audientium auribus et recitantium voci maxime consentaneam putarent, eam epicis Graecorum poëtis, si a bucolicis discesseris, distinctionem prae ceteris placuisse sua sponte apparet. Illam in pede tertio ineunte collocatam, eandem ob causam cum Ahlwardtio V. C. in programmate vernacula lingua scripto Oldenburgi 1805. solam caesurae (τομῆς) nomine dignam judicare, reliquas (διαιρέσεις) incisiones appellare licebit. In iis, quae in commentatione Orphicorum editioni inserta p. 662. de Heroicorum poëtarum sectis, aliisque huc pertinentibus, Hermannus egregie disputavit, ubi p. 690 et de ea, quam antiquissimi Graecae gentis poëtae, ut versus modulos et sonantiores efficerent, et recitantium spiritui subvenirent, maxime frequentaverint caesuram, brevi admonuit, idem fere de hujus regionis caesura pro-

nuntiavit. At unum est, in quo, si quid video, ab ejus sententia dissentiendum erit. Etenim putat, inde ab Homero, usque ad eam aetatem, qua insigni metrorum heroicorum depravationi Nonnus, sive quisque alius fuerit, strenua occurrerit opera et versum priorum socordia et negligentia paene ad internecionem adactum regulis diligentius constitutis ab interitu servaverit, eam fere usurpatam esse caesuram, quae in prima tertii pedis syllaba inest. Quum vero illa caesura, nisi aliae eam levantes accedant incisiones, dura et aspera sit, et potissimum caesura trochaica in quarto pede admissa, versus pessumdetur, restauratorem illum epici versus trochaica caesura e quarto pede expulsa et spondeorum pondere cum dactylorum volubilitate permutato caesuram in tertio pede trochaicam introduxisse. Quanquam autem manifestum sit, vetustissimos illos poëtas, quos tres priores epicae disciplinae aetates effecisse perhibet, Homerum et Hesiodum, Homeridas et rhapsodos, et quos non re, sed nomine insignivit, usu digammatis neglecto ad versus pangendos aggressos, (quae quidem distinctio res admodum lubrica, ne dicam irrita, esse videtur,) hac caesura versum libenter disjunxisse, eam tamen prae trochaica, quam ultimae epicae aetatis propriam dicit, primum locum tenuisse, accurata singulorum versuum confecta ratione edoctus vehementer dubito. Namque hae duae primariae Homerici versus caesurae, tam saepe se invicem excipiunt, ut in singulis libris modo hujus modo illius numerus superet, immo in pluribus trochaica altera saepius deprehendatur. Ne autem sententia ista temeraria fideque idonea destituta ad irritum cadat, utque, si quidem fieri possit, alii etiam assensum dictis praebeant, unius tantummodo libri et ejus Iliados primi versus diligentiori censura perlustrare in animo est. Constat autem rhapsodia versibus sexcentis undecim, quorum septem v. 106. 145. 218. 307. 400. 466. 584. pes tertius nulla prorsus caesura distinetur. E reliquis autem sexcentis quatuor ducenti octoginta novem illam, quae in prima regionis tertiae cernitur syllaba, incisionem habent, trecenti autem decem quinque trochaeum admittunt. Sunt autem, (ut enim clarius pateat, singulas edit. Wolf. paginas breviter enumerabo,) p. 3. prioris generis ad numerum quinque, poste-

rioris quatuor: p. 4. hujus quindecim, illius decem reperiuntur: p. 5. tertius pes a trochaeo incipit in versibus duodecim, in tredecim ab una longa syllaba: p. 6. ille in septem, haec in octodecim apparet: p. 7. trochaeus regnat in quatuordecim, contrarium in decem versibus, unus ibidem caesura caret: p. 8. trochaeum in decem lineis, syllabam autem longam in quindecim ea regione animadvertimus. Porro sunt trochaei p. 9. XI. p. 10. XVII. p. 11. XV. p. 12. VIII. p. 13. XII. p. 14. XI. p. 15. totidem: p. 16. XIII. p. 17. IX. p. 18. XIII. p. 19. XVII. p. 20. XV. p. 21. XIII. p. 22. XIV. p. 23. XII. p. 24. XVI. p. 25. XIV. p. 26. XVI. p. 27. XIV. p. 28. II. Longae contra syllabae in hac sede reperiuntur p. 9. XIII. p. 10. VIII. p. 11. X. p. 12. XVI. p. 13. XIII. p. 14. XIV. p. 15. XIII. p. 16. XII. p. 17. XVI. p. 18. XII. p. 19. VII. p. 20. X. p. 21. XI. p. 22. X. p. 23. XIII. p. 24. IX. p. 25. XI. p. 26. VIII. p. 27. IX. p. 28. II. Ubi vero e vulgari sententia praecedenti syllabae conjunctas dictiones encliticas cum iis in unum fere coire vocabulum statuerimus, multi praeterea restant versus, qui priori potius, quam posteriori caesurae genere instructi sint, uti Il. *α*. 113. *καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα.* 131. *μηδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών*, multique alii. Neque tamen arbitror, Graecos eas cum antecedentibus tam arctè copulasse, ut nullo plane vel exiguo vocis intervallo singula distinerentur, ideoque eos versus non caesura trochaica, sed altera instructos judicavi. Idem autem non solum in primo Iliados libro, verum in toto et Iliados et Odysseae carmine observari potest, neutram illarum divisionum praeponi ab Homero. Odysseae Rhapsod. *Z.* versus trecenti triginta unus efficiunt, e quibus centum sexaginta sex in prima tertiae sedis parte longam proferunt syllabam, contra centum sexaginta duo trochaeum, tres v. 155. 200. 326. ibidem caesuram nullam habent.

§. 2.

De versibus, quorum pes tertius sine caesura est.

Quamquam autem potissimum iis, quae dictae sunt, versuum distinctionibus numerorum varietatem et sonos

Homerus adjuvare studuerit, tamen haud parvus, in quibus tertii pedis caesuram plane abesse videmus, versuum reperitur numerus. Quod ubi evenit, ne versus illius penuria pigre incedat, minusque suaviter ad aures accidat, alia ratione provisum est. Qui inter alios hujus generis versus saepissime offeruntur, tertio pede inchoante nomen proprium trisyllabum vel quadrisyllabum collocant, eoque, quod tum in secundo, tum in quarto pede, h. e. ante et post nomen illud, quo pes tertius incipit, incisione efferuntur, defectum istum resarcire solent. Nam uti caesura in ipso versu medio conspicua eum in duas fere aequales partes dissecat, veluti Od. *α*, 1. *Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα | πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά*, ita hac omissa, et tertio pede ab integro vocabulo exordiente tres partes epici versus efficiuntur, veluti Il. *α*, 245. *ἢ Αἴας, ἢ | Ἰδομενεὺς, ἢ | δῖος Ὀδυσσεύς*. Quae nisi singulas singularum maxime priorum partium voces a se invicem disjunctas haberent, epicae poëseos numerum vix referrent, justa autem secundae et quartae inprimis regionis incisione illata, proxime ad vulgaris caesurae sonum accedere videntur. Quare exempla hujus generis Homerus larga copia suppeditat, uti: Il. *β*, 494. *Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον*. cll. 714. *γ*, 148. *ε*, 207. 313. *ζ*, 197. *η*, 276. *θ*, 532. *ι*, 287. *λ*, 229. 660. *μ*, 21. *ν*, 93. 479. 500. 506. 527. *ξ*, 425. *ο*, 339. *π*, 25. 27. 219. 291. 535. 608. *ρ*, 137. 355. 706. *σ*, 41. 44. 46. 405. *υ*, 237. *φ*, 396. *ω*, 251. In Odyssea, quae non tanta nominum et personarum varietate abundat, maxime Telemachi nomen ita positum invenimus, ut: Od. *γ*, 475. *π*, 421. *τ*, 321. *υ*, 241. *χ*, 267. 277. 284. 400. Alia exempla habet Od. *δ*, 280. *η*, 66. *λ*, 519. *χ*, 242. Hymn. in Cer. 109. Hesiod. Theog. 257. 8. Scut. 314. At ejusdem structurae versus alii ipso nomine proprio, non solum tertium pedem totum, verum etiam ultimam secundi explent particulam, ita ut praecedentibus vel unam syllabam longam, qua spondeus oritur, vel unam duasve breves, quibus dactylus fit, adjiciant. Quo ipso, ut hocce versuum genus pariter, atque supra allatum, non quidem in tertia, sed et in quarta et in secunda regione caesura erigatur, poëtae assequuntur, eoque ordinum finis, qui a consueto loco abest, in duos alios, huic proximos, transferatur. Cujus rei, uti prioris consuetudinis, multa

offenduntur exempla, spondeos praebent. H. Il. ε, 628. Τληπόλεμον δ' Ἡρακλείδην ἠΰν τε μέγαν τε. η, 168. λ, 249. 511. 810. ρ, 754. τ, 53. υ, 160. 467. Od. γ, 247. ι, 19. κ, 82. λ, 405. ν, 375. dactylum Il. ν, 709. ἀλλ' ἤτοι Τελαμωνιάδῃ πολλοί τε καὶ ἐσθλοί. Od. δ, 343. ρ, 134. Hymn. Hom. in Ap. 250. 90. 419. 30. 32. Hymn. in Cer. 74. Hesiod. Theog. 1. ubi nomen proprium ab una brevi syllaba exorditur. Il. α, 307. ἤϊε σύν τε Μενοιτιάδῃ καὶ οἷς ἑτάροισιν. 400. ν, 351. 563. ξ, 390. π, 416. 760. ρ, 132. 270. τ, 89. χ, 115. Od. θ, 219. Hymn. in Cer. 477. Hesiod. Theog. 353. 947. Ii fere in antiquissimis epicae poëseos libris obvii sint versus, qui nomine proprio in tertiam sedem adscito legitimam caesuram excludant, at praeter illa alia quoque longioris ambitus vocabula ibidem versui intexta tertium pedem continentem efficiunt. Quae vocabula saepe ejus sunt generis, ut primam tertii et posteriorem pedis secundi partem una complectantur, eoque plus varietatis metri modulis afferant. Nec minus crebro, quod composita sunt, brevis elocutionis distinctio ad numeros firmandos in ipso tertio pede progignitur. Plurimus quidem numerus illorum e praepositionibus, alia ex aliis orationis partibus conflata sunt. Prioris generis sunt hi: Hom. Il. α, 218. 584. 466. ὤπτησαν δὲ περιφραδέως, ἐρύσαντό τε δαῖτα, i. q. saepius iisdem verbis repetitur, veluti: β, 429. η, 318. ω, 624. Od. ξ, 431. τ, 423. pariter atque ille, qui tum Il. η, 317. μίστυλλόν τ' ἄρ' ἐπιφραδέως, πεῖράν τ' ὀβελοῖσιν, tum Od. τ, 422. Il. ω, 623. cum eo conjunctus occurrit. Eadem conditione sunt: Il. δ, 332. λ, 275. 586. ν, 149. π, 155. σ, 312. ψ, 595. Od. δ, 224. ε, 418. 440. κ, 130. λ, 383. π, 110. χ, 270. ω, 163. Hes. Op. et D. 206. 409. Posterior compositionis usus obtinet Il. π, 224. χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, οὔλων τε ταπήτων. σ, 407. τ, 48. 361. ψ, 684. Od. ε, 296. η, 283. Hymn. in Ap. 205. in Ven. 4. Hymn. Hom. V, 1. Hesiod. Op. et D. 752. 774. Theog. 17. 136. 256. 466. 544. Scut. 377. Denique longiora vocabula integra, neque composita insunt Od. π, 108. 9. υ, 318. 19. ξείνους τε στυφελιζομένους, δμωάς τε γυναῖκας Ῥυστάζοντας ἀεικελίως κατὰ δώματα καλά, quocum conferantur Il. ζ, 421. ι, 584. ν, 610. ρ, 374. χ, 63. Od. δ, 263. ε, 423. ζ, 155. λ, 595. Hesiod. Op. et D. 509. Scut. 175. Ubi vox, nisi nomen proprium est, ipsum pedem tertium exorditur,

ii loci rarius inveniuntur, et in his, ne uno tenore pronuntiandus numerorum pulcritudine et vi orbus sit, plerumque caesura et in secunda et in quarta regione frangitur. In versu Il. α, 106. μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας magna editionum pars, Heynio teste Vol. IV, p. 48. ad h. l. divisim praebet, οὔπω ποτε, at usus Homericus, cf. Il. ξ, 315. Hymn. in Merc. 444. vulgatam scripturam, quam Wolfius, qui, ut cum Horatio loquar, ad Homeri sui exemplar nil molitur inepte, retinuit, magis probare videtur. Omni autem dubitatione certiora sunt: Il. γ, 71. 92. ὁππότερός τέ κε νικήσῃ, κρείσσων τε γένηται. δ. 451. θ, 346. ι, 186. κ, 502. λ, 494. ο, 368. σ, 567. τ, 58. φ, 292. χ, 247. 258. ψ, 362. Od. ζ, 200. 326. η, 123. ι, 395. 506. λ, 59. π, 80. 334. ρ, 55. τ, 432. ω, 339. Hymn. H. in Ap. 24. Hesiod. Op. et D. 220. 267. 503. 509. Theog. 448. 882. Scut. 251. 323. Denique caesurae istius neglectio nonnunquam eo nomine, quod pes insuper secundus eadem penuria premitur, insuavior redditur. Neque prorsus negandum est, versuum ita constructorum numeris quandam inconcinnitatem adspersam esse. At pro ambitu Homericorum carminum, versuum talium numerus profecto exiguus est. Veluti Il. δ, 124. αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινεν. 329. αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς. Confer praeterea Il. ν, 715. Od. η, 120. λ, 582. 593. π, 286. τ, 5. ρ, 448. σ, 83. τ, 577. φ, 75. ω, 155. In plurimis eo, quod primum certe pedem et quartum intercapedine disjunctos effinxerit, numerorum imbecillium excusatio quaedam a poëta parata videtur. Quod Homerus uno tantummodo loco, Od. ω, 155. ὕστερος, αὐτὰρ Τηλέμαχος πρόσθ' ἡγεμόνευεν, ubi nomen proprium plus licentiae sibi vindicat, praetermisit. Hesiodus, cujus numeri, sive poëtae culpa, sive centonibus extrinsecus adsutis, sive denique librariorum incuria acciderit, ab Homericorum levitate et elegantia mirum quantum distant, multo crebrius, quam exspectare par est, versus tales suppeditat. Cf. Op. et D. 183. 244. 486. 549. 602. Theog. 443. Jam vero ex Homeri locis supra allatis intelligitur, quae vir doctus in Ephemeridibus literariis Jenensibus an. 1808. N. 14. p. 188. censuerit, poëtas epicos versuum, ne clausula antegressa legentium vel audientium auribus denuo obtruderetur, a dactylo cum spon-

deo conjuncto ordiri non amasse, ea a veritate et poëtarum usu abhorrere. Qua opinione inductus in Apoll. Rhod. Argon. III, 34. εἰ δέ σοι αὐτῇ θυμὸς ἐπέσσυται, verbis transpositis: εἰ δ' αὐτῇ σοὶ θυμὸς ἐπ. legendum esse proponit. Sed cum non Homerus solum, verum etiam recentiores epicae poëseos cultores hoc versus initium haud gravatim passi sint, conjectura ista non opus est. Initio autem ejus mensurae praefixo, plerumque, ut in ipso Apollonii loco, tertius pes caesura vel trochaica vel a voce monosyllaba proficiscente discernitur, nonnunquam autem, quo loci Homeri allati magna ex parte referendi sunt, ea ipsa versus caret. Quod denique ad caesuram Hexametri legitimam apud Homerum attinet, restat, ut moneamus, verba cum praepositione ἀμφὶ composita, maxime tum, cum ei περὶ simul adhaeret, majori frui venia, neque tantum in secunda, verum etiam in quarta regione caesuram in his passim abesse. Cujus rationem in eo, quod praepositiones istae ore recitantis non tam arcto, ut nullum plane intervallum relinqueretur, vinculo connexae fuerint, positam duco. Cf. Il. θ, 348. Il. ψ, 159. Od. θ, 175. Hymn. in Ven. 272. Hesiodum autem eandem aliis quoque vocabulis concessisse veniam, non est, quod miremur. Cf. Theog. 614. Op. et D. 441. Scut. 433. Duo modo supersunt versus, unus Homeri Il. ο, 18. ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν, alter Hesiod. Scut. 202. ἱμερόεν κιθάριζεν Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός, qui et tertio et quarto pede omnis incisionis expertes, iis quae de caesura praecepimus, refragari videntur. Posteriorem facile emaculandum censeo, dummodo scribatur, ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς κ. Λητοῦς υἱός: in priore jam Bentleius, Vossius et Ahlwardtius in programmate supra allato offenderunt, neque tamen, quod placere possit, hucusque excogitatum est.

§. 3.

De caesura in quarto pede trochaica.

Caesuram, quam dicimus, trochaicam novo, nescio, an satis apto nomine diaeresin appellat Thierschius in Grammatica dialecti Homericae §. 123. Quum

enim vocabulum illud e vulgari Grammaticorum usu rem longe aliam significet, neque appellatio ista hac in re tam clara et perspicua sit, quam qua ab omni inde tempore uti solemus, non video, cur vocabulo certo incertum atque ambiguum substituere velimus. Plura omnino in iis, quae loco memorato de versu Homerico disputantur, edoceant, auctorem ab ingenii acumine aequè ac doctrinae copia instructum hanc rem levi tantum, ut ajunt, brachio perstrinxisse. Veluti cum dicit, Odysseae initium: Ἄνδρα μοι ἔννεπε nullam habere incisionem, sed illud: τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, caesura in fine adjectivi ποῖον distingui. Sin autem encliticae vis illic ea est, ut caesuram tollat, cur eandem hic agnoscere dubitabat? Sed nolo hisce immorari. Illam vero trochaicam caesuram saepe cum aliis permutatam, quandoquidem in quarta hexametri sede conspiciatur, Hermannus *) vituperavit, dixitque, eam numerorum robur ac fortitudinem imminuere, ob eamque causam a poëtis melioribus improbatam esse. Quibus autem, cum Homericorum versuum caesura illa distentorum numerus non admodum exiguus sit, excusari et metri debilitati provideri possit, rationes plures ab eo afferuntur. Prima earum tum, cum post eam prima statim quinti pedis syllaba nova caesura distinguitur, veluti Il. β, 475. ῥεῖα διακρίνωσιν, ἐπεί κε νομῷ μιγέωσιν. cf. ζ, 2. ι, 515. ω, 60. (ejusdem libri v. 526. non recte ab Hermanno in Orphic. huc refertur.) Od. δ, 126. ο, 277. ρ, 381. χ, 501. Hymn. in Cer. 17. Hesiod. Sc. 222. Alia hujus debilitatis medela in eo cernitur, quod, quo caesura illa oritur, vocabulum non amphibrachus; sed alius mensurae est. Cujus exempla laudantur Il. ι, 482. κ, 317. Similia sunt: Il. β, 479. λ, 728. Od. α, 241. δ, 684. Tum caesura ista vitii expers redditur, ubi secunda pedis quarti syllaba vocula constat monosyllaba, quae verbo proxime insequenti adjuncta trochaeum plane inauditum facit. Versus quidem ejus compositionis in Graecorum poëtarum carminibus plurimi reperiuntur, neque, ubi res ipsa loquitur, testimoniis egemus, et nonnulla a celeberrimo Orphicorum editore jam allata video. Duas igitur tantummodo solennes Homerici versus clausulas adjicio, unam: Il. α, 446. ψ, 565.

*) Vid. de Metr. libr. 2. cap. 32. ad Orph. p. 692—94.

Od. ο, 150. et alibi obviam: ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων, et alteram nullo artificio delendam, Od. γ, 129. ι, 420. ν, 365. ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο. Quibus praemissis, quaestio, quandoquidem caesuram hanc ad versus numerorumque concinnitatem ei loco minus bene illatam judicemus, remanet, Hermanni mentem, cum eam non satis aperte prodiderit, magis conjiciendo assequi, quam perspicere licet. Primum autem eos, qui vocabulo amphibracho trochaeum proferunt, inter male sonantes versus recensuit. Sunt autem hi: Il. ι, 394.

Πηλεὺς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.
ψ, 587. — — — — πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι.
ib. 760. ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο.
Od. η, 192. μνησόμεθ', ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης.

E quibus ingratus et debilis, qui inest sonus, in duobus postremis eo mitigatur, quod nova caesura trochaica finita statim eriguntur. Porro, si caesura haec Homero plane incognita fuisset, Il. ι, 394. lectione Aristarchea, vid. Schol. Venet. p. 229. recepta scribi posset γυναῖκά γε μάσσεται αὐτός. At recte jam Heynius Vol. V. p. 613. monuit, eam vocabuli hujus significationem alibi non reperiri, et deinde imitatio Menandri ab eodem Scholiasta memorata, lectionem antiquam esse, ostendit. Alibi eadem caesura, tum maxime, cum dictio enclitica vocabulo proxime adhaeret et denuo amphibrachus subsequitur, cum vocabulum monosyllabum non tam insequenti, quam praecedenti connectendum voci trochaei alteram partem facit, cum trochaeus ille unius est vocabuli, eique postpositi amphibrachi syllaba adnectitur, molesta videtur. Certe in iis, qui utpote minus suaves Homeri versus l. l. afferuntur, una alterave harum conditionum obtinet. Veluti prior Il. φ, 483. ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶν. Od. ε, 400. ζ, 294. ι, 473. μ, 181. ϑ, 554. σ, 154. altera Il. ω, 526. ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσίν. Od. ε, 476. σ, 323. tertia Od. μ, 47. — ἐπὶ δ' οὔατ' ἄλειψα ἑταίρων. Quae si auribus molestiam facessant et numerorum vim infringant, eadem mala nota inurendi sunt. Il. υ, 186. Od. α, 390. υ, 223. ex Hymnis Hom. XXVI, 5. XXXII, 5. Hes. Op. 518. 752. Theog. 319. 435. Nam duobus aliis in locis Il. β, 250. ψ, 357. trochaeum inesse, apostrophus cum intercedat, vix animadvertitur. Sunt denique loci, quos levi immu-

tatione illo numerorum incommodo liberari posse, ab Hermanno demonstratum est, uti Il. ε, 686. ζ, 157. ρ, 439. Od. λ, 298. κρατερόφρονε γείνατο παῖδε. Quod ultimo loco suasit, a Wolfio merito receptum est, idque non solum ob fortiorem numerorum sonitum, verum etiam ob ambiguitatem apostropho adjectivi remoto pariter depulsam. Il. ρ, 439. sonus fere idem est, utrum θαλερὴ δ' ἐμιαίνετο χαίτη scribas, an vulgatam retineas. In Iliade ζ, 155. αὐτὰρ οἱ Προῖτος κάκ' ἐμήσατο θυμῷ Aristarchus ipse augmentum omisit, at in talibus vel Aristarcho lente fidem adhibendam esse, egregie monuit Wolfius Proleg. nov. ed. p. LXVI. Neque autem, utrum hoc, an illud praeferas, multum interesse videtur, certe in aliis etiam locis augmentum additur, veluti Od. ω, 426. 444. in aliis omittitur, cf. Il. ξ, 253. Hesiod. Theog. 166. Quidquid autem adsciscere placeat, vulgata scriptura numeris non plus detrimenti parare potest, quam Il. ψ, 357. Τυδείδης ὄχ' ἄριστος ἐὼν λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους: vix enim trochaei sonus cadens unica illa syllaba apostropho interveniente suspensa ab auribus percipiatur. Il. ε, 686. ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλόν ἔγωγε scripserunt ἄρα μέλλον, at idem Il. ε, 205. σ, 98. φ, 604. Od. ε, 416. σ, 323. observari potest. Hymn. in Cer. 249. ξείνη σε πυρὶ ἔνι πολλῷ. Illo versu lector Homericae dialecti assuetus non potest non offendi, quare Hermannus in Homericorum Hymnor. ed. ad h. l. scribendum esse: ξείνη σ' ἤδ' ἐν πυρὶ πολλῷ suspicatus est. Neque immerito monstrat, Homerum semper ἐν πυρὶ, nunquam ordine inverso cecinisse, quamquam adjectivum praepositioni interdum praemittatur, veluti Il. δ, 215. τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην. Pari modo Hesiod. Scut. 373. numeris offensus versum illum mutandum esse ab Hermanno Orph. l. l. propositum est. Ceterum ex his jam manifestum esse judicaverim, caesuram illam, quam Latinos poëtas et prae reliquis Ovidium minime ingratam habuisse, eorum opera docent, in Homericis etiam carminibus prorsus deleri non posse. Ut enim multis in versibus iis, quas attulimus, causis defendi et numerorum sono suus honor ea labefactatus auxilio extrinsecus adveniente restitui possit, alii tamen extant loci, ubi, nisi libere profiteri velis, Homerum hac quoque caesura, etsi parcius, usum esse, nullo prorsus artificio excusatio invenienda est.

CAP. II.

De syllabarum brevium in Homericis carminibus productione.

SECTIO I.

De syllabis in vocabulorum fine caesurae vi productis.

§. 1.

Quae ante hos duos annos hac de re in libello academico exposui, et doctorum virorum assensu, et mei ipsius experientia, magna ex parte comprobata intellexi. Haec igitur novis curis partim aucta partim confirmata quaestio ex illis, quae tum dixi, primum repetenda erit. Etenim Hermannus, qui primus omnium metricorum ad hanc veterum poëtarum licentiam, quam vulgo jactant; diligentiori studio, quam antea a quoquam factum erat, in additamentis ad Orpheum p. 697. et de Metr. p. 67. 68. attendit, pro rei, quam persequitur, finibus, qui quam late pateant, nemo nescit, singula non tam pertractare, quam enumerare potuit. Multus quidem est priori loco in enumerandis singulorum poëtarum, qui post Homerum floruerunt, locutionibus, ubi illa heroici versus libertas deprehenditur at in Homeri carminibus pariter atque in Hesiodeis ingentem productionum ejusmodi numerum inveniri et nihil iis esse frequentius, utroque in libro monuit. Quae quam vera sint, nemini Homeri lectione assuefacto dicere opus est. Quamquam enim, qui ad versus pangendos primi inter Graecos se accinxerint, linguam rudem, eamque ob rem ad metri vincula sua sponte se applicantem invenerint, tamen ordo modusque in eo servandus erat, ne, quorum loquen-

di usum versibus adumbrarent, in eorum acerbam vituperationem nimia licentia evagati incurrerent. Huc accedit, quod praeclara antiquissimorum poëtarum monumenta florentibus jam Graecorum rebus, et lingua ad altius maturitatis fastigium adducta collecta sunt, et nos ea insuper Grammaticorum elegantissimorum, qui omnem duritiem laevigare, omnes naevos abstergere studebant, cura et opera perpolita habemus. Unde apparet, nullum huic quaestioni detrimentum eo afferri posse, quod, quae Iliados et Odysseae partes recentiores, quae vetustiores sint, liquido non constat; cum certum exploratumque sit, utrumque poëma esse vetustum, utrumque eorundem Grammaticorum et criticorum opera castigatum, et forma, qua etiamnum tantopere placeat, instructum. Quae cum ita sint, licet perdifficile, non tamen inutile erit, accuratius inquirere, quibus conditionibus, quibusve in formulis et verbis Homerus et Hesiodus brevem syllabam in arsi positam producere sibi concessum judicaverint. Cui quidem vetustissimorum poëtarum usui locos statim recentiorum eos, qui Hermanni diligentiam effugerunt, breviter subnectamus.

§. 2.

Primum autem intelligere par est, productionem syllabarum brevium caesurae vi effectam triplicis esse generis. Producitur enim vel syllaba, quae in brevem terminatur vocalem, insequenti voce a consona inchoante, vel quae in fine consonam habet brevem ante vocalem proxime subjunctam, vel vocalis brevis in verbi clausula posita, voce proxima pariter a vocali ordiente. Quod novissimum productionum genus ut in antiquissimorum poëtarum carminibus raro conspicitur, ita e seriorum operibus prorsus fere exsulat. Exemplum ejus generis est Il. ε, 576. ἔνθα Πυλαιμένεα ἑλέτην ἀτάλαντον Ἄρηϊ. Monendum autem est statim in fronte hujus disputationis, me ob rationes graves, quas Hermannus de emend. rat. Gramm. Graec. Cap. V. et Censor ed. Hom. Heyn. in Ephemeridib. literar. anni 1803. N. 126. attulerunt (quibuscum Wolfius Proleg. nov. Hom. ed. p. 63. Censor ejusdem libri in Ephemeridib. liter. Jenens. an. 1809. N. 243. et Jacobsius in praefat. Antholog. edition. novissim. p.

p. XXX. consentiunt) in locis, ubi metro addito ν finali succurri potest, illam licentiam nullo pacto agnoscere. Quae enim Brunckius, Ernestius, et nuper Northmorius ad Thryphiod. Exc. III. statuerunt, sola caesurae ope nulloque externo adminiculo usos, ubi tamen sua sponte offerretur, vel brevissimas syllabas Graecos produxisse, cum suavius ad aures eorum accidisset, si legissent Od. β, 166. πάντεσσι πόλεσί τε καὶ ἄλλοισι κακὸν ἔσται, quam contrarium, ea profecto nemini placere possunt. Contra mihi valde arridet Porsonii ad Eurip. Orest. 63. Hermanni et Censoris Hom. ed. Wolf. l. l. sententia, quippe qui censeant, ν illud, quo versuum Homericorum copiae et elegantiae singularis additur vis, pluribus in locis, ubi nunc abest, adjiciendum esse. Hinc non dubitaverim cum Hermanno, quem etiam in Hymnis Homericis eam scribendi normam secutum video, Il. β, 671. legere Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγεν τρεῖς νῆας ἐΐσας: etsi enim Schol. Venet. non solum ad h. l., verum etiam alibi, veluti ad β, 736. δ, 139. θ, 337. ν, 713. ξ, 456. hanc scriptionem Aristarchi auctoritate improbent, tamen, ut haec sufficiant, verendum est. Magna profecto est et esse debet in Homeri textu constituendo Aristarchi auctoritas, at, quam coeca fide Grammaticorum vulgus in ejus verba juraverit, non minus notum est. Quo factum est, ut ne tum quidem, cum, quae ille proposuerat, aperte falsa essent, ab eo recedere auderent. In quam rem conferri poterunt loci Venet. Schol. jam a Wolfio in Prolegg. notati ad Il. β, 316. δ, 235. quae Eustathius, ut plurima horum scholiorum, pariter offert. Quis igitur Aristarchum in his errare potuisse praefracte neget, praesertim quum Aristophanis judicium ejus auctoritati in his oppositum sit? teste enim Schol. Venet. ad Il. ν, 713. οὐ γάρ σφιν σταδίῃ ille scribi jussit. Quid? quod Aristarchus scripturam in verbis rejectam in praepositionibus praefert, ut Il. ξ, 202. οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν, π, 775. ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης, ο, 187. τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμεν, ubi alii consona omissa με, δέ, τε dabant, exhibuit. Gravis vero momenti etiam illud est, jam ab Hermanno et Censore l. l. expositum, in vocabulis mediis duplici literae consonae non raro ν addi, ut ἄμβροτος, τερψίμβροτος et aliis, quem usum observat Eustath. ad Il. α, 35. p. 40. ἔκλαγξαν. ὅτι δὲ καὶ ἡ ἀμφασίη, καὶ τὸ πίμπλασθαι, καὶ τὸ

καταπιμπρᾶν, καὶ ἄλλα πλεονασμὸν ἔπαθον τοῦ ν, διὰ σεμνότητα φωνῆς, ὡς καὶ τὸ ἔκλαγξαν· καὶ τὸ λίγξε βιὸς, καὶ τὸ λέλογχε, καὶ ἄγγελος, καὶ τὸ καγχαλᾷν φανήσεται ἐν ἰδίοις τόποις. cf. eundem ad Il. α, 104. p. 58. β, 389. p. 243. et ad Odyss. α, 2. p. 1382. l. 34. χ, 297. p. 1928. l. 27. ita etiam olim Il. φ, 295. vid. Clark. ubique legebatur, πρὶν κατὰ Ἰλιόφιν κλυτὰ τείχεα. Tertia, cur in his tenuiorem pleniori sono posthabendum existimem, causa haec est. Videmus breves syllabas in hujus generis conjunctionibus saepe mensuram genuinam retinere, sicut Il. μ, 94. τῶν δὲ τρίτων. Quod quidem in nulla liquida cum mutis juncta tam crebro factum animadvertimus, quam in ρ, uti infra Cap. III. monstrabo. Jam, cum haec certa sint, in syllabis illis ν adjecto metrum firmari absonum videri non potest. Certe minime dubium esse potest, literam istam in Apollonii Rhodii Argonautica, e quibus Brunckii mala sedulitas contra Henr. Stephani auctoritatem expulit, ut nuper etiam in Ephemerid. literar. Jenens. a. 1814. No. 210. pluribus monitum est, futuro editori reducendam esse, sive singulis in locis codices habeant, sive ea careant. Miram enim eorum diligentiam et religionem, qui in his plus, quam aurium judicio, codicum fidei tribuere velint, suo jure jam notavit Porson. ad Eurip. Orest. l. l. Pari modo, quoties metrum permittat, toties literae liquidae in compositis vocabulis apud poëtam Alexandrinum geminandae erunt, cum idem Brunckius unam earum plerumque sustulerit. Sed ea in re a veterum consuetudine aberratum esse, testimonium Eustathii edocet pluribus in locis, veluti Il. τ, 150. p. 1175. l. 5. ὅρα, ὅτι ἄρεκτον διὰ μέτρον οὐκ ἐδιπλασίασε τὸ ρ, ὡς καὶ τὸ νῆσος ἀμφιρύτη καὶ ἄλλα πολλά. cf. eundem ad Il. η, 133. p. 671. Magna autem productionum istarum multitudo ex Homero ejici potest, Aeolicae adspirationis, quam Dawesius, Bentlejus, alii in Ionici poëtae reliquiis deprehendere sibi visi sunt, interventu. Quam quominus amplecterer doctrinam, graves, ut infra Cap. IV. explanabo, me impediverunt causae. Itaque opinionem receptam nondum deserere, atque syllabas, quibus illo artificio justa mensura adjici possit, aliis brevibus caesurae vi sola productis annumerare in animo est.

§. 3.

Quae cum re proposita et conveniant, et ab ea abhorreant, vidimus; jam vero ad ea, quae poëtae Graeco et potissimum antiquissimis illis, quos Homeri Hesiodique nomine complectimur, libertatem illam brevis syllabae caesurae auxilio producendae vindicaverint, transgrediendum erit. Ita vero in his versari opus est, ut primum nonnulla in universum observata moneam, quibuscum singulis singularum productionum locis deinceps enumeratis poëtarum usus conferri possit. Jam primum si quaeratur, utrum veteres in illa libertate certas quasdam secuti sint rationes, eas, si quae sint, ex ipsis poëtarum monumentis diligenti observatione repetendas esse, patet. In quibus, cum pleraque saepissime redeant, et lectoris, vel in haec animum non intendentis, oculos quasi feriant, fieri non potest, quin multa ab aliis jam observata, quae huc faciant, inveniantur. Quod quidem ad veteres Homeri commentatores attinet, ex his pauca modo huc spectantia eruas. Quo ex genere sunt, quae Eustath. repetitis vicibus monet de vi, quam in syllabae brevis mensuram exserat adspiratio vocalis vel accentus, quibus seu syllaba producta, seu, quae eam excipit, notata est. Vide ejus commentaria ad Il. α, 4. p. 13. v. 193. p. 80. 81. γ, 40. p. 380. δ, 155. p. 458. v. 338. p. 480. ζ, 62. p. 625. v. 443. p. 684. v. 479. p. 675. et inprimis Od. γ, 230. p. 1464. l. 65. Cum iis, quae Eustathius locis laudatis tradit, veterum metricorum et technicorum praecepta de his syllabis, quas communes (κοινὰς) appellant, fere concinisse, indicio sunt Draco Stratonicens. de metr. poëtarum p. 6. sqq. et idem p. 149. Tricha de metr. p. 45. Quorum prior et syllabam circumflexo notatam antegressam tempus addere posse ratus est, cujus exemplum protulit Il. ζ, 81. πάντη ἐποιχόμενοι, πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν. Quae Grammaticorum commenta ex parte modo veritatem attingere, nemo non intelligit: uti enim facile perspicitur, spiritum vel accentum syllabae ipsi impositum, ut vox diutius in ea remaneat, suadere, vel certe haud aegre admittere posse, ita, quomodo ex posteriori vel priori syllaba spiritus aut accentus pronunciando transferri possit, quum ob illud ipsum ea syllaba brevius tempus

habeat, vix et ne vix quidem cuiquam persuadeatur. Facile igitur concesserim, in illo Il. ζ, 62. ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρὶ, ubi diligentiores, Eustathio referente, lectionem per dipthongum ἀπαὶ ἕθεν repudiabant, accentum ad syllabam protrahendam satis valuisse, in aliis autem, uti Il. ξ, 1. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ, spiritus solus, quo sequens vocabulum insignitur, per se longam, ut grammatici volunt, mensuram facere non potest. E recentioribus, qui in Homero illustrando et cognoscendo operam collocarunt, ejusmodi pauca monuit Clarkius, diligens metrorum ac numerorum observator, ad Il. α, 51. At praeter vim spiritus et accentus indicatam hae potissimum causae ex parte satis notae usum hunc vel stabilire vel excusare mihi videntur. Primum syllaba in caesura posita vi insequentis literae liquidae, quam et Eustathius ad Il. β, 44. p. 170. et Draco lib. laud. p. 9. agnoverunt, produci potest. Inter ipsas autem literas liquidas discriminis quiddam intercedit, ita, ut, si ex ordine, quo ad syllabas breves producendas magis minusve aptae judicari possint, eas digerere velis, primum locum ρ teneat, in medio ponantur λ et μ, et postremam demum in se provinciam ν recipiat. Cujus rei causam ex ipsa harum literarum pronuntiatione enatam credere par est. Et de litera quidem canina ejus usus exempla tam crebro deprehenduntur, ut adeo fuerint, qui vim illam huic literae semper et ubique attributam vellent, quod secus se habere multi ipsius Homeri loci demonstrant. Sed tamen eo me illud lucri capturum esse, judicaverim, quod productiones hujus literae ope adjutas omittere possum. Neque autem statuendum est, in omnibus vocabulis, quorum prima una harum literarum est, veteres idem admisisse, lectio enim accurata contrarium evincit. In pluribus modo pauca, quae hunc usum sibi vindicant, inveniuntur vocabula: ita ex iis, quae a ν inchoant, praeter νέφος et huic cognata, ac νύμφη, perexigua productionum exempla invenias. Porro alia caussa, qua ejusmodi productio defenditur, haec est. Saepius vocabulum quoddam longius est, quam ut pronunciatione ultima ejus syllaba celerius obteratur, hinc ea syllaba tum, cum ictu tollitur, producitur. Idem etiam fit, cum vocabulum pluribus in exitu brevibus syllabis effertur, multaeque ejusdem mensurae in alio vocabulo

ei adjuncto ab initio reperiuntur. Qua ratione versus supra memoratus Il. ξ, 1. firmari potest. Id tum potissimum, cum vocabulis, quae syllabis brevibus abundant, et iis longioribus, alia non minoris ambitus adjuncta sunt, Homerus admisit, ut Il. φ, 365. κνίσση μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο. Od. ζ, 262. αὐτὰρ ἐπὴν πόλιος ἐπιβείομεν. Plerumque etiam in syllaba producenda, nisi litera liquida vel aliis quibusdam rationibus eam suffultam intelligimus, hae rationes vim indicatam consociant, qua in re nihil, quod mirationem excitare possit, inesse, cum vernaculae linguae docet elocutio, tum usus poëtarum epicorum sibi constans, quo in vocabulorum initio syllabam per se brevem pluribus ejusdem mensurae insequentibus longam ducunt. Eandem, nisi majorem, efficaciam habet interpunctio, quae brevem syllabam excipit. Cujus generis longe plurima Ilias et Odyssea exempla suppeditant, et tempus, sive mora, quae syllabae deerat, pausa explent, ut etiamnum musici nostri facere consueverunt. Qua de re nuper monuit Apelius Metric. p. 196. 7. Neque autem hanc numero ipsi insitam vim veteres prorsus effugisse statuendum est. Jam Eustathius ad Il. ζ, 265. p. 645. vulgatam scripturam μένεος, ἀλκῆς τε λάθωμαι eo nomine defendit, scribens: τὸ δὲ μένεος ἐκτείνει μετρικῶς ἐνταῦθα τὴν λήγουσαν, διὰ τὴν ἀρέσκουσαν Ἀριστάρχῳ τελείαν στιγμὴν, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ οὕτω χρονίζον καὶ στάσιμον τῆς φωνῆς λόγῳ κοινῆς συλλαβῆς. Profecto autem in aprico est, eam ob rem nonnunquam syllabas brevissimas, quibus alio modo jus illud vix concedendum esset, produci, idque, quo gravior, quae a tergo quasi instat, interpunctio est, eo lubentius admitti posse. Huc inter alia referendum notum illud: οὐκ οἷος, ἅμα. Idem evenit maxime in versuum fine, adjecta particula ὡς, quia tum voce subito interpellata in syllaba priori diutius subsistimus, veluti Il. γ, 230. θεὸς ὥς. Alii porro loci ob eam, quam in pronunciatione vocis elevationem poscunt, brevem syllabam protrahunt. Huc refero substantivorum vocativos, ut Il. δ, 338. ὦ υἱὲ Πετεῶο. Ut denique verba nonnulla a consonis ineuntia, praeter ea, quae a liquida incipiant, veluti δήν, δείδω, syllabae brevis longiorem mensuram non raro adjuvant, ita etiam alia a vocalibus profecta, quae eandem vim ostendunt, inveniuntur, quo-

rum spiritus eo sono, qui longiorem mensuram facile progigneret, praeditus fuisse videtur. Neque tamen ea de causa in his vocabulis necessario de digammate Aeolico cogitandum erit. Hae fere videntur esse causae, quae longam brevium syllabarum mensuram vel permittunt, vel suadent, et revera e singulorum locorum perlustratione sigillatim instituta plurima cum iis, quae monuimus, convenire elucebit.

§. 4.

Vocalium, quae duplici utuntur mensura, prima est *α*; eadem autem in formis et verbis, ubi brevis esse debebat, quum in caesuram incidit, saepe ab Homero Hesiodoque producta invenitur, idque in omnibus fere terminationibus. Veluti in nominativo declinat. primae, in formis ejus generis, quae etiam ex Homerica oratione *α* cum *η* permutare non poterant. Quare habes Od. *τ*, 92, *ἔρδουσα μέγα ἔργον*. *ω*, 147. *ὑφήνασα μέγα*. Ita quoque declinationis tertiae accusativus, ut Il. *α*, 45. *ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην*. Quia longiori inest in vocabulo brevibus syllabis in fine instructo aut tale subsequitur, et accedente modo interpunctionis modo literae liquidae gravitate. Il. *ε*, 576. *Πυλαιμενέα ἐλέτην*. Quae huc pertinent, magna ex parte congessit Hermannus ad Orphic. p. 701. 2, quibus addantur: Il. *ε*, 547. et huic similia *μ*, 379. *π*, 818. *ρ*, 299. 626. Od. *ε*, 81. *ο*, 243. *φ*, 26. *ψ*, 153. tum Il. *ζ*, 192. *λ*, 226. Hes. Theog. 819. Od. *ω*, 494. *Ὀδυσσῆα ἔπεα*. In vocabulis brevioribus idem rarius usu venit, ac plerumque nonnisi litera insequenti liquidae Il. *α*, 394. *Δία λίσαι*. *κ*, 5. *κλαίοντα λιγέως*. *ψ*, 140. alibi *τρίποδα μέγαν*. *π*, 488. Od. *κ*, 116. *ἕνα μάρψας*. At Il. *ν*, 224. *οὔτε τινὰ δέος*, de more vocabulum *δέος* productionem efficit; et Od. *κ*, 141. *ναύλοχον ἐς λιμένα, καί τις* interpunctio, quae vocabulis monosyllabis plus etiam ponderis nanciscitur. Idem Il. *ξ*, 320. *Περσῆα πάντων*, nam aeque, ut Attici accusativum horum nominum in ultima longum ferebant, Iones eum brevem esse sinebant. cf. Prosod. canon, 88. apud Hermann. de emend. rat. Graec. Gramm. Draco Stratonicens. de metr. p. 26. l. 7. et Clark. ad Homer. Il. *α*, v. 265. Quare illud atque Il. *ε*, 827. *Ἄρηα τόγε* vix in alio, quam in nomine proprio ita scriptum inveniatur.

Idem fere versus Graefii observationem ab Hermanno ad Hymn. Hom. IV, 381. prolatam de mensura vocabulorum Ἄρης, ἀνήρ, ὕδωρ infringit, quam vero auctor ipse, Hermanno praeeunte, ad Meleagr. p. 83. et 111. rectius definit. Tuto tamen judicari poterit, voces has in carminibus Homericis pede tertio priori longa nunquam efferri, id quod cum ipsa rei natura cohaeret. Etenim cum pes ille, uti Cap. I. §. 1. docuimus, e consueto epicorum veterum more caesuram habet, quae in hac sede aegre admodum negligitur, prima ejus vocabuli syllaba nonnisi in thesi ibi produci potuisset. Quod de his valet, etiam de nonnullis aliis vocabulis, ut Ἀπόλλων, ἄορ, δαήρ, φάος, dici poterit, cum illa, si recte observavi, in Homericis extrapedis initium non producantur. Quod ad priores attinet, de his omnes Homeri loci, quibus inveniuntur, conspirant, uti Il. α, 36. 86. 370. cll. 64. 75. ἄορ praeter accusativum pluralis, cui autem alia significatio subest Od. ρ, 222. in Homericis, nonnisi dativum ἄορι dactyli numeris positum ostendit, ut Il. λ, 265. 541. alibi: at eundem ubi integrum pedem non orditur, corripit aeque, ut alias formas. cf. Il. κ, 489. ξ, 385. φ, 173. Neque compositum χρυσάωρ illi normae adversatur, vid. Il. ο, 256. Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορα. In Hesiod. Scuto 221. etiam nominativus ita offenditur μελάνδετον ἄορ ἔκειτο. At idem in voce Χρυσάωρ Theog. 281. 7. Homericam consuetudinem minus observavit, versum enim 283. una cum praecedenti non magis, quam Wolfius, V. S. ab antiquo poeta profectum censeo, ideoque sciens praetereo. Δαήρ pariter ex Homeri usu congruit, quod docent Il. γ, 180. ζ, 344. ξ, 156. cll. ω, 762. Neque minus ἀνήρ, cujus duplicem mensuram, causa non perspecta, annotat Draco p. 24, l. 5. De tragicorum usu in hoc vocabulo cf. Porson. ad Euripid. Phoen. 1670. φάος in carminibus Homericis duplicem adsciscit formam, φόως et φάος, quarum quae potior sit, solo aurium judicio et versuum concinnitate dirimi posse videtur. Nunc quidem omnibus in locis, ubi metrum syllabam ultimam longam esse permittit, recte, ut opinor, φόως legitur, praeter Od. σ, 317. αὐτὰρ ἐγὼ τούτοισι φάος πάντεσσι παρέξω, et ibidem τ, 34. φάος περικαλλὲς ἐποίει. Quae, si ad multitudinem eorum versuum, qui contrarium offerunt, attendis, profecto exigui momenti esse

videantur, vid. Il. ζ, 6. θ, 282. ο, 669. Od. ε, 2. τ, 64. et Apollon. Rhod. II, 441. III, 1223. ubi metrum non flagitabat, at ferebat, ab Homero non recessit. Et praeterea ultimo in loco Cod. Harlej. φόως suppeditat. Quod igitur non solum in unum, verum etiam in alterum locum Odysseae recipiendum esse statuam. Hesiodi enim auctoritas, cujus in carminibus, sive syllaba ultima brevis, ut Op. et D. 155. 339. Theog. 157., sive longa, ut ibid. 425. 755., requiratur, φάος constanter obtinet, Homericae elegantiae officere non potest. Caeterum veteres metrici, uti Prosod. Reg. ap. Hermann. 104. et Draco Stratonicens. p. 34. l. 22. qui, uti Hermannus ad priorem regulam demonstravit, ad verbum fere inter se concinunt, φάος duplici brevi syllaba dicendum esse arbitrantur. E quibus apparet, illud Od. π, 15. ρ, 39. et τ, 417. κύσσε τέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ contra metricorum canonem α in arsi positum longa instruere mensura. Ἄρης etiam inter vocabula ancipiti syllaba praedita metrici referunt, uti Draco p. 24. at Homerus haud aliter, ac si thesin prima syllaba occupat, eam correptam usurpat, non item recentiores poëtae, Manetho exempli causa quavis in sede producit. Exempla confirment pauca. Apotel. II, 170. ἀλλ' Ἄρης οἴκοισι Κρόνου πολιοῖο βεβηκώς. I, 245. πλησιφαὴς δ' Ἄρηϊ συναντήσασα Σελήνη. VI, 659. ὃς μὲν ὑπερτέλλων, Ἄρης. III, 211. Ἑρμοῦ δ' ἀντέλλοντος, ἐπὴν Ἄρης πάλι δύνῃ. Neque aliter Maximus Philosophus in καταρχαῖς v. 535. Sed ut haec aevi illius inscitiae condonemus, quid erit, quod de Apollonio Rhodio, cultissimo poëta, judicemus, qui duobus in locis non ita facile mutandis idem, si quod est, sibi indulsit vitium. II, 991. Νύμφης, ἥτ' Ἄρης. III, 183. φρασσόμεθ', εἴτ' Ἄρηϊ — — — —. Tragici in jambis vocem hanc priori in syllaba corripere solent, cf. Soph. Oed. Col. 947. 1391. Electr. 1243. Eurip. Troad. 391. Superest ὕδωρ, quod tragici non alio metiuntur modo, atque Ἄρης Soph. Oed. Col. 481. Eurip. Suppl. 399. Homerus nunquam, nisi in arsi dictum, ab initio protrahit, hinc duos seriorum locos Hymn. Hom. IV, 382. et Apollon. Rh. IV, 290., ubi contrarium invenitur, Hermannus mutavit, at idem deprehenditur in Batrachomyomach. 97. εἰς ὕδωρ μ' ἔρριψας et Maneth. Apotelesm. VI, 424. κόσμητοὶ κήπων ἄντλοις ὕδωρ φορέονται. Eadem

bent. Verba ubi producuntur, loci sunt hi: Il. χ, 595. ἠράμεθα μέγα κῦδος. Od. κ, 42. νισσόμεθα κενεάς. et Il. δ, 321. εἰ τότε κοῦρος ἔα, νῦν.

§. 5.

Hi fere sunt loci, qui α solum natura sua breve longae syllabae sedem occupare permittant: iis, ubi vocalis eadem litera adjecta pari mensura deprehenditur, exempla addamus. Injuria huc referrentur, Il. ε, 578. Αἰνείαν, ὅς ἐμοὶ et similia, quae e Reg. Pros. 4. cll. 142. Draco Stratonicens. p. 109. l. 1. 15. Johannis Lascaris Grammat. ed. Constant. p. 232. in fine cll. 255. At brevem e caesurae vi protractam habent: Il. β, 841. Λάρισσαν ἐριβώλακα. Hes. Op. et D. 651. εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος. Reg. Pros. 19. 72. Draco Strat. p. 20. 21. sub. v. Ἄνασσα. p. 95. s. Φοίνισσα. At lubet hoc loco ad quaestionem, neque ab aliis, quod scio, excussam, neque a re alienam, paulisper divertere. Quum enim e vulgaribus Grammaticorum libris Homerum in prima declinatione η dixisse, neque, ut seriores Attici aliique, α in hac forma scripsisse discamus, multa, quae hoc praeferunt, vocabula lectorem epicorum attentum non possunt non offendere. Huc accedit, quod, si Lexica nostra et Grammaticorum libellos de his consulas, illi non raro in his Ionicam formam η habere, ubi tamen apud Homerum nusquam reperitur, mentiuntur. Ita, Schneiderus in Lex. voc. σπεῖρα Ionicam esse perhibet σπείρη. At in Ap. Rhod. I, 527. IV, 583. σπεῖραν legitur, quod, si Ias η adsciverit, in poëta epico haud bene ferri possit. Haud aliter Matthiae, qui quam egregie alias Grammaticae Graecae praecepta illustraverit, omnes agnoscunt. Etenim §. 65. ait: Ionica dialectus η semper habet, uti σοφίη, ἡμέρη, Μούση, quod postremum nunquam ita ab Homero dictum reperitur. Thierschius, qui Homericae dialecti Grammaticam se edidisse profitetur, paulo quidem accuratius rem examinare (§. 135.) instituit, at in primo et eo tenui initio substitit, quaeque affert, ut e sequentibus patebit, non omni ex parte veritatem attingunt. Quod ad veteres Grammaticos attinet, ex iis Gregorius, Corinth. p. 445. et Grammatic. excerpta, tum e

Codic. Meermann. p. 668. tum e Vatican. a Bastio, Viro immortali, Gregorio adnexa, non sine causa Ionas longum tantum α in η vertisse testati sunt. Eam enim regulam Homerum etiam servasse res ipsa clamat. Quamobrem et de epicorum dialecto, eam in prima declinatione, ubi longum est α, η posuisse, ubi secus est, α, tradere licebit. Unde, cur et in iis, ubi nominativus α habet, casum secundum et tertium semper η recipere; uti πολυβότειρα, πουλυβοτείρης, ῃ, statim intelligitur. Quae cum ita sint, jam de Genitivo et Dativo, qui, cum vocalis eorum ultima etiam alias longa existat, ex epicorum sermone non aliter, ac per η edicti sint, nulla amplius supererit dubitatio, et modo nominativorum et accusativorum rationem reddamus. Ut vero accentus non quidem certam syllabarum longarum mensuram semper demonstrat, ei tamen nunquam adversatur, ita ex eo, in quo vocabulo α retineatur, quodque illud permutet, cognoscere possumus. Itaque, quae vel tonum acutum tertiae, vel circumflexum secundae a fine syllabae imponunt, eae voces terminationem casus recti et quarti in epicorum oratione non migrant; quibus contra e postremis duabus syllaba acuitur, eae, ut vocalis anceps in η mutetur, postulant. Eique regulae praeter verba duabus syllabis conflata, et ante α, quod tum breve est, duplici σ instructa, uti ὄσσα, νύσσα, omnia alia subsunt. Proinde, ut haec veritati congruere pateat, de singulis istorum vocabulorum classibus sigillatim exponamus. Quae vero substantiva in α terminant, et ante illud diphthongum αι collocant, ea, ut Grammatici tradunt, cf. Regul. Pr. 18. 76. Dracon. Stratonic. p. 31. l. 9. 20. l. 7. si ex aliis prognata iisque longiora sunt, in fine syllabam longam sibi poscunt, veluti ἀναγκαία. Quare illa apud poëtas epicos ita scribuntur, uti Ἀθηναίη, ἀναγκαίη, εὐναίη; quaeque minus crebro obveniunt. Il. β, 865. Γυγαίη. σ, 40. Νυσαίη. 41. Ἀκταίη. Od. η, 8. Ἀπειραίη, et adjectiva, uti Od. ρ, 181. ἀγελαίην, 231. πετραίην. Hinc etiam ἐλαίη, etsi enim vocabulum non ex alio deducatur, tamen in syllaba ante finem acuitur. Quae vero properispomena sunt, constanter α tenent, velut Il. β, 782. 784. γαῖα, αἶα; quamvis enim, cum non forma sit primitiva, longum exitum flagitarent, tamen

in metri gratiam eum corripi testes sunt veteres. *) Alia sunt Hymn. in Cer. 147. Od. β, 349. Μαῖα. Il. β, 498. Γραῖαν. Cum iis nonnulla urbium vel terrarum nomina congruunt, quippe quae in tertia a clausula syllaba tonum accipiant. Il. β, 504. Πλάταιαν. 523. Λίλαιαν. 537. Ἱστίαιαν. Hymn. in Ap. 35. Φώκαια. 44. Ῥηναῖα. Verba in εα. vid. Johann. Lascarin l. l. pari modo α longum et plurima accentum in penultima syllaba, pauca in ultima offerunt, cf. Wagner. in libello de Accentu Graecorum p. 91. 346. ea igitur in Homero omnia η adsciscunt, veluti Il. β, 607. Τεγεήν, Μαντινεήν, ζ, 145. γενεήν, et quaecunque hujusmodi ab Homero carminibus illata sunt. Longe diversa autem ratio eorum, quae diphthongum ει ante α ostendunt, esse solet. Horum enim plurima α illud breve habent. Quibus primum accensenda sunt adjectivorum in υς feminina, quae eam ob rem longum quoque accentum in penultima syllaba recipiunt. Regul. Pros. 24. Illis igitur adjectivis tum simplicibus, tum compositis, quae accentum retrorsum in tertia syllaba ponunt, perpetuo α inhaeret, uti Il. α, 532. βαθεῖαν. β, 575. εὐρεῖαν. ο, 309. ἀμφιδάσειαν. Eodem modo verba multa alia tonum in tertia syllaba erigunt, quae itidem omnia in Homericis α ubique scribuntur. Primum huc pertinent mulierum aut urbium nomina, vel a virorum nominibus, vel e brevibus mulierum ipsarum nominibus, vel denique ab aliis vocabulis oriunda. Veluti sunt: Il. δ, 515. Τριτογένεια. ε, 412. Αἰγιάλεια. Il. ι, 569. Περσεφόνειαν. Od. υ, 128. Εὐρύκλεια. Od. λ, 305. Ἰφιμέδειαν. Il. ε, 429. Ἱπποδάμειαν. Hes. Scut. 381. Ἄνθεια. Il. β, 521. Ἀνεμώρειαν. σ, 41. Λιμνώρεια. Quibus adde Il. υ, 218. ὑπώρεια. ξ, 307. πρυμνώρεια. Il. β, 829. Πιτύειαν. Il. δ, 453. μισγάγκειαν. tum epitheta e masculinis in versus commoditatem efficta, uti Hom. Il. σ, 54. δυσαριστοτόκεια. Od. λ, 235. εὐπατέρειαν. Porro, quae a substantivis in ευς feminarum cognomina trahunt ortum. Il. ζ, 300. ἱέρειαν. Od. δ, 770. λ, 345. βασίλεια. tum Il. η, 475. θά-

---

*) Brevissime hanc regulam definit Johann. Lascaris in Grammat. ed. Constantinopolit. p. 232. ὅσα καθαρὸν ἔχοντα τὸ α τῇ αι παραλήγει διφθόγγῳ, δισύλλαβα μὲν ὄντα, βραχυκαταληκτεῖ, μαῖα· ὑπερδισύλλαβα δὲ, μακροκαταληκτεῖ, σεληναία.

λεια. et Hes. Theog. 77. Θάλεια. Cujus ad normam et Hymn. in Cer. 419. et Hes. Theog. 351. Ῥόδειά τε restituam, quod nunc priori loco diversum ab accentu, altero vero Ῥοδίη evulgatur, at verendum est, ne tum, velut θαλίη et Ῥοδίη dicatur, necesse sit, idque haud immerito Draco p. 79. l. 14. affirmat dicens: Ῥοδία τὸ ᾱ ἐκτείνει. Quae in Hesiodi Theogonia 135. Θείαν τε, Ῥεῖαν τε, nisi illud poëta, ut nomen ab attributo θείη distingueret, effinxerit, Θείην legendum, hocce ι in utilitatem, metri ut in aliis multis evenit, inserto proprie Ῥέα audit. Tum etiam singula aliquot ad modum illum flexa in Homericis reperiuntur. Il. π, 767. κράνειαν. ξ, 499. κώδειαν. Il. φ, 493. πέλεια. κ, 268. Σκάνδειαν. γ, 376. τρυφάλεια. Quae laudata tonum in syllaba tertia ab initio accentum ponere, testantur. Regul. Prosod. 77. Draco p. 20. l. 15. p. 57. l. 15. Ea vero substantiva, quae ab adjectivis in ης terminatis magna ex parte derivata paroxytona fuisse verisimile est, et vocalem commutant. Vti Il. α, 149. ἀναιδείην. Od. λ, 507. ἀληθείην. ξ, 402. εὐκλείη. Il. γ, 5. κατηφείην. Quamquam enim in his e vulgari Grammaticorum doctrina accentum pariter tertia ab extrema servat syllaba, tamen Eustath. ad Od. η, 297. p. 1579. l. 28. haec affert: ἀμφιβόλως ἔχον, εἴτε ἀπὸ προπαροξυτόνου τοῦ ἀλήθειαν, εἴτε ἀπὸ παροξυτόνου τοῦ ἀληθείαν γέγονεν ἰωνικῶς. οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἀττικοὶ κατὰ Αἴλιον Διόνυσον ἐξέτεινον τὰς ἐπὶ τούτων ὀνομάτων ληγούσας. διὸ καὶ παρώξυναν αὐτά, ἡ ἀγνοία γάρ φησιν ἔλεγον καὶ ἡ εὐκλεία *), καὶ ἡ ἱερεία. καὶ ἡ ἀναιδεία δέ φησιν καὶ ἡ προνοία, ὧν πάντων ἐκτείνεται ἡ τελευταία, ἡ δὲ πρὸ αὐτῆς ὀξύνεται. Quod de his praecipit, idem in vocem Homericam κατηφείη, etsi ab Eustathio memoratis absit, cadere videtur. Neque formae illorum absimilia sunt, quae loquentium voce in vltimo loco insigniuntur, tono acuto, vti obvium. Il. φ, 339. ἀρειή. Nec magis α tuentur adjectiva, quae in ειος exeunt, et a nominibus ortum habent, vt Il. ν, 163. ταυρείην. Il. ω, 189. Od. ζ, 72. ἡμιονείην. Il. ε, 741. Γοργείη et in substan-

---

*) De hoc vocabulo et monuit Moeris Atticist. quem ibi vid. et ad eum Piersonum p. 191. et Draco Stratonic. p. 52. l. 23.

tivi locum suffectum. Il. ρ, 389. βοείην *). δ, 174. 'Αργείην. Od. ι, 134. λείη et Il. δ', 128. ἀγελείη: hoc enim a λεία est, illud modo e duabus syllabis constat. Vocabula ι ante α quae adsciscunt, hoc extendere, si duabus syllabis longiora sint, observatur in Reg. Prosod. 23. 78. Drac. Stratonic. p. 20. l. 22. Etymolog. Magn. v. Θυσία p. 261. et Schweighaeuser. ad Athen. Annot. IV, p. 421. — — — Quare non solum nomina in syllaba a fine proxima, verum etiam in ipsa ultima accentu notata per η in Homericis efferuntur, quod κραδίη Hes. Theog. 245. Θαλίη, alia, deinde Il. ι, 213. ἀνθρακιὴν, ε, 770. σκοπιὴ (plura enim afferre nihil attinet) satis evincunt. Exiguus eorum, quae a communi more remota mediam vocalem brevem sinant, numerus observatur. Reg. Prosod. 78. affert: ὄμπνια, πότνια, Πολύμνια, λάμια, ita enim restituendum esse Bastius ad Gregor. Corinth. p. 259. admonuit; eadem fere de his Draco p. 20. l. 21. refert. πότνια usus apud Homerum creberrimus est, apud Hesiod. Theog. 78. Πολύμνια legitur, ὄμπνιος illustravit Schol. ad Apoll. Rhod. Argon. IV, 989. Bisyllaba et vulgari et Homerica lingua breve per α Graecos extulisse satis produnt μία, ἴα et δῖα, de quibus etiam Draconis adnotatio est p. 79. l. 14. vid. Il. ξ, 267. φ, 569. δ, 437. Od. ξ, 435. Il. β, 615. At, si sana sunt, Il. β, 537. Εἰρετρίαν et ib. 498. Θεσπίαν, linguae Ionicae repugnant, priorem vero locum Stephanus sub voce Χαλκίς ita laudat: Χαλκίδ' Ἐρείτρειάν τε, neque dubito, revera ita in Homero legendum esse, cum et forma nihil insoliti habeat, et correptio alias Homero ingrata evitetur. Altero in versu Θεσπίαν jam e veterum sententia poëta vel ab usu communi alienam formam dixit, vel Θέσπειαν scribendum, vid. Heyn. Hom. Vol. IV, p. 498., quod ipsum amplectar, cum praeter Herodianum, cf. Eustath. p. 265. sub fin. et Etymolog. magnum voc εἰς p. 305. versum ita laudet. Quae in οια desinunt, cum aliis α immutatum praebere, Thierschius l. l. tradit, qua in re egregie fallitur, sola enim a βοῦς derivata eo modo

---

*) Poëtae, quasi verum sit nomen, inde adjectiva procuderunt. Jam Homero notum est σάκος ἑπταβόειον. Quint. Smyrn. III, 238. ἀσπίδα πολυβόειαν dixit.

flectuntur, Il. β, 536. Εὔβοιαν. β, 717. Μελίβοιαν. ε, 389. Ἠερίβοια. Od. η, 57. Περίβοια. Alia autem omnia, quibus in soluta oratione ᾰ pariter longum sit, η adsciscunt, velut Il. β, 514. αἰδοίη. Semper Τροίη, ην. His adjice Il. ι, 362. εὐπλοίην, quod, etsi proparoxytonum vulgo habetur, apud antiquiores pariter, atque ἀληθεία, notatum fuisse, credere par est. Diphthongus υια, si in finem nominum incidit, cum tum quoque α breve sit, et verba, quae hunc exitum affingunt, vel circumflexum in secunda vel acutum tonum in tertia ab extrema syllaba agnoscant, mutari nequit. Leguntur ideo Il. π, 150. Ἄρπυια. Od. δ, 246. εὐρυάγυιαν. Il. φ, 421. κυνάμυια. δ, 131. μυῖαν. Hes. Theog. 922. Εἰλείθυιαν. quorum ad normam participia ejus formae, qua Od. μ, 85. λελακυῖα est, dicuntur. At ἄγυια et ὄργυια, quorum in sermone Atticorum ultima acuebatur, ex Ionum dialecto, vid. Etymolog. Magn. v. εἷς p. 305. et Eustath. ad Od. ι, 325. p. 1631. l. 27. (ὄργυια ἡ παλαιὰ λέγει Ἀτθὶς, ὥσπερ καὶ ἄγυια.) Atticorum quoque veterum in lingua proparoxytona fuerunt. Idem fatetur Draco p. 19. l. 20. Quae si perpetua Iados consuetudo viguerit, ne Il. ε, 642. ζ, 591. ἀγυιάς ab accentu depravatum sit, vereor. Contrarium hisce, utpote oxytonum, Il. ε, 389. μητρυιή, Homero proprium fuisse intelligimus. Vocalis ultima, si fini nominum illorum praecedat, verbum aut oxytonum, aut paroxytonum esse solet: ideo in his η Homericae dialecto solum inhaeret, veluti Il. ι, 540. ἀλωήν. Duo modo offenduntur vocabula, quorum longum α a poëta intactum servatum, scilicet θεά et Ναυσικάα. cf. Il. ξ, 194. β, 807. Hymn. in Cer. 183. Ib. 210. in Ven. 168. Od. ζ, 17. 49. Illustravimus brevi, ad quam normam primae declinationis vocabula, vbi iis literae sonantes ante finem inferantur, poëtae vetustissimi exegerint: superest, ut de iis, quae consonam fini praefigant, paucis explanemus. Sed ut brevitati consulamus, eas tantummodo formas, quae duplicem admittunt exitum, attingamus. Quae igitur vocabula ante finem θ ostendunt, tribus syllabis, nisi nomina propria sunt, ut Κισσαίθα, etiam in heroico carmine α nominativi et accusativi immutatum sistunt, unde Apollon. Rhod. IV, 150. 1518. ἄκανθαν. A duplici λ instructa et duabus syllabis longiora eodem modo accentum in tertia ante finem habent,

itemque α retinent, vt Il. ζ, 346. Od. δ, 515. θύελλα (in quo cur Wagnerus, vir laudatissimus, de accentu p. 354. θυέλλα dixerit, causam perspicio nullam) Il. π, 374. ἄελλα. Hymn. in Ven. 209. ἄελλα (Ilgenius ἀέλλη ibi dum scribebat, Ionicam poëtae manum non restituit, sed delevit) Il. φ, 259. μάκελλαν. Quam constans in his poëtarum vsus fuerit, ostendit Scyllae nomen Od. μ, 223. 245. Id cum semper per η dicatur, haereó in versu 235. ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις, vbi vna particularum abjecta poëtam dedisse, ἔνθεν μὲν Σκύλλη, ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις, verisimile est; quam V. L. annotat Clark. Cum in fine να apparent, tum vbi diphthongus αι tum vbi duarum consonarum conjunctio praegressa sit, vltima brevis judicatur, cll. Reg. Pros. 72. Idcirco Il. γ, 360. μέλαινα. Od. δ, 506. τρίαιναν. v. 228. Πολύδαμνα. Il. β, 183. χλαῖναν. Hes. Theog. 297. ἔχιδναν. Hymn. in Merc. 160. μέριμναν. Od. γ, 403. δέσποινα. Il. β, 855. Κρῶμναν. Horum an regulam etiam Αἴγινα tenuerit apud Homerum, liquido non constat. Il. β, 562. οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν omnes praeferunt, at Hymn. in Ap. 31. νῆσός τ' Αἰγίνη (Florentinam et Aldin. edit. ibi quoque Αἴγινα dedisse, Ilgenius, V. egregius, auctor est.) cum Barnesio legitur. Cujus vero, si prior versus sanus sit, dubium moveri potest; etsi enim novissimo in versu longa egeamus syllaba, tamen metro caesura et interpunctione satis jam provisum sit. Sed nihil dirimere audeo. Nam Homerum in hoc etiam vocabulo η adscivisse, alia, quae longo ι in ipsorum media proferuntur, suadeant, sicut Il. β, 616. Ὑρμίνη. ψ, 303. ὑσμίνην. Et omnino Graeci in his η alteri terminationi praeoptaverunt, si η aut ω ante ν aderat. Qualia sunt: Od. λ, 266. Ἀλκμήνην. Il. ζ, 289. τιθήνη. Od. ε, 231. ζώνην. Quae vt priora et insuper Od. λ, 320. Ἀριάδνη, ipsa soluta oratione nunquam aliter elocuti sunt. Ceterum ejusdem terminationis bisyllaba η habere, indicio esse potest Il. λ, 307. ἄχνη. Quae in ρα exeunt, in his vti tonum, ita Ionicam terminationem discrepantiam multam habere intelligitur. cf. Reg. Prosod. 73. Ex accentus diversa ratione pendere vocalem in fine, recte observasse mihi videor. Primum igitur ea, quae in ειρα, sive a vocabulo ἀνὴρ, sive a substantivis aliis in ηρ desinentibus exoriantur, et proparoxytona sint, α constanter servant,

cf. Il. ϑ, 305. Καστιάνειρα. σ, 44. Καλλιάνειρα. Ib. 47. Hesiod. Th. 356. Ἄντειρα. Hymn. in Cer. 206. Μετάνειρα. Il. α, 490. κυδιάνειρα. γ, 189. ἀντιάνειρα. a βόσκω, βοτήρ. Il. λ, 770. πουλυβότειραν. Od. ρ, 29. ληϊβοτείρης. Hymn. Hom. 30, 1. παμμήτειραν. Hymn. in Ven. 32. πρέσβειρα. Od. β, 328. πίειραν. Il. ξ, 259. δμήτειρα. δ, 142. Κάειρα. Hes. Op. et D. 356. δότειρα. 464. εὐκηλήτειρα. Apollon. Rhod. IV, 1059. εὐνήτειρα. et ita etiam Nonn. Dionys. XX, 65. 66. ὅς δὲ καταφθιμένοιο τοκῆος Ῥάβδον ἐμὴν ἐλάτειραν. Praeclare in priori versu Lobeckius restituit νομῆος; intelligitur enim Argus Ius custos, cujus caede Mercurius gloriari dicitur. Quam ob rem in posteriori substituendum ῥάβδον ἔχων ἐλάτειραν, tenens pedum Argo peremto ablatum. Quod de his valet, idem quadrare ad substantiva Atticorum a substantivis in της oriunda, vt αὐλητής, αὐλήστρια, auctores sunt Reg. Prosod. laud. Draco Strat. p. 20. l. 15. quibuscum comparasse juvabit doctam Bastii notam ad Gregor. Corinth. p. 259. 60. Neque ab hac consuetudine, quae circumflexo in syllaba penultima insigniuntur, distant, vt Od. κ, 522. στεῖραν βοῦν. στεῖρα, carina, Apoll. Rhod. I, 527. IV, 583. Quae extremam acuunt, η accipiunt. Od. χ, 175. σειρήν. Quod de his praeceptum est, et ad illa similia in αιρα, ειρα, ουρα, υρα terminata pertinet. Prioris generis satis multa in Homericis reperiuntur. Il. ζ, 179. π, 328. χίμαιραν. Il. γ, 271. τ, 252. μάχαιραν. π, 465. νείαιραν. Od. μ, 133. Νέαιρα. Il. ε, 53. ἰοχέαιρα. Od. λ, 526. Μαῖραν. Od. ζ, 115. σφαῖραν. (Ab his unicum discrepat Il. δ, 441. ἑταίρη: habet enim ubique ultimam longam:) tum Od. δ, 97. alibi μοῖρα. et Il. β, 548. γ, 115. Od. α, 407. β, 328. ἄρουρα. Eorum, quae υ ante literam caninam inferunt, usum discas e Regul. Prosod. 73. etenim ea adjicit: τὸ δὲ σφῦρα ἐκτείνον τὸ ῡ συστέλλει τὸ ᾰ. Quamobrem etsi Hesych. σφύρα det, tamen illud properispomenum esse statuo, etiam Homerico usu permotus. cf. Od. γ, 434. neque aliter Hesiod. Op. 424. cui in Apoll. Rhod. Argonaut. IV, 566. alibi Κέρκυραν congruit. Cum vero in his epicorum sermonem tam severe regulam servasse cognoscamus, iidem, si quando iis usi sint, haud dubie ἔθειρα, γέφυρα, ὄλυρα scripserunt. Quaecunque nomina in clausula ita exeuntia unam novissimarum syllabarum tono instruant, loco literae α Ionicam adsumunt vocalem.

Sunt autem plurima ejusmodi comparata, ut ante ρ simplex modo brevem modo longam vocalem proferant. Quamobrem adest: Il. β, 617. πέτρη. σ, 25. τέφρη. ζ, 408. χήρη. et alia, nec secus oxytona. Il. β, 95. ἀγορή. ι, 150. ἱρή. ο, 598. ἀρή. χ, 451. ἑκυρή. neque dissimilia alia, ubi in priori parte diphthongus est. Il. δ, 125. νευρή. Ap. Rhod. IV, 1402. οὐρὴ ἔτι σπαίρεσκεν (ante Brunck. non ita male legebatur.) Hesiodus in his ab Homerico more non deflectit; idcirco Theog. 748. Ἡμέρη corrigendum, cll. Il. θ, 541. α, 828. Ipsam veterum Atticorum dialectum in his nonnunquam η adoptasse, Moeris Atticist. p. 183. s. v. θοίνη, ubi cf. Piers., nobis tradit. Ad eorum autem vocabulorum numerum etiam referenda sunt, quibus diphthongus αυ in prima parte inest. vid. Reg. Prosod. 22. Draco Straton. p. 81. l. 19. qui αὔραν etiam cum aliis enumerat. Quamvis autem Hesych. Tom. I. p. 618. Αὔρην, πνοὴν λεπτὴν, habeat, tamen Wagnero de accent. p. 356. illud esse properispomenum judicanti eam ob caussam non adstipuler *): certe Homerus ultimam syllabam longam duxit, quod nisi concesseris, Od. ε, 469. αὔρη explicari non poterit. His Grammatici, quorum mentionem feci, adjungunt nomen Φαίδρα, neque immerito; jam Homerus Od. λ, 321. Φαίδρην. Denique et substantiva et adjectiva, quibus vel duplex σ, vel simplex, praeeunte vocali longa, vel alia consona e σ composita ante finem inest, α in η nunquam vertunt. Itaque Il. α, 157. ἠχήεσσα. β, 267. ε, 82. αἱματόεσσα. et quae reliqua hujus generis satis multa reperiuntur. Substantivorum exempla habes, tum Il. β, 804. γλῶσσα. 93. ὄσσα. Od. θ, 488. Μοῦσα. Il. β, 532. Βῆσαν. tum alia. cf. Regul. Prosod. 75. Drac. Stratonic. p. 96. l. 16. Unicum κνίσση concordare non videtur. vid. Il. α, 317. θ, 449. At de hoc ipso veteres diversa memoriae prodiderunt. Eadem fortasse ratione inductus, si Schol. Venetian. ad Il. β, 423. p. 69. fides addicenda sit, Aristarchus κνίσση neutrum pluralis censuit: quare cum et dativus κνίσσῃ frequenter inveniatur, duplicem formam fuisse, ut videtur, judicavit, scilicet ἡ κνίσσα et τὰ κνίσση. At alii simplici litera sibila de-

---

*) Idem sensit Porson. ad Eurip. Hec. 448. Schaef. ad Soph. Trach. 365. ad Apoll. Rhod. T. II. p. 186.

derunt. cf. Eustath. ad Od. ρ, 297. p. 1839. l. 38—41. et Apollon. Lexic. Homer. sub h. voc. p. 408. ibique Tollium. Quorum σ in oratione numeris non adstricta simplex est, et modo versus in gratiam ingeminatur, ea non differunt. Il. β, 58. Μέσσην. Od. γ, 293. κ, 4. λισσή. de quo Eustath. ad l. l. p. 1468. l. 47—52. Schol. ad Apoll. Argonaut. II, 384. Heringa Observat. Critic. Cap. VI. p. 55. egerunt. Literas cum σ conjunctas nullum discrimen efficere, judicari potest ex multis. Il. μ, 448. ἄμαξα. λ, 642. δίψα. Il. ι, 2. φύζα. Hes. Op. 590. μᾶζα. Istorum prius vulgo circumflexo ab initio notatur brevem autem esse hanc quoque syllabam, diserte monet Drac. Strat. p. 94. l. 21. unumque μᾶζα a reliquis discedere indicat. Quocum etiam facit Reg. Pros. 75. cll. 20. ubi media inter paroxytona contra scriptoris mentem φῦζα obtinet. Jam vero cum ex iis, quae disputavi, rationem, ad quam primae declinationis nomina heroici poëtae direxerint, satis illustratam speraverim; revertar ad syllabas in Homericis in vocabulorum fine ob metrum productas. In aoristis verborum eadem syllaba longa mensura crebro ponitur, neque illud omnino praetereundum, quod haec productio paulo saepius in Odyssea, quam in Iliade deprehenditur. Il. β, 780. ἴσαν, ὡσεί τε. Od. ζ, 223. ἴσαν, εἶπον. Il. α, 606. ψ, 229. Od. α, 424. alibi ἔβαν οἶκόνδε. π, 358. ἔβαν ἐπί. Il. σ, 347. Od. θ, 436. ἔχεαν, ὑπό. Il. η, 206. ἔφαν. Αἴας. Od. κ, 471. ι, 413. σ, 75. His utrique poëmati communibus exemplis Odysseae accedant propria. γ, 490. ἄεσαν· ὁ δέ. τ, 155. ὁμόκλησαν ἐπέεσσιν. χ, 449. τίθεσαν εὐερκέος. ω, 311. ἴσαν ὄρνιθες. χ, 181. ἔσταν ἑκάτερθε. Particula ἄν vocali postposita mensura longa dicta est. Il. θ, 406. 21. Od. η, 293. Syllaba αρ ita in Homericis legitur: Il. ξ, 503. δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο. Od. δ, 126. Apoll. Rhod. III, 760. forma parum Ionica scripsit κέαρ ἐλελίζετο. Particulae autem Od. κ, 242. Παρ' ἄκυλον. ε, 108. ἀτὰρ ἐν. τ, 273. φ, 229. χ, 373. Denique γὰρ non in iis solum locis, qui ab Aeolica adspiratione excusationem repeti possint, verum etiam alibi: Il. φ, 600. γὰρ Ἑκάεργος. Od. μ, 435. γὰρ ἑκάς. Il. ι, 377. 419. Od. π, 411. Il. ο, 488. γὰρ ἴδον. β, 39. γὰρ ἔτ' ἔμελλεν. ρ, 403. γὰρ ἀπάνευθε. τ, 49. γὰρ ἔχον. Od. λ, 580. γὰρ ἥλκησε. Neque alii loci afferendi erant Mitscherlichio V. C. ad vulgatam Hymn. in Cer. 57. φωνῆς γὰρ ἤκουσ' ἀτάρ — defendendam: quos

enim dedit, illi consilio nullo modo prosunt. Particula enim *γὰρ* non minus, quam aliae syllabae breves, et in arsi et in thesi ante *οἱ* longa est, non solum in Homeri et Hesiodi libris, verum etiam in seriorum poëtarum operibus. Qua de causa ad unum omnes locos, ubi *οἱ* contrario modo usurpatum offenditur, mutandos judicavit Hermannus ad Orph. p. 774. At ibi allatis adde: Quint. Smyrn. X, 392. *Ἄνερ ἐμοὶ καὶ Τρωσὶ, καί οἱ αὐτῷ μέγα πῆμα.* Tres enim alii loci, III, 783. *τὰ μέν οἱ θεὸς ἐξετέλεσσεν*, ubi vel cum Rhodom. *τὰ δέ*, vel, quod malim, *τά τε* legendum, recentissimo demum editori debentur. VIII, 400. *αἰεὶ γάρ οἱ ἤθελε θυμὸς ἀμύνειν.* ibi quoque Rhodom. conjectura *αἰεὶ γὰρ ἀμύνειν ἤθ. θ.* praeferenda est. IX, 376. *οὕνεκ᾽ οἱ ἕλκος ἔμελλεν ἐς ὀστέον ἄχρις ἱκέσθαι.* ad vulgatae scripturae vestigia scribo, *οὕνεκά οἱ μέλαν ἕλκος ἐς ὀσ. ἄχ. ἵκανεν.* olim enim, si ultimum vocabulum excipias, ita edere soliti sunt. Nonn. Dionys. XXI, 124. *οὐδ᾽ οἱ χεῖρα τίταινεν ἀλεξήτειραν ἀνάγκης.* In loco Hymnorum allato jam Wassenberghius emendandum censuit, *γὰρ μὲν ἄκουσ᾽.* Hermannus ad productionem insolitam sane effugiendam *πυθόμην* conjecit. Syllabam *ας*, cll. Prosod. Reg. 59. 161. Draco p. 36. l. 24. in neutris breviter, in masculinis longe metiuntur. Quare, quin ob caesuram producantur, non dubium est. Il. *δ*, 76. *τέρας, ἠέ.* *θ*, 305. Od. *θ*, 194. *ν*, 222. *δέμας εἰκυῖα.* Il. *θ*, 70. *δέπας οἴνοιο.* In longioribus potissimum vocabulis accusativus declinationis tert. pluralis longam efficit syllabam praeter versus ab Hermanno allatos ad Orph. p. 707. Il. *ψ*, 166. *εἰλίποδας ἕλικας βοῦς* et saepe. Il. *θ*, 232. Od. *β*, 431. *ἐπιστεφέας οἴνοιο.* Il. *υ*, 45. *δειδιότας, ὅθ᾽.* Il. *ζ*, 366. *οἰκῆας, ἄλοχόν τε.* *ζ*, 240. *πόσιας. ὁ δέ.* *λ*, 151. *ἱππῆας ὑπό.* *μ*, 288. *ἐς Τρῶας, αἱ.* *σ*, 260. *νῆας αἱρησέμεν.* *β*, 165. *νῆας ἅλαδ᾽ ἑλκέμεν.*

§. 6.

Secunda vocalis *ε* cum pronunciatione brevissima dicatur, ejus productiones supra dictis longe rariores sunt, et nonnisi iis in locis, ubi causis caesurae vim augentibus vocabulum alias in metrum vix cogi potuit, inveniuntur. Inprimis vocativus declinat. secund. hac utitur libertate. Qui haec rata esse demonstrent, loci sunt hi:

Il. γ, 172. αἰδοῖός τέ μοί ἐσσι, φίλε ἑκυρέ, δεινός τε.
δ, 155. φίλε κασίγνητε, θάνατον — —. ε, 359. φίλε κασίγνητε, κόμισαι.
τ, 400. Βάλιε, τηλέκλυτα. φ, 474. νηπύτιε, τί νυ.
δ, 338. υἱὲ Πετεῶο. Od. γ, 230. Τηλέμαχε, ποῖον.
Il. π, 21. τ, 216. Od. λ, 478. υἱὲ μέγα. Il. π, 556. Αἴαντε, νῦν. ψ, 602. Ἀντίλοχε, νῦν. Manifestum autem ex his fieri crediderim, poëtas in hac forma, etsi productiones non admodum crebro reperiantur, majorem, quam in aliis, sibi indulsisse veniam. Ut enim, quae ante δεινός est, non memorem, cum Hermanno monente ad Orph. p. 705. δείδω et δήν de more syllabam praegressam longam reddant; verum inauditae sunt, si unicum declin. tert. dativum eximas, productiones literis insequentibus τ, θ et π, et perraro insequenti κ, cujus exemplis ab Hermanno ad Orph. p. 709. in unum collatis loci hic laudati adjiciendi erunt. Pari libertate pronomina fruuntur, με et σε. Il. ι, 451. ἐμὲ λισσέσκετο. α, 454. ἐμέ, μέγα. Od. λ, 530. με μάλα. τ, 551. ἐμὲ μελιηδής. Il. ε, 817. με δέος. Od. φ, 219. με σῦς. posterius saepius, ubi ρ a tergo instat, vid. Il. ω, 370. Od. σ, 15. et semel Il. χ, 88. σε μέγα. Particulae γε, τε, et δέ, et compositae, ἰδέ, μηδέ, ὁπότε, ὅτε, ultimam in caesura literis liquidis proximum vocabulum inchoantibus saepe producunt. Ita quidem γε, cujus simplicis usum non novi in his. Od. λ, 391. ὅγε λιγέως. Il. ρ, 735. 46. οἵγε μεμαῶτε. δέ. Il. ο, 592. δὲ, λείουσιν. Od. κ, 201. π, 216. Hymn. Hom. in Merc. 425. δὲ λιγέως. Il. μ, 459. δὲ λίθος. ξ, 171. δέ λίπ' ἐλαίῳ. Il. χ, 406. δὲ λιπαρήν. Od. ο, 332. Il. ι, 520. δὲ λίσσεσθαι. ib. 574. σ, 443. φ, 351. δὲ λωτός. Cum his recentiorum usus consentit, ut Apoll. Rhod. III, 876. δὲ λιαροῖσιν. Soph. Oed. Tyr. 187. δὲ λάμπει. Cum μ instat, maxime ante vocabula μέγα, μάλα et nonnulla alia, particulae istae longa mensura utuntur. Prioris generis plurima ab Hermanno ad Orphic. p. 704. allata sunt exempla: restant haec. Il. λ, 340. ψ, 119. Od. ξ, 354. Hes. Theog. 649. Il. ι, 255. λ. 459. υ, 322. δὲ μελίην. ρ, 17. δὲ μελιηδέα. λ, 378. δὲ μάλα. Od. α, 56. δὲ μαλακοῖσι. Il. ε, 840. τ, 395. δὲ μάστιγα. Ap. Rhod. Arg. III, 1210. δὲ μιγάδας. Denique ν accedente verba, quae alibi idem efficiunt, δὲ quoque longum reddunt, Il. δ, 274. ψ, 133. δὲ νέφος. Od. ι, 68. 145. μ, 314. δὲ νεφέεσσιν. et inde exorta, Il. ξ, 350. 293. Od. ι, 154. Hymn. in

Ven. 119. δὲ Νύμφαι. Il. λ, 811. ψ, 715. δὲ νότιος. Alia exempla sunt: Il. π, 373. δὲ ἰαχῇ. Od. δ, 454. δὲ ἰάχοντες. Od. ι, 236. 396. δὲ δείσαντες. Il. λ, 37. Hes. Scut., 95. δὲ Δεῖμος. Ib. 236. δὲ δεινὸν̃σι. Prorsus insolens est Il. ο, 478. ὁ δὲ τόξον, ubi nisi cum Cod. Vindob. ὁ δ' αὖ scribere velis, aptius erit ὁ δὴ legere, et in. Quint. Smyrn. VII, 427. δὲ τάχα nunc in editione recentissima apparet, sed ea lectio magis incuriae typothetae quam editoris consilio accepta referatur. Omnino in hac Quinti recensione in rebus ad metrum pertinentibus passim erratum est, vel tum, quum Rhodomannus, qui, cum intimam cum Homerico sermone sibi contraxisset familiaritatem, Quinti locis corruptis optima quaeque suppeditarit, melius suadet. Exemplo, nisi animus me decipit, esse possunt: II, 230. X, 406. neque XII, 515. ἀχλὺς ἄρ' ἀμφεκάλ. cum Rhodomanno scribendum fuit, spondeum enim primam vocem continere, infra §. 13. videbimus. I, 166. ἡ δ' ἄρα κυδιάασκεν ἀάσχετα. ἕζετο δ' ἵππῳ. non modo Rhodom., verum etiam Hermannus ad Orphic. 140. ἀάσχετον divinatus est, quod, cum poëtae in his adverbii loco singulari et plurali pro arbitrio utantur, hiatus evitandi causa melius est. cf. Argon. Apoll. Rhod. IV, 1087. μήτ' ἄσχετα, cll. 1738. ἄσχετον ἱμερθείς. Quint. Smyrn. V, 445. XIV, 612. Simili ratione ejusdem poëtae X, 398. αἰνομόρῳ, πάντες δέ με ἄσπετον, ἐῤῥίγασιν hiatus, quem Hermannus praetermisit, abstergendus est, scribendo δέ μ' ἀάσπετον. hac enim voce Quintus maxime delectatur, ut I, 111. 150. alibi. Neque minus commode, qua Pirasi Philoctetis sagitta prostrati interitus a poëta describitur, XI, 58. 9. — κάρη δ' ἀπάτερθε κυλινδομένη πεφόρητο Φωνῆς ἱεμένοιο, ταχὺς δ' ἅμα πέπτατο θυμός, verba distracta sunt, mecum refinge: ἅμ' ἀπέπτατο θυμός. Quo poëta et Homeri vestigia legit, et ipse haud aliter loquitur, vid. VI, 635. 6. — — — — ἀμφὶ δέ μιν νὺξ Μάρψε κακὴ καὶ θυμὸς ἀπέπτατο. At haec levicula sunt: gravius verborum sinceritati vulnus inflictum I, 637. τοὶ δὲ μόγῳ στονόεντι τετρυγμένοι αἶψά γε πάντες Ἐξ ἁλὸς ἀΐσσουσιν. Cujus e loci difficultatibus ne Rhodomannus quidem satis se expedire scivit, qui particulam γε ad metrum implendum interponere satis habuit. Cum Apollon. Rhod. I, 1174. αὐτοῦ δ' ἐν προμολῇ τετρυμμένα γοῦνατ' ἔκαμψεν habeat, eadem quoque forma Quint. Smyrn. IV, 396. utatur, eique

insuper ab Homero mutuetur formula ἄψεα πάντα, vid. Od. δ, 794. quam carmini saepissime iniecit, I, 253. IV, 121. IX, 427. XI, 84. suspicio mihi excitata est, genuinam scripturam fuisse: τετρυμμένον ἄψεα πάντα. XIV, 504. πάντα γὰρ ἄλλυδις ἄλλα κακαὶ διέχευον ἄελλαι, unice recta est Homerica ex oratione διέχευαν, velut Il. ε, 618. Od. γ, 258. Quint. V, 556. τὰ δὲ πάντα κακαὶ Κῆρες διέχευαν. At haec in transcursu. Iam, quod particularum in caesura longae syllabae locum occupantium reliquum est, percurramus. Et quidem compositas offerunt Od. λ, 373. ἤδε μάλα. Hymn. in Ap. 156. τόδε μέγα. Od. σ, 262. ἠδὲ ῥυτῆρας. Il. ζ, 469. ἰδὲ λόφος et κ, 573. (quae proxime tangunt Apoll. Rhod. II, 1071. δὲ λόφοι.) ω, 166. ἰδὲ νυοί. κ, 69. μηδὲ μεγαλίζεο. χ, 57. Il. π, 736. Od. ε, 127. οὐδὲ δήν. Copula τε eundem usum crebrius etiam superioribus frequentat maxime ingeminata, ubi, qui tum priori inesse solet, ictu necessario voculae istius gravitas et vis mirum in modum augetur. Quae huc faciunt omnia Homerica collegit Hermannus ad Orph. p. 710. Il. ρ, 217. unicum, quod adjicere possum, inveni, et e Quint. Smyrn. III, 231. Ζῦρόν τε Νίσσον τε, His autem versibus τε semel positum longae syllabae aequiparat. Od. ω, 45. τε λιαρῷ. (Quint. VI, 181. τε λιγυροῖσιν.) Il. λ, 480. τε λῖν. Od. τ, 368. τε λιπαρόν. Il. ι, 502. τε Λιταί. cum μέγας aut aut aliud ab ipso ortum insequitur. Il. γ, 221. δ, 161. ρ, 296. Od. π, 432. ο, 229. Il. ω, 116. τε δείσῃ. ψ, 198. τε σεύαιτο. Od. θ, 87. ὅτε λήξειεν. Il. ι, 191. ὁπότε λήξειεν. Hes. Theog. 221. οὐδέποτε λήγουσιν. Il. ξ, 327. ὁπότε Λητοῦς. λ, 239. ρ, 109. σ, 318. ὅςτε λῖς. ο, 381. ὅςτε μέγα. λ, 305. ὁπότε νέφεα. ψ, 366. ὥςτε νέφος. μ, 278. ὥςτε νιφάδες. ρ, 463. ὅτε σεύαιτο. Apoll. Rhod. II, 747. ὅτε νάσσεσθαι. nisi fortasse ita restituendum: ὅτ' ἐννάσσεσθαι ἔμελλον Γῇ Μαριανδυνῶν.

§. 7.

Iam productiones eas, in quibus ε alia cum consona juncta cernitur, vel syllabas εν, ες, ερ recenseamus. Quarum chorum ducunt κὲν et μὲν particulae, quae per se brevissimae caesurae ope tantum ponderis interdum accipiunt, ut longae syllabae instar numerentur. Il. η, 77. εἰ μέν κεν ἐμέ. υ, 243. ὅππως κεν ἐθέλῃσιν. Il. ξ, 79. ρ, 260.

Od. σ, 166. Il. δ, 18. η, 389. κτήματα μὲν ὅσ'. λ. 442. ἤτοι μὲν ἔμ' ἔπαυσας. 783. Πηλεὺς μὲν ᾧ. ρ, 279. Od. λ, 550. Αἴας, ὃς περὶ μὲν εἶδος. Il. ρ, 396. μὲν, ἐρύειν. χ, 482. νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο. Od. ρ, 533. μὲν οἰκῆες. Hes. Sc. 441. μὲν ἰαχῇ. Hymn. in Cer. 117. ἠμὲν ἔπει. Notandum est, longe maximam harum productionum partem et inusitatissimam quamque incidere in pedem secundum, ita ut videri queat, plus licentiae huic concessum fuisse, nisi statuere mavis, causam hujus rei a particulis ipsis singulas enuntiationes incipere solitis repetendam esse. Nonnulla quoque, si, quae Censor Homer. edit. Wolf. l. l. p. 126. disputat, certa putentur, evanescunt. Non multum ab exemplis commemoratis distant haec: Od. τ, 99. ὁ ξεῖνος ἐμέθεν· ἐθέλω. 447. σχεδόθεν· ὁ δ' ἄρα. ubi interpunctio cum caesura conjuncta una hanc mensuram peperit. Nullo alio loco Il. ω, 269. obvium, ὀμφαλόεν, εὖ comprobatur, si omittas Nicandri in Theriac. v. 748. πυρόεν ἄζῃ. In Homero quidem excusationem a vocabulo longiori petere possis, attamen in Hermanni sententiam, qua scriptum fuisse ὀμφαλόειν, εὖ censet, non omni probabilitatis specie destitutam pronus sim, et favet ei lectioni recentiorum poëtarum usus. Qua de causa Nicandrum etiam πυρόειν dedisse, suspicor. In universum autem carmen hoc Nicandri meliori *), quam quae ipsi evenit, sorte dignum est. v. 45. legendum, ἠὲ σύ γε Θρήϊσσαν. v. 335. θανάτου δὲ θοώτερος ἵζεται αἶσα. ἵξεται, cll. 120. 443. et harum literarum ζ et ξ perpetua fere confusio est, vid. Bast. ep. critic. 13. 95. 237. eundem ad Gregor. Corinth. 532. et alibi. Lexicorum augmenta tum Nicander, tum alii heroici poëtae multa suppeditant; in Schneideri Lexico e Theriacis vocabula ea, quae omni dubio libera esse videntur, desiderantur. v. 23. αὐτοπόνος. sibi ipsi factus (χαμευνάς). 54. καπνηλὸς, fumosus. 78. ἀγραυλής, i. q. ἄγραυλος (κοίτη). 374. ἀμφιπρονεύω, circum nutare. 393. βαθύϋπνος, alto somno oppressus. 607. ἀμφικυκάω, circumvertere. Quibus multa ex aliis addi possunt. Sola ab adverbio εὖ in epicis composita, neque Lexicis illata, hic afferam. Tryph. Il. Ἀλ. 537. εὐγνάμ-

*) His jam scriptis, Schneiderum V. C. novam hujus carminis editionem propediem publici juris facturum esse, magna cum voluptate comperi.

λος. Qu. Sm. IV, 441.*) εὐθαλπής. Leonid. Tarent. II, 1. (Anthol. T. I, p. 153.) εὐθύσανος (ζώνη), i. q. θυσανόεσσα. Antipat. Sidon. XVII, 5. (Anthol. T. II, p. 9.) εὔκολλος, bene conglutinans, vulgo εὐκόλλητος. εὔκολλον δρυὸς ἰκμάδα appellat. Maxim. Καταρχ. 84. εὐκραιρὴς ταῦρος, iterum forma rarior usitatae loco εὔκραιρος. Qu. Sm. IV, 403. εὐκομάω, bene comatum esse. Id. V, 21. εὐκτυπέω. Pari modo, quod apud eundem I, 677. ἀεικτυπέω legitur, effictum est. — Ubi in verbis ejusdem soni syllabam productam videmus, id interpunctioni potissimum tribuendum erit. Il. β, 228. δίδομεν, εὖτ'. γ, 35. ἀνεχώρησεν, ὦχρος. η, 418. ἀγέμεν, ἕτεροι. λ, 464. ἄϊεν ἰάχοντος. Il. ξ, 1. ἔλαθεν ἰαχή, ubi neque Eustathius p. 963. l. 47. neque Draco p. 143. l. 4. quicquam aliud, quam syllabam communem sibi invenire visi sunt. Porro interpunctio adjuvat Il. ψ, 731. ω, 470. Od. κ, 269. λ, 148. Hymn. in Merc. 12. in Ven. 25. Od. κ, 77. alibi πλέομεν, ἀκαχήμενοι multarum brevium syllabarum concursu accidit. Od. ω, 173. ὁμοκλέομεν ἐπέεσσιν. ζ, 74. φέρεν ἐσθῆτα. Hes. Scut. 369. ἐχέμεν ἐρυσάρματας. Theog. 844. κάτεχεν ἰοειδέα. Fragm. 30. 2. **) θρέψεν ἐνὶ, transpositis, verbis legam ὃν θρέψεν Χείρων ἐνὶ Πηλίῳ. Hesiodi autem in Theog. 480. τραφέμεν τ' ἀτιταλλέμεναί τε potius scribendum erit, quam productio ferenda. Syllaba ες in substantivis et adjectivis producitur. Il. β, 789. ὁμηγερέες, ἠμέν. α, 474. μέλποντες Ἑκάεργον. π, 569. ρ, 274. Τρῶες ἑλίκωπας. ρ, 730. Τρῶες εἵως. π, 592. Τρῶες ὤσαντο. Il. π, 269. Μυρμιδόνες, ἕταροι. ρ, 135. ἐπακτῆρες· ὁ δέ. μ, 52. ἐφεσταότες· ἀπό, ο, 351. κύνες ἐρύουσι. χ, 473. εἰνατέρες ἄλις. σ, 288. μέροπες ἄνθρωποι. η, 232. πολέες· ἀλλ'. κ, 264. θαμέες ἔχον. Simili modo pausa interpunctione orta, quod syllabae breve tempus abest, compensat. Il. β, 449. Od. λ, 190. μ, 22. α, 326. Hymn. Hom. in Ap.

---

*) Vid. Passow. meum in libro Germanice scripto: Ueber Zweck griechischer Wörterbücher p. 88.

**) In Poëta de Viribus Herbarum similis transpositio vers. 116. instituenda, scribo enim: Χείρωνος σθεναροῦ Παρνασσῷ ἐν εἰνοσιφύλλῳ. In eodem carmine v. 23. πάντα γὰρ ἤδ' ἰάσατο βροτόφθορα φάρμακα λυγρά, qui justum metrum excedit, glossemate ἤδ' abjecto, cll. v. 126. aptius est scribere: πάντα γὰρ ἰάσαιτο βροτόφθορα. φ. λ.

491. 509. Quorum ad similitudinem recentiores se interdum componunt. Loci eorum ab Hermanno in Orphic. nondum laudati, sunt: Apoll. Rhod. I, 812. ἀτημελέες ἀλάληντο. Orph. Lith. 180. Παλαιγενέες ἱερόν. Manetho Apotelesm. VI, 100. εὐτραφέες ὁπόσοισιν. 646. αὔδοντες ἀπάμερσαν. At in Il. ρ, 65. κύνες ἄνδρες τε cum Hermanno praefero κύνες τ' ἄνδρες τε. Il. γ, 2. ὄρνιθες ὥς. ε, 478. κύνες ὥς. λ, 172. βόες ὥς. Od. λ, 413. σύες ὥς. Idem Apoll. Rhod. II, 1024. et Orph. Lith. 424. σκύλακες ὥς. Adjectivorum neutra in ες desinentia multo parcius in hunc censum veniunt: sicut Il. ψ, 74. εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. Il. φ, 118. ἀμφῆκες· ὁ δ' ἄρα. Od. γ, 322. αὐτόετες οἰχνεῦσιν. Nicand. Ther. 565. πανακὲς, ἤ. Il. ε, 287. οὐδ' ἔτυχες! ἀτάρ. Od. κ, 164. ἤλθες, Ὀδυσεῦ. Hymn. in Apoll. 209. ἔκιες Ἀζαντίδα. v. 220. Il. γ, 402. αἴθ' ὄφελες ἄγονος. quod etiam Eustath. observat. Il. ρ, 104. περ, εἴ πως. Od. θ, 408. σ, 122. υ, 199. πάτερ ὦ ξεῖνε. Hymn. Hom. in Cer. 54. Δήμητερ, ὡρηφόρε. Hinc Hymn. Hom. XXX, 17. Χαῖρε, θεῶν μῆτερ, ἄλοχ' Οὐρανοῦ.

§. 8.

Litera ι brevis in caesura longam mensuram primum admittit, idque saepissime in tertiae declinat. dativo, tum ante liquidas, tum ante alias literas. Il. λ, 846. χ, 149. ὕδατι λιαρῷ. λ, 532. μάστιγι λιγυρῇ. ξ, 290. ὄρνιθι λιγυρῇ. τ, 350. τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ. ψ, 196. δέπαϊ, λιτάνευεν. ω, 707. πτόλεϊ λίπετ'. Ante vocabulum μέγας et ex eo derivata Il. κ, 16. π, 115. Hes. Theog. 694. Il. λ, 572. Hes. Scut. 455. Il. ρ, 739. ν, 193. ο, 674. ε, 674. Od. ε, 233. ζ, 14. θ, 9. κ, 247. 359. Il. α, 283. Ἀχιλῆϊ μεθέμεν. ο, 104. Ζηνὶ μενεαίνεμεν. τ, 58. Il. β, 136. κ, 137. et alibi Διῒ μῆτιν. Od. υ, 281. Ὀδυσσῆϊ μοῖραν. Hymn. in Ap. 118. λειμῶνι μαλακῷ. Il. η, 425. ὕδατι νίζοντες. ν, 754. ὄρεϊ νιφόεντι. Od. ξ, 485. ἀγκῶνι νύξας. Aliis in locis: Il. ε, 156. πατέρι δὲ γόον. ι, 180. Ὀδυσσῆϊ δὲ μάλιστα. ρ, 123. Αἴαντι δὲ δαΐφρονι. χ, 314. κόρυθι δ' ἐπένευε. Od. γ, 41. δέπαϊ δειδίσκομεν. Od. ι, 194. κ, 444. νηῒ τε μένειν. Il. ρ, 152. πτόλεϊ τε καὶ αὐτῷ. Hes. Theog. 49. κράτεϊ τε μέγιστος. (Iis se tuetur Oppian. Cyneget. *) I,

*) At V. L. ἀελλοπόδη praebet, quod cum lib. III, 184. reperiatur, nostro quoque loco recipiendum erit.

412. ἀελλόποδί τε λαγωῷ.) Od. ω, 309. Ὀδυσσῆϊ τόδε. Il. η, 142. Hymn. in Ap. 117. φοίνικι βάλε. Od. ε, 415. λίθακι ποτί. haud dubie προτὶ melius se habet. Etenim in hujus vocis scriptura maximam et in codicibus et in editionibus inconstantiam et mobilitatem regnare neminem fugit, ac ne Wolfii quidem recensio eam prorsus sustulit. Suppeditat, si recte observavi, in plurimis Iliados locis προτὶ, Odysseae contra ποτί. In aliis quibusdam vocabulis, uti ποτιδέγμενοι, eique affinibus, et in formis πόλις, πτόλις, πτόλεμος, πόλεμος, priores editiones parem prae se ferebant inconstantiam. cf. Ernest. ad Il. ν, 776. Minus fluctuantem Wolfius legem secutus, illas modo tum, quum metro duae consonae opus essent, imprimendas curavit. Sed non multum abest, quin statuam, simplici consona in iis tantum locis, in quibus praecedentem syllabam brevem versus velit, utendum esse, sicut Il. ρ, 264. βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον. Neque enim ullam idoneam investigare possum rationem, cur scribatur Od. μ, 59. πέτραι ἐπηρεφέες. προτὶ δ' αὐτὰς Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ. et contra eodem in libro. v. 75. ὦκα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας et ejusmodi coloris ingens versuum numerus apponi possit. Grammatici cum ea de re nihil, quatenus perspicere licuit, decernant, in codicibus autem perpetua adsit fluctuatio, nil aliud, nisi numerorum ipsorum sonum et gravitatem in his sequendam censeam, eique profecto eo, quod praeferendum dicebam, magis prospicitur. Certe illud Homericum alicujus etiam momenti esse debet in Theocr. Adoniaz. v. 31. τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν προτέθηκα, ubi, Valckenario suasore, nunc quidem ποτέθηκα in textu est, sed ex Homerico usu προτέθηκα et ποτέθηκα nihil differunt. Revertimur ad Homeri productiones. Il α, 74. 86. et saepius Διῒ φίλος, nisi ibi conjunctim scribendum Διΐφιλος, ut dixerunt Διϊπετής, quod maxime fluviis addi solet; et Eustath. ad Il. α, p. 76. diserte monet, non solum a genitivo, verum etiam a dativo Διΐ derivari composita, quod ut probet, praeterea Δίφιλος, Διϊτρεφής. enumerat. Il. β, 116. et saepius ὑπερμενέϊ φίλον. Il. ω, 119. 176. Ἀχιλλῆϊ φερέμεν. Od. ζ, 151. Ἀρτέμιδί σε. Hymn. Hom. XXVI, 21. μητρὶ Σεμέλῃ. Il. ψ, 244. Ἄϊδι κεύθωμαι. Hes. Op. et D. 599. εὐαεῖ καὶ ἐϋτροχάλῳ. (ita enim legendum est.) Il. β, 781. Διῒ ὥς. ε, 71. πόσεϊ ᾧ. ω, 36. Od. δ, 175. τέκεϊ ᾧ. Il. π, 542. σθένεϊ

φ. unde Quint. Smyrn. III, 357. μένεϊ φ. Od. ο, 358. ἄχεϊ φ.. Il. υ, 259. σάκεϊ ἔλασ' ὄβριμον ἔγχος. ω, 285. Od. ο, 149. δέπαϊ· ὄφρα. Od. ζ, 248. Ὀδυσῆϊ ἔθεσαν. θ, 224. Ἡρακλῆϊ, οὔτ'. Il. δ, 86. ἀνδρὶ ἰκέλη. Od. ρ, 37. Ἀρτέμιδι ἰκέλη. Hes. Theog. 574. ἀργυφέϊ ἐσθῆτι. Od. π, 206. ἔτεϊ ἐς. qui versus aliquoties occurrit. Od. κ, 520. λ, 28. ὕδατι ἐπί. Hymn. Hom. in Cer. 99. φρέατι, ὅθεν. 101. παλαιγενέϊ ἐναλίγκιον. (Nicand. in Theriac. 739. σφηκὶ παναλίγκιον.) Hymn. in Cer. 249. πυρὶ ἐνί. quod Hermanno suspectum esse supra diximus. Ex his Clarkius se expedire nescivit, et plerumque ab Bentleji digammate, ceteroquin ab ipso spreto, auxilium arcessivit. cf. eum ad Od. θ, 224. Il. ω, 285. At vereor, ne in his dativus iste, qui et ante consonas plus licentiae habet, ante vocales quoque non tam arctis, quam aliae breves syllabae, finibus contineatur. In aliquot vocabulis dativus, utpote e crasi ortus, per se producitur, cujus generis sunt: μήτι, κνήστι, μάστι. cf. Regul. Prosod. 56. Drac. p. 46. l. 11. et Eustath. ad Il. λ, 640. p. 871. l. 74. ἡ ὁμηρικὴ κνῆστις, inquit, κλίνεται ἰωνικῶς κνήστιος. ὡς καὶ ἡ λῆστις καὶ ἡ μνῆστις, ὅθεν καὶ ἡ δοτικὴ καὶ κνήστϊ καὶ κατὰ κρᾶσιν κνήστι διὰ μακροῦ τοῦ ι. Quare vocabulum μήτι ex Homerica norma recentiores ubiubi spondeum numerant, ut in Il. ψ, 315. Od. ν, 299. ita Apoll. Rhod. II, 383. III, 548. Quint. Smyrn. IV, 369. et aliis dicitur. Hinc supersedere possumus Dorvillii emendatione in Manethon. Apotelesm. μήτι in μήτει immutantis ad Charit. p. 648. ed. Lips. Quamquam enim, nisi Dorvillii opera aditus hujus carminis patefactus esset, vix prae innumeris, quibus fere opprimitur, corruptelis legi posset, tamen ille nonnunquam a veritate deflexit: ita quoque III, 258. non cum eo ληστήρεσσιν, epici enim sic nunquam locuti sunt, eligendum, sed cll. IV, 349. 482. ληϊστρῆσιν exhibendum. Ejusdem poëtae VI, 137. τῷ δὴ τὸν δέ τε μῦθον ἀγὼν ἄρρητον βάσω. Gronovium non ita legisse, ejus versio ostendit. Quare hunc quoque sermonem ducens infandum omittam: Quanta sacrarum rerum reverentia, quae in rebus hujusmodi argumenti omnia eloqui vetabat, veterum poëtarum animis infixa fuerit, notum est. cf. Apoll. Rhod. II, 919—21. Itaque verum mihi videor tetigisse conjiciens: ἐάσω. Praepositiones ἐνὶ, ἐπὶ, περὶ, ποτὶ syllabam ultimam in caesura productam frequentant,

potissimum litera liquida accedente. Od. τ, 516. ἐνὶ λέκτρῳ. unde Apoll. Rhod. II, 1012. Quint. Smyrn. XIV, 237. ἐνὶ λεχέεσσιν. uti I, 136. apud eundem legendum erit. Il. α, 396. ζ, 217. Od. α, 269. et in aliis sexcentis locis ἐνὶ μεγάροισιν. et idem recentiores adoptaverunt, ut Dionys. Perieget. 1057. Orph. Lith. 22. Quint. Smyrn. X, 438. Maxim. Κατ. 35. 39. 294. et Codd. et Fabricius etiamnunc literam liquidam duplicant. Il. ι, 618. Il. κ, 75. χ, 504. ἔνι μαλακῇ. Hymn. Hom. V, 5. Od. κ, 3. ἐνὶ νήσῳ. Il. κ, 254. 272. ἔνι δεινοῖσιν. Apoll. Arg. I, 675.—— ἐνὶ μέσσῃ. Idem legendum in Quint. Smyrn. IV, 265. qui saepius hanc formulam repetit, uti etiam Apoll. Rhod. cf. Herman. ad Orphic. p. 703. At in Quint. VIII, 356. 7. — οὐδὲ μὲν ἐσθλὴ Παλλὰς ἐν πεδίῳ Τρώων μένεν, non cum Rhodom. et Tychsenio ἐνὶ πεδίῳ, sed Παλλὰς ἔτ' ἐν πεδίῳ reponendum duco. Empedocles 151. ἐνὶ μελέεσσιν. Od. γ, 176. ἐπὶ λιγύς. Il. ψ, 202. ἔπι λιθέῳ. Od. τ, 483. ἐπὶ μαζῷ. Il. α, 233. ι, 132. 274. Od. υ, 229. χ, 2. ἐπὶ μέγαν. Od. ε, 366. τ, 58. ἐπὶ μέγα. Il. χ, 225. ἐπὶ μελίης. Od. ρ, 339. ἐπὶ μελίνου. Il. θ, 324. ἐπὶ νευρῇ. Od. λ, 607. ἐπὶ νευρῆφιν. Od. μ, 427. ἐπὶ Νότος. Od. μ, 209. ἔπι κακὸν non satis tutum est. Codex enim Harlej. a manu secunda praebet ἔπει, et Zenodoti lectionem ἔχει fuisse annotat. Eodem modo in Maxim. Καταρχ. 294. ἐπὶ πολὺ βέλτερόν ἐστιν, non productionem inesse, sed corruptelam abstergendam patet; nam particula, quam quilibet ibi desiderat, restituenda: ἐπεί. Quam dicendi formulam Homero sublectam poëtas saepe usurpasse ubique, testimonia eorum extra dubitationem ponunt; cf. Apoll. Rhod. II, 338. Qu. Smyrn. II, 38. Maximi poëma illud, quod in pari cum Manethonis supra laudato argumento versatur, pariter atque illud omni vitiorum genere scatet. Multam operam Wesselingius in Probabilibus illi navavit, multisque versibus veram attulit medicinam. Paucas ab aliis, quantum cognovi, nondum allatas correctiones hic adpono: v. 47. καὶ δ' ἄν κε φέροιο γριπεῦσιν ὄναρ, et justam vocabuli γριπεὺς mensuram violat, et sententiam ineptam exhibet: lege igitur: φέροι γριπεῦσιν. Vers. 347—49.

ἡ μὲν ἐπὶ πρώτῃ ἠοῖ δρόμον ἐντύνειεν
λήσεται, οὐδὲ μὲν αὐτὸς ἐφεστίοισιν ἄνακτος
Ἀθρήϊας θεράποντα.

In his varia emendatius dari possunt. Primum ab initio εἰ legendum. Deinde vero vocabulum ἐφεστίοισιν neque cum metro, neque cum Grammatica ratione ullo pacto concilietur. Nisi autem fallor, v. 363. πρηΰνειν θυμὸν δυςπέμφελον οἷο ἄνακτος, quod sub hoc vitioso tegumento latet, prodit, ad ejus enim exemplar in fine scribendum existimo, ἐφέστιον οἷο ἄνακτος. Denique tota conjunctio ἀθρήσαις poscit. 359. πεπτηὼς ἀλέηται ἑὸν δηναιὸν ἄνακτα. Interpres Latinus haec ita reddit: Procumbens vitabit suum antiquum dominum. Cum haec significatio neque verbo δηναιὸς sit, neque adverbii loco δηθὰ satis bene intelligatur, una litera mutata, ut ad servum, qui dominum effugit, ipsum referatur, δηναιὸς legam. Nil distat ab eo χρόνιος et versu 588. et in Hom. Il. ε, 40. et in Euripid. Phoen. 378. χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν. v. 413. Οὐδ' ἐκίχῃς, οὐδ' εἰ μὲν ἔχοις πόδας Εὐφήμοιο Εὐρωπηϊάδα. De hoc loco bene jam meriti sunt Wesselingius Probabil. p. 140 — 42. et Ruhnken Ep. Critic. II. ad Apoll. Rhod. I, 181., cujus verba Maximus, ut saepe, hic quoque imitatus est. Neque, nisi ad metri integritatem una mora adhuc deesset, illum commemorassem: ut vero versus integra mensura feratur, scribe: Εὐρωπηϊάδαο, τὸν etc. Denique v. 434. καί τε δμὼς προφύσησιν ἔχων κλωπήϊον ἄχθος. Nebulam hac scriptione lectoris aciei offusam Rentorfii interpretatio non dispellat: atque servus se immiscuerit habens furtivum onus; omnia vero patent, σ in γ mutato, προφύγησιν. Jam ex his quasi dumetis et infimi poëtae asperis et horridis deviis, quibus vero, ut aliquanto minus squallerent, paullisper immorati sumus, ad gratam et omnis amoenitatis plenam Homeri, ut ita dicam, regionem gressus reducamus. Il. φ, 10. περὶ μεγάλ'. quod alias in Homero non obvium, similiter admisit Apoll. Rhod. I, 218. περὶ κεφάλεσσι. Deinde προτὶ et ποτὶ in his: Il. φ, 507. προτὶ οἷ. Od. ω, 347. ποτὶ οἷ. Il. ζ, 286. ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισιν. Od. λ, 596. ποτὶ λόφον. θ, 375. λ, 592. ποτὶ νέφεα. Dionys. Perieg. 180. 978. et 1090. ποτὶ Νότον. In primo quidem horum versuum Stephanus ζόφον habet, at vulgata toti orationis seriei magis congruit. At Oppian. Cyneg. IV, 198. ποτὶ χέρον, quod et in recentissima Schneideri editione obtinet, corrigendum. Schottus, qui hunc versum ante mancum primum e Cod., ubi χέρσον erat, implevit, rectius

ξερὸν dedisset. Etenim poëtae, prout versus necessitas exigit, modo χέρσον, modo ξερὸν scribunt. Hom. Od. ζ, 95. λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα. ε, 402. Opp. Hal. V, 290. 438. Nic. Ther. 704. Apoll. Rhod. III, 322. Arat. Dios. 912. (181.) Theocr. Id. XVI, 61. Particulas et adverbia ἔτι, ὅτι, ὄθι, ποθὶ vide in his productas: Il. ο, 121. ἔτι μεῖζον. 99. ἔτι νῦν. In fine versus. Il. ζ, 139. θ, 126. ν, 426. ψ, 690. Od. β, 397. ρ, 72. in medio Od. β, 36. ζ, 33. ἔτι δήν. α, 203. ἔτι δηρόν. λ, 219. ἔτι σάρκας. Il. δ, 516. ν, 229. ὄθι μεθιέντας. Od. β, 338. ὄθι νητός. Il. ν, 434. ὅτι σὺ μέν. ω, 420. ποθὶ μιαρός. De aliis adverbiis, quorum ultima litera ι est, Prosod. can. 122. cll. Drac. p. 37. l. 1—9. referunt, ea pro diversa origine in fine nunc longa, nunc brevia existimari; haud pauca quoque in variis libris varia proferuntur scriptura, modo in diphthongum, modo in simplicem vocalem desinentia. Ita ad Il. θ, 197. αὐτονυχεὶ νηῶν, Eustathio referente, in aliorum, in Herodiani et Apionis commentariis αὐτονυχὶ scribebatur. Pari modo ejusdem vocabuli scriptura variat in Arati Phaenomen. 618. cf. Buhle ad h. l. Apoll. Rhod. Argon. IV, 1130. Si recte se habent canones laudati, jure suo producuntur ἀναιμωτὶ Il. ρ, 363. 497. Od. σ, 149. ω, 532. et apud Quint. Smyrn. IX, 180. ἀνιδρωτὶ Il. ο, 228. Quint. Smyrn. IV, 329. VI, 451. ἀσπουδὶ Hom. Il. θ, 512. υ, 476. χ, 304. ἐγρηγορτὶ Hom. Il. κ, 182. ἀνουτητὶ Il. χ, 371. Qu. Sm. III, 445. Etiam ἀναϊστὶ Od. δ, 92. Draco certe longum agnoscit. Quod vero ad ea, quae a verbis in ζω exeuntibus, derivantur attinet, recte observatum esse, poëtarum consuetudo nos certiores facit. Namque Il. ω, 409. μελεϊστὶ ταμών et alibi. Arat. Phaen. 624. Id. 374. ὀνομαστὶ κάλεσσαν. Theocr. Id. XVIII, 23. ἀνδριστί. In Orph. Lith. 410. ἦρι λυγρυὶ scripturam depravatam esse, in eo omnes consentiunt, at recta emendandi via etiamnum post multos conatus latet. Denique ex Homero huc referenda haec: Od. ψ, 174. τί μεγαλίζομαι. δ, 93. οὔτι χαίρω. et vocativi: Il. σ, 385. ω, 88. Od. ω, 192. in quibus interpunctio mensurae defectum una resarcit.

§. 9.

Consona litera adjuncta saepe quoque ι productum invenitur, quod primum locum habet in genitivis dua-

lis Ionicis. Il. ε, 13. ἵπποιϊν, ὁ δ' ἀπό. τ, 396. ἐφ' ἵπποιϊν ἀνόρουσεν. ν, 511. ὤμοιϊν ἀφελέσθαι. cll. π, 560. Od. ζ, 219. ὤμοιϊν ἀπολύσομαι. ζ, 19. σταθμοῖϊν ἑκατέρθεν. ψ, 211. νῶϊν ἀγάσαντο. ψ, 229. νῶϊν εἴρυτο. π, 171. σφῶϊν ἔσομαι. In accusativo syllabam ιν brevem esse, demonstrant Prosod. Reg. 25. Draco p. 66, 24. cll. Eustath. ad Il. α, v. 1. Qui Herodianum auctorem illius canonis designavit, habet haec: κανὼν δὲ τοῦ βραχυκαταληκτεῖν τὴν μῆνιν καθ' Ἡρωδιανὸν τοιοῦτος, τὰ εἰς νυ λήγοντα ἐν τῇ αἰτιατικῇ βραχέα ἐστίν· οἷον Εὔπολιν, Ἄλεξιν, ἔχιν, Θέτιν. οὕτω καὶ μῆνιν. (ita enim cum Dracone, qui ad verbum vero cum illo congruit, scribendum erit.) Quarum aliquot voces aliis crebrius occurrunt, longa in fine syllaba, inprimis μιν, χάριν, πόλιν. Il. α, 19. πόλιν, εὖ. β, 329. πόλιν αἱρήσομεν. π, 57. πόλιν εὐτείχεα. Hymn. in Ap. 477. πόλιν ἐρατήν. Od. θ, 504. ἀκρόπολιν ἐρύσαντο. Il. γ, 386. μιν εἰκυῖα. ε, 385. μιν Ὦτος. 845. μιν ἴδοι. ζ, 176. μιν ἐρέεινε. 501. μιν ἔτ' ἔφαντο. λ. 376. μιν ἄλιον. π, 502. 855. χ, 361. Od. ε, 313. μιν εἰπόντα. Il. ρ, 161. μιν ἐρυσαίμεθα. Od. λ, 578. μιν ἑκάτερθε. Il. ι, 564. μιν Ἑκάεργον. Il. ε, 874. χάριν ἄνδρεσσι. λ, 243. χάριν ἴδε. Hes. Theog. 503. χάριν εὐεργεσιάων. Il. β, 636. η, 47. μῆτιν ἀτάλαντος. ψ, 313. μῆτιν ἐμβάλλεο. Il. η, 164. alibi θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν. Od. δ, 137. πόσιν ἐρέεινεν. κ, 524. ὄϊν ἱερευσέμεν. λ, 281. Χλῶριν εἶδον. Od. γ, 72. ι, 253. Hymn. in Ap. 453. eodem in versu πρῆξιν, ἤ. Cui similiter Nicander scripsit Alexipharm. 332. πέπεριν, ἤ. Hes. Theog. 334. ὄφιν, ὅς. Il. ζ, 495. ἵππουριν· ἄλοχος. Non ita frequenter eadem syllaba ν finali adjecto longam mensuram habet. vid. Il. ν, 309. ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν, ἐπεί. Od. ξ, 134. ὀστεόφιν ἐρύσαι. Il. ο, 210. Od. χ, 225. χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν. Od. ξ, 479. σάκεσιν εἰλύμενοι. Od. μ, 418. ξ, 308. κορώνῃσιν ἴκελοι. Hes. Scut. 244. Hymn. in Ap. 213. ἵπποισιν· οὐ. Il. λ, 68. ἐλαύνωσιν, ἀνδρός. Od. γ, 422. ἔλθῃσιν, ἐλάσῃ. ν, 108. ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα. τ, 519. ἀείδῃσιν, ἔαρος. ω, 354. ἐπέλθωσιν Ἰθακήσιοι. Unde etiam ferendum in Empedoclis fragmentis v. 181. λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν, maxime cum jam Homer. Il. σ, 595. λεπτὰς ὀθόνας appellet. E particulis πρὶν et πάλιν hic notandae sunt. De priori Hermannus V. C. disseruit ad Orphic. p. 700. Hymn. Hom. in Cer. 334. πρὶν ἴδοι obvium. Il. ι, 56. πάλιν ἐρέει. ε, 836. πάλιν ἐρύσασ'. Il. ζ, 189. Od. α, 360. alibi πάλιν οἶκονδε. Il. δ, 214.

πάλιν ἄγεν. κ, 261. πάλιν ἐπί. Substantivorum in ις terminatio, ubi natura brevis habenda, nonnunquam producitur. Plurima autem in his longa esse, veteres admonent. Vid. Prosod. Reg. *) 15. 50. 51. 118. cll. etiam Dracon. p. 47. l. 13. p. 56. l. 12. Ioan. Lascaris Grammat. p. 238. Regula prosodiae 118. varias dialectos in his variam tenuisse mensuram affirmat. Dicit enim: ἐκτείνεται δὲ τὸ ῑ μάλιστα ἐπὶ δισσυλλάβων, εἰ ἡ πρὸ τέλους μακρὰ ὑπάρχειν, ἤτοι φύσει, ἢ θέσει. κηκὶς, κηλὶς, νηστὶς, **) κρηνὶς, ψηφὶς, σφραγὶς, ἀψὶς, βαλὶς (legendum, ni fallor, βαλβὶς tum e Dracone tum ex alia regula 51.), φαρκὶς, τὸ μέντοι καρὶς καὶ ῥιπὶς ἡ μὲν κοινὴ συνήθεια ἐκτείνει, ἡ δὲ τῶν Ἀττικῶν διάλεκτος συστέλλει. Ex eodem aut certe e communi fonte suos hortos irrigavit Eustath. ad Il. α, 17. p. 26. In his autem omnes casus obliquos rei natura non minus, quam perpetua veterum consuetudo longos ostendunt, quod tum ipsi Grammatici monent, tum ante me ejus rei memoriam obliteratam resuscitavit jam Schaeferus, qui his in literis regnat, ad Longum p. 347. ***) neque verbum hac de re addidissem, nisi in recentissimis quibusdam editionibus, veluti in Nonni libris a Mosero editis, plura hujus rei σφάλματα adessent. In adjectivis ex illis nominibus conflatis ultimae syllabae mensura non immutatur, accentus vero, si adjectivum duplicis est generis, retrahitur: ita praecipiunt certe Schol. Venet. ad Il. β, 175. his: πολυκλήϊσι τινες περισπῶσιν, ὡς καὶ ἁπλοῦν ἐπὶ κληῖσι καθιζον. ὡς γὰρ πλοκαμὶς ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαί, οὕτως καὶ κληῒς πολυκληῒς. οὐκ ἔχει δὲ οὕτως ἡ ἀνάγνωσις. ἔστιν οὖν λόγος ὑπὲρ τῆς βαρυ-

*) Differunt in hac regula Grammatici ipsi inter se. Draco loco priori et Lascaris tradunt, horum substantivorum nominativum brevem, alios casus longos esse. Prosod. autem Reg. 31. τὰ εἰς ις ὀξύτονα καὶ ἐπ' εὐθείας καὶ ἐπὶ γενικῆς ἐκτείνονται. Quacum Draco ipse altero loco consentire videtur.

**) Vocabulum hoc corruptum esse, Draco l. l. demonstrat, reponendum enim est νηῒς, cujus ultimam inter alios producit Dionys. Perieget. v. 479.

***) Nuperrime de eorundem nominum accentu dixit Franciscus Boissonade ad Procli vitam Marini p. 66.

νομένης συλλαβῆς αὐτας. τὰ εἰς ις λήγοντα θηλυκὰ ὀξυνόμενα, εἰ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσοι μόνον τὸ θηλυκὸν γένος τὸν αὐτὸν τόνον· εἰ δὲ μεταληπτικὸν γίνοιτο, καὶ ἀρσενικὸν μεθίσταται καὶ εἰς βαρεῖαν τασιν ἀναγκαίως, τὸν μὲν προτέρου φυλάσσοντος τὸ αὐτὸ γένος καὶ τὸν αὐτὸν τόνον. περισκελὶς τοῦ δὲ δευτέρου δύσελπις. ταύτῃ οὖν τὸ μὲν καταιγὶς ὀξύνεται, τὸ δὲ μελαναίγις βαρύνεται· οὕτως οὖν καὶ τὸ εὐκλῆϊς καὶ πολυκλῆϊς βαρυθήσεται, ἐπεὶ καὶ τὸ εὐκνήμις. ἀμέλει ἐπὶ Ἀθήνης τέτακται παρὰ Ῥιανῷ ἐν Θεσσαλ. τοὶ δ᾽ ἤδη νηῶν ἐϋκνήμιδος Ἀθήνης. (In versu e Rhiani Thessalicis: τοὶ δ᾽ ἤδη νηῶν ἐϋκνήμιδος Ἀθήνης legendum νηός.) Eadem iisdem fere verbis hic tradit Eustathius l. l. Qua ratione defendi possit lectio, quae etiam nunc in editis obtinet Od. β, 119. ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαί. Quamquam non dissimulandum est, Eustath. alio loco ad Od. β, 119. p. 1437. l. 50 — 54. de veritate hujus accentus dubium iterum movere, et librorum lectionem ἐϋπλοκαμῖδες vituperare hoc argumento: δέον γάρ, ὥσπερ κρηπὶς μελαγκρήπις· ψηφὶς πολυψήφις· ὡς τὸ πολυψήφιδα παρ᾽ Ἕρμον· οὕτως καὶ εὐπλόκαμις καὶ πληθυντικὸν εὐπλοκάμιδες. In verbis supra laudatis etiam Tragicorum usus cum epicis consentaneus reperitur, uti κηλὶς Soph. Oed. Tyr. 833. κρηπὶς Eurip. Ion. 985. βαλβὶς Eur. Med. 1240. σφραγὶς Sophocl. Elect. 1223. At magna est verborum copia, quae ab hac Herodiani, ut videtur, regula deflectit, maxime ea, quibus ε in penultima vocalis primitiva est, ut κερκὶς, ἐλπὶς, νεβρὶς, quod tamen novissimum Dionys. Perieget. 703. 946. longum habet: ζώματα καὶ νεβρῖδας ἐπί. corripiunt contra Oppian. Cyneget. IV, 245. Theocr. Epigr. 2, 4. Nonnus Dionys. I, 35. et alibi, Eurip. Bacch. 24. Porro plurima nomina propria: Il. β, 496. Αὐλίς. Ib. 520. Δαυλὶς vid. Eustath. p. 274. β, 640. ξ, 291. Χαλκίς. αἰγὶς enim in fine brevem habere syllabam, probant et Grammaticorum loci allati, et Eustath. ad Il. β, 447. p. 252. ἀκρὶς, ἀσπὶς, πακτὶς, πορθμὶς, alia; ληῒς autem, quum ι purum sit, non breve esse non potest. Ὄρνις etsi in eorum classem non referendum, tamen interdum, at raro, ultimam recti casus producit, vid. Il. ι, 323. ὡς δ᾽ ὄρνις ἀπτῆσι. Hymn. Hom. XVIII, 17. ὄρνις, ἥτ᾽ ἔαρος. Eurip. Bacch. 1362. nisi ille locus corruptus sit, etenim plerumque Tragicis, ut Soph. Antig. 1021. Eurip. Herc. Fur. 72. 974. in fine breve est, non minus, quam epicis.

Il. μ, 218. Apoll. Rhod. III, 1112. Opp. Hal. V, 308. In obliquis terminationibus constanter produci una forma casus quarti excepta ὄρνιν, non est, quod demonstremus. Il. ζ, 152. πόλις Ἐφύρη. λ, 711. πόλις, αἰπεῖα. π, 69. πόλις ἐπί. δ, 440. Ἔρις, ἄμοτον. Od. σ, 366. ἔρις ἔργοιο. Il. χ, 492. 9. παῖς ἐς. Od. δ, 32. παῖς ὡς. Hes. Theog. 178. παῖς ὠρέξατο. Ib. 746. παῖς ἔχετ'. (Ap. Rhod. II, 1271. ὄφις εἰρυτο.) Il. ζ, 299. Κισσηῒς, ἄλοχος. Pronomen τίς, quod recentioribus etiam in Homericis formulis longae syllabae mensuram explet, maxime insequenti voce εἶπον ita dicitur, ut in trito illo ὧδε δέ τις εἴπεσκεν eique similibus: Il. ζ, 459. καί ποτέ τις εἴπῃσι. ψ, 575. μήποτέ τις εἴπῃσιν. et ζ, 462. ὥς ποτέ τις ἐρέει. Hinc quoque Il. ξ, 423. οὔτις ἐδυνήσατο. 427. οὔτις ἑῦ. Il. ρ, 54. ἅλις ἀναβέβρυχεν. φ, 236. 344. ἅλις ἔσαν. Od. ε, 38. ν, 136. π, 231. ψ, 341. ἅλις, ἐσθῆτα. Od. η, 295. ἅλις ἠδ'. Quare et Nicand. Alexipharmac. 236. ἅλις ἐναολλέα. Il. χ, 412. μόγις ἔχον. Hesiod. Op. et D. 173. Τρὶς ἔτεος.

§. 10.

Quae in ο terminantur syllabae, ut alias breves, poëtae longas metiuntur, maxime ubi ρ subjunctum habent; sicut Il. π, 228. Od. χ, 327. quamquam in his ipsa Grammaticorum praecepta inter se disconveniunt, vid. Schol. ad Ap. Rhod. Arg. III, 37. ὄρρά τε, οἱ Ἀρισταρχεῖοι δι' ἑνὸς ρ γράφουσιν· Ἡρακλέων δ' ἐν δυσίν. Quae sententia magni nominis defensorem nacta est Valckenarium in Comment. ad Adoniazus. v. 128. Saepe etiam in editionibus in his litera liquida etiamnum duplicatur, ut Coluth. Rapt. Hel. 208. μεταῤῥία. Verum et Tragicis in his litera illa aspera ad brevitatem protrahendam sufficere visa est. cf. Sophocl. Oed. Col. 900. Ant. 712. Eurip. Hippol. 459. Ceterum ab his non ita multum absunt Il. χ, 307. τό οἱ. π, 358. ὁ μέγας. β, 259. ἐὸ μέγ' ἀμείνονα. Omnium autem creberrime ὑπὸ et ἀπὸ praepositiones hanc libertatem sibi vindicant; idque vel proximo vocabulo a litera liquida ineunte, vel ante nonnullas alias voces. In pluribus enim maxime, ubi litera muta presse subsequebatur, alia, atque ea lenior, qua justo versus numero subvenire possent, ratio in promtu erat. Neque in locis, ubi nunc haec vis literis liquidis inhae-

ret, veterum scriptura satis constans reperitur, immo saepius ὑπαὶ et ἀπαὶ alteri praeponitur. cf. Heyn. ad Hom. Vol. IV. p. 202. 3. At Grammatici hoc vulgari formae praeferri vetant; ita Eustath. ad Il. β, 44. p. 170. profert haec: τινὲς ὑπαὶ λιπαροῖσι γράφουσιν· ὀκνοῦντες νοεῖν, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ ὑπὸ πρόθεσις ἐνταῦθα οὐκ ἔχει τὸ ι διὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ λ λόγῳ καινῆς συλλαβῆς. Idem ἀπὸ ἔθεν agnoscit ad Il. ζ, 62. p. 625. Multo saepius autem apud posteriores epicos usum illum, certe in formulis Homericis, etsi de aliis ambigi possit, restituendum, librariorum culpa obliteratum animadvertimus. Homeri loci, qui nunc simplici vocali leguntur, sunt hi: Il. χ, 307. ὑπὸ λαπάρην. Od. α, 32. ἀπὸ λέκτρων. Il. ν, 334. ὑπὸ λιγέων. ψ, 215. ὕπο λιγυρῇ. Hinc Apoll. Rhod. IV, 1196. ὑπὸ λίγα. Il. β, 44. Od. β, 4. δ, 309. et saepe ὑπὸ λιπαροῖσιν. Od. λ, 136. ὕπο λιπαρῷ. Il. ν, 615. ὑπὸ λόφον. η, 131. ν, 672. π, 607. Od. ο, 354. ἀπὸ μελέων. Od. ρ, 398. υ, 543. ψ, 43. ἀπὸ μεγάροιο. Il. ξ, 492. ὑπὸ μήτηρ. Il. θ, 300. 309. ν, 585. ο, 313. π, 773. ἀπὸ νευρῆφι. Il. λ, 476. 664. φ, 113. ἀπὸ νευρῆς. ο, 625. π, 375. ψ, 874. ὑπὸ νεφέων. ψ, 758. Od. θ, 121. ἀπὸ νύσσης. Il. ο, 275. ὑπὸ ἰαχῆς. ζ, 62. μ, 205. υ, 278. κ, 465. ἀπὸ ἕθεν. Od. ε, 459. ι, 398. 461. φ, 136. 163. Hymn. in Cer. 254. ἀπὸ ἕο. Ib. 284. ἀπὸ δαπέδου. In epicorum inferioris aevi carminibus ὑπαὶ et ἀπαὶ etiamnum legitur, ubi altera forma exspectari possit, his in locis. Hes. Sc. Herc. 278. ὑπαὶ λιγυρῶν. Ib. 409. ἀπαὶ νευρῆς. 437. ἀπαὶ μεγάλου. Dion. Perieg. 51. ἀπαὶ νοτίης. 643. ὑπαὶ ῥιπῆς. edit. Basiliens. ὑπὸ ministrat. 961. idem. Theocr. Id. XVI, 72. ὑπαὶ νεφέων. Callim. Hymn. in Del. 25. *) ὑπαὶ ῥιπῆς. Qu. Smyrn. I, 11. ὑπαὶ

*) Callimachum non aliter scripsisse, quam Homerum, docere possunt aliae ejusdem productiones ante literas liquidas: ita ρ insequenti: Hymn. in Jov. v. 16. in Dian. 59. 200. in Del. 159. 206. in Palladis Lavacr. 77. Epigr. 45. 3. Fragm. n. 138. ante λ: Hymn. in Dian. 47. ἐνὶ Λιπάρῃ. v. 55. 61. ἐπὶ μέγα, ubi cf. Henric. Stephan. Ib. 150. μάλα μέγαν. Neque in Bucolicis res se aliter habet. vid. Theocrit. Id. XI, 45. XV, 128. XXI, 118. XXIV, 42. Epigr. I, 1. Idyll. XVI, 62. ὕδατι νίζειν. quod ex Hom. Il. η, 425. Verum XXIV, 28. φάρυγος, ὄθι alterum σίθι a Brunckio non statione deturbandum erat. vid. Hermann. ad Orph. Argon. p. 631.

μέγα. 39. ὑπαὶ νεφέων. III, 225. ὑπαὶ ῥιπῆς. 232. ὑπαὶ μεγαλήτορι. 319. ἀπαὶ μελέων. V, 434. ὑπαὶ μυρίκῃσιν. VII, 230. ὑπαὶ λιγέος. VIII, 80. ὑπαὶ νιφόεντι. X, 315. ὑπαὶ κραδίῃ. XI, 54. 209. ὑπαὶ λαπάρην. Incertiora sunt alia, in quibus ne nunc quidem Homeri editiones certam sibi praescripserunt normam, ut Quint. Smyrn. I, 670. παραὶ λεχέεσσι. Theocr. Id. XXIV, 60. ὑπαὶ δείους. Maneth. Apotelesm. VI, 58. ὑπαὶ λεχέων. Ita Hom. Il. γ, 359. η, 253. παραὶ λαπάρην. Od. α, 366. σ, 213. Hymn. in Ven. 126. παραὶ λεχέεσσιν. Il. κ, 376. ο, 4. ὑπαὶ δείους. quibuscum congruit Hesiod. Sc. 71. ὑπαὶ δεινοῖο. ubi constantiae et aequabilitatis lex, quam non temere migrandam statuerim, consuetam praepositionis formam, magis suadet, ad exemplar §. 4. commemoratorum κατὰ λαπάρην. et idem Manetho Apotelesm. III, 390. παρὰ λεχέεσσι scribit. Deinde δείδω et vocabula ab eo orta libenter, etiamsi hoc non ubivis faciant, syllabam brevem antegressam producunt, et insuper δ subsequente harum praepositionum litera finalis mutationi haud obnoxia videri potest, cum Hymn. in Cer. l. l. ἀπὸ δαπέδου, Maxim. Καταρχ. 315. ἀπὸ διχομήνου, Nonn. Dionys. XXVI, 207. ὑπὸ δένδροιο legatur. Quod omnino mirationem excitare potest, productione enim omni, quae nimiae licentiae prae se ferre poterat speciem, Nonnum et ejus similes abstinuisse, Hermannus ostendit ad Orphica. Quare non erat, cur XIII, 225. ἀμφότερα δὲ Ὄσσον ἔην ἐρόεις, τόσον ἄλκιμος, Moserus exemplum brevis syllabae ob caesuram productae afferret, quod si esset, addi potuisset XI, 25. 26. ἀμφότερα γάρ. Sed ut huic opinioni accedam, tantum abest, ut, non modo Nonnum, sed ne ullum quidem veterum poëtarum metro ipso permittente sic scribere potuisse existimem. Causa me movet haec: semper in ea coniunctione ἀμφότερον vel ἄμφω, nunquam ἀμφότερα apud omnes poëtas obvium est. Prioris Homerica exempla attulit Hermannus ad Orphic. p. 699. eundem recentiorum epicorum usum dubitationis expertem reddunt Ap. Rhod. IV, 1652. Arat. Diosem. 821. (89.) Callim. Hymn. in Cer. 36. Qu. Smyrn. X, 281. Opp. Hal. III, 30. Cyn. I, 90. 301. et Nonn. Dionys. XIV, 434. et saepissime *). Posterioris autem exemplum anti-

*) Neque aliter Tragici. Euripid. Phoen. 746. 7. Θάρσει προκρίνας ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ; Ἀμφότερον.

quissimum apud Ap. Rhod. inveni I, 1011. quocum conveniunt Quint. Smyrn. I, 20. 57. VI, 569. XIII, 524. Orph. Lith. 754. Opp. Halieut. I, 15. II, 683. V, 662. Hinc Nonni Dionys. XXXIV, 117. XL, 477. leviter corrupti sunt. Neque XXXVII, 18. *νεόσμηκτον δὲ σιδήρου Ἠελίου σελάγιζε βέλος ἀντίῤῥοπος αἴγλη*, tam de productione, quam de vitio cogitandum est, quod detegunt XLII, 422. XXVI, 213. *ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἴγλη Πέμπεται ὀρθρινῇσι βολαῖς ἀντίῤῥοπος Ἠοῦς.*

Profecto autem dolendum, opus illud Dionysiacorum saepe et diu a viris doctis promissum elegantiore magisque nitido cultu nondum prodiisse, nunc enim in eo plurima, quae emendatrice manu egeant, supersunt; at cum studia illa nondum profligata sint, quae olim jam dabam, hic apponere in animo est. Dionys. V, 193. 4. *ἔγκυον ὄγκον ἔλυσε θυγατρογόνου Δαναοῖο τετράκις ἔνθεα κύκλα διαπλήσασα Σελήνη.* Divini quid hoc loco Lucinae circuli indicent, parum perspicitur, noti autem sunt hac in re novem menses. Quare idem, quod Nonnus XLI, 410. verbum dedit: *ἐννέα γὰρ πλήσασα μογοστόκα κύκλα Σελήνης*, repone.

VIII, 201. *Ἥρης ψευδομένης δολόεν δέμας ἔτρεχε παλμῷ.* In his cum poëta de Junone vetulae Semeles nutricis forma induta agat, et magis, uti Deam sistit Ovidius Metam. III, 246., curva trementi Membra tulit passu, trepida, quam celeris membrorum agitatio exspectanda sit, *ἔτρεμε* vulgatae longe anteponendum censeo.

XXVIII, 307. *θάρσος ἔχων ἀδόνητον.* Quod vocabulum Dionys. XLVI, 31. Paraphr. in Evang. Joannis C. VII, 25. 26. Cap. IX, 25. *καί σφιν ἀνὴρ ἀδόνητον ἐλεύθερον ἴαχε φωνήν*, legitur, ei hic quoque vulgatum *ἀδίνητον* metri causa cedere debet.

XXXII, 84. 5. *Γαῖα δὲ κητώεσσαν ἀναπτύξασα λοχείην Ἄνθεσιν ἱμερτοῖσι γαμήλιον ἔτρεφεν εὐνήν.* *ἔστεφεν*, torum genialem terra coronavit.

XXXVI, 215. *ὃς δὲ μέσον κενεῶνα πεπαρμένος ἔκθορε δίφρου.* Satis diligenter Eilhardus Lubinus haec reddidit: „hic vero medium transfixus ventrem cucurrit e curru"; quod quomodo fieri potuisset, pluribus vellem demonstrasset. Ex Homeri consuetudine probabile fit Nonnum in his dedisse: *ἔκπεσε.* Il. ε, 585. λ, 179.

XL, 106. κυανέους δ' ἤρασσε βραχίονας. Pectora quidem, neque autem brachia animo luctu vehementer commoto plangi solent. Quae autem huic loco accommodatiora sunt, ea ita scriptus versus referret: χάρασσε βραχίονας (laceravit brachia). Χαράσσειν autem et ἀράσσειν in Dionysiacis passim inter se male permutata reperiuntur. cf. XXXVII, 515. ubi scribendum videtur: μέσον ἐγκεφάλοιο νοήμονος ἄρθρα χαράξας.

XLI, 281. in domus Harmoniae descriptione afferuntur haec: καὶ δόλον ἐῤῥύοντο περίτροχον εἰκόνα κόσμου. Si quid in his video, cum priora nulla prorsus interpretatione illustrari possint, legendum: χορὸν ἐῤῥώοντο. Choro enim, quem Nymphae ducebant, mundi imaginem annuasque vicissitudines adumbrarunt. Eam vero dicendi formulam Nonnus, qui in his totus fere ex antiquis pendet, mutuatus est ex Hymn. Hom. in Ven. 262. καί τε μετ' ἀθανάτοισι καλὸν χορὸν ἐῤῥώσαντο. Notanda autem in hac dictione Graecae linguae ubertas. Hom. Od. θ, 260. λειαίνειν χορόν. 264. πλήσσειν χορόν. Hymn. Hom. XXVII, 15. ἀρτύνειν. Theocr. Id. XIII, 43. ἀρτίζειν. Hes. Scut. 280. Orph. Lith. 102. Eurip. Troad. 339. ἀνάγειν. Apoll. Rhod. II, 701. Theocr. Id. XVIII, 3. Soph. Electr. 280. Eurip. Alc. 1158. ἵστασθαι. Eurip. Electr. 432. πέμπειν de navibus.

XLII, 162. θαύματι μὲν δολίῳ ῥοδοειδέα δέρκετο κούρην. Dolosa admiratio quid sibi velit, ut per se difficile intelligere sit, ita in hunc locum prorsus non quadrat. Haud ita multum a vulgatae scripturae ductu recedamus legendo ὄμματι. Id enim et cum tota Nonni narratione et cum similibus ejusdem locis egregie conspirat. cf. XLII, 134. ὄμμασι λαθριδίοισιν ἐδέρκετο γείτονα κούρην. Ib. 45. 65. — XLI, 274. Apoll. Rhod. Arg. III, 444. 5.

XLVIII, 255. θώρηξεν ὀρίδρομα φῦλα Γιγάντων. Ita enim, non, ut editiones habent, λεόντων, legendum est. Neque enim leones, sed Gigantas Bacchum adversus terra, cf. v. 31. instruxit. Iam autem I, 18. φῦλα Γιγάντων obvia sunt.

Quibus olim iam evulgatis pauca alia, non minus, ut videtur, certa, ad Nonnum emendandum adjicere liceat.

Dionys. I, 231. 2. ἔβρεμε δ' ἠχὴ Οὐρανίῳ κενεῶνι πεπαρμένος ὄρθιος ἄξων. Prioris versus exitui ἠχῇ reddendum esse, non est, quod dubitemus. Idem autem reddas VI,

89. τρίπλοον ὀμφαίης ἀνερεύγετο θέσφατον ἠχοῦς. Quo loco, quid ἠοῦς ibidem nunc lectum significet, nemo facile perspiciat.

Dionys. II, 359. sqq.:

— — οὐ βοέης ἀγέλης χάριν, οὐ περὶ ποίμνης
Ἧεν ἀγὼν, οὐ νεῖκος ἔην ἐπὶ κάλλεϊ Νύμφης,
Οὐ κλόνος ἀμφὶ πόληος ὀλίζονος· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
Ἵστατο δῆρις· ἔην δ' ἐνὶ * γούνασι νίκης
Σκῆπτρα Διὸς καὶ θῶκος ἀέθλια δηϊοτῆτος.

Adumbravit auctor eo loco, qui Jovem et Typhoeum congressuros sistit, Homeri verba lecta Il. χ, 159. sqq., cujus vestigiis jam institerant alii, uti Sophocl. Electr. 1491. Apoll. Rhod. I, 1340. sqq. Versui autem quarto ad justam mensuram integer pes deest, cui rei Falckenburgius, etsi in medio versu lacunae signum editiones praebeant, opem laturus ab initio recte, ut opinor, orationem mancam esse voluit, supplevitque τοῦ Διός. Utrum autem hoc additamento veram poëtae manum repererit, mihi quidem admodum dubium est, etenim verbum desidero, quod cum sequentibus magis congruat et una rem, de qua pugnam commissuri erant, definiat. Hinc substituo ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ Οὐρανοῦ ἵστατο δῆρις· ἔην δ' ἐνὶ γ. ν.

Ib. 400. Ἀμφὶ νάπην Θρήϊσσαν Ἀθωϊὰς ὤκλασε Νύμφη. Reliquis comparatis, Nympha genibus procumbens huic loco apta non invenitur. Verbum enim esse debet, cui clamandi significatio insit: repono igitur ἔκλαγεν, quo Nonnus alibi frequenter utitur. vid. III, 61. XLVI, 267. καὶ δρύες ὠδύροντο καὶ ἔκλαγον αἴλινα Νύμφαι. XXII, 45. ἀνδρομέην δ' ὄρνιθες ἀνέκλαγον εἰκόνα μορφῆς, quibus aliud leve vitium adspersum, nemo enim profecto, aves humanae formae imaginem cantu effundere, dicet. Legendum ἀνδρομέης — — εἰκόνα μολπῆς.

IX, 56. 57. ἡ μὲν ἀνηέρταζεν ἑῆς προθορόντα λοχείης Νήπιον εἰσέτι Βάκχον ἐπωλένιον Μελικέρτην. Qui scit, poëtam agere de Ino Melicertae matre, cui Semela combusta Bacchum, ut ipsa puerpera, matris jacturam ei resarciat, Jovis jussu Mercurius adfert, Bacchi nomen male intrusum esse, clare intelliget. Hinc reponendum: κοῦρον ἐπωλένιον Μελικέρτην.

XIII, 499. τοὺς δὲ λίγα κρατέοντας ὑπ' εὐρύθμῳ χ θάνε ταρσῷ. κροτέοντας esse debere, ipsa latina interpretatio

plaudentes admonet; at Mosero in hoc versu nihil fraudis subboluit.

XVI, 67. 68. ὄφρα χορεύσω Ἀφνειῆς προχέων φιλοτήσιον ὄμβρον ἀρούρης. His Bacchus, ut puella amata potiatur, se Jovis instar in imbrem aureum mutari posse, optat. Quo voto imbrem, qui terram madefaciat, id quod aureo imbre ne effici quidem potest, contineri parum probabile est. At ex ipso Nonno aegrotanti imbri medicina anquirenda, ille enim infra XXV, 115. κυδαίνων γαμίης φιλοπάρθενον ὄμβρον ἐέρσης. ib. 121. μεμφομένη ζυγίων ἀπατήλιον ὄμβρον ἐρώτων. Prius, cum lenior sit mutatio, hic quoque praeferam.

XVII, 336. sq. Pugna Bacchum inter et Indos commissa enarratur, qua quidem etiam arbores telorum ab Indis emissorum nube perfossae dicuntur, et inter alia de lauro jam saucia v. 339. sqq. haec adduntur: καὶ αἰδομένη ἐνὶ φύλλοις Πεμπομένην ἐκάλυπτε τανυπτερύγων νέφος Ἰνδῶν, Μή μιν ἴδῃ βελέεσσιν ὀϊστευθεῖσαν Ἀπόλλων. Interpres Latinus, nihil de duplici, quae huic versui inest, ineptia sollicitus Indos extensas ales habentes sub lauri foliis absconditos esse, sibi finxit. Quod olim in schedulis meis loco adscripseram βέλος Ἰνδῶν, cum neque τανυπτερύγων, si ad Indos referas, placeat, neque telorum multitudo commode abesse possit, nunc ipse damno. Re autem accuratius perpensa, ad veritatem, quae omnibus, spero, sufficiet, delatus mihi esse videor corrigens: Πεμπομένων ἐκάλυπτε τανυπτερύγων νέφος ἰῶν.

XXVI, 203. De suavissima Horionis voce, quae non cum Zephyri susurru, at cum epithalamio a vate artis peritissimo cantato contendi possit, poeta agit. Quare admodum inficete versum hunc: οὐ μὲν ἀνακρούει Ζεφυρηΐδι σύνθρονος αὔρῃ, latina interpretatio reddit: Non quidem praeludit Zephyri in una sede sedens cum vento. Quod unice sententiae aptum, σύνθροος in pristinam sedem recipe, eoque Nonnus delectatur, ut: II, 251. III, 67. σύνθροος ἐσμαχάρησε μέλος βητάρμονι παλμῷ. et statim libro nostro v. 208.

XXXV, 83. Χειροβίη δὲ λαβοῦσα σάκος καὶ Μοῤῥέος εὐνὴν Ἔχραε Βασσαρίδεσσι. Scribe αἰχμὴν sive ἔγχος. Quomodo enim lecto Morrhei armata invadere potuisset Bacchas?

Ib. v. 173. καὶ σὺ Θαλάσσῃ Λούεο σῶν τεκέων γυμνούμενος. Eilhardus Lubinus transtulit: lavare tuis membris. ῥεθέων igitur, ut videtur, legit: melius in locum depravatae vocis τευχέων sufficias.

XXXIX, 9. πόντον ἀμοιβαίῃσιν ἐπιῤῥήσσοντες ἀγυιαῖς Legendum ἐρετμοῖς, cl. v. 307.

XXXIX, 88. ὑγρομόρων γὰρ Ἐλπίδες ἀντιβίων κενεαυχέες. Vox prima nihili est lege: vel ὑγρονόμων, vel, quod magis placeat, ὑγροπόρων. Utrumque Nonno familiare. cf. III, 37. XXXIX, 237. XLIII, 107.

XXXIX, 242. ξανθὸν ἐρευγομένη κόρον αἵματος. Repone ῥόον αἵματος.

XLVII, 327. ἕλμασι νυμφιδίοισι θυηπολέων Ἀφροδίτῃ. „Conjunctionibus sponsalibus sacrificans Veneri" reddidit Latina versio: tu, me fidejussore, lege ἅλμασι νυμφιδ. et de chorea nuptiali cogita. Hoc verbum Dionys. II, 435. et alibi obvium.

XLVIII, 576. αὐτομάτην ὤδινε μέθην εὐώδινι μαζῷ. Ultima versus allati pars et metro repugnat, et ingratam repetitionem subministrat. Corrige εὐώδεϊ μαζῷ. Ita Nonno II, 89. χαίτῃ εὐώδης et alia memorantur. Legitur quidem etiam 807. βαρυώδινα, sed ibi, nisi fallor, reducendum vocabulum Theocriteum βαρυώδυνα.

Ut plerumque in Nonni libris, ita in Empedoclis Agrigentini v. 45. apud Sturzium ἀκίνητα κατὰ κύκλον, non ferri potest brevis syllabae productio. Aristoteles Sturzio teste, ἀκίνητοι, quod, quo referatur, non habet, uno in loco, ut Empedocleum, laudat. Quum vero, quo pacto res perpetua mutatione agitatae immobiles vocentur, intelligi non possit, etiam ἀκίνητα nec sententiae nec metro accommodatum est. Verum enim vero, quod sententiae a poëta probabiliter dicendae apprime convenit, ex Aristotelis lectione eruere possumus. Quamquam enim ex Empedoclis doctrina omnia perpetuo mutantur, tamen haec ipsa mutatio fixa et in aeternum rata lege continetur. Scripserim igitur: ταύτῃ δ' αἰὲν ἴασιν ἀκίνητον κατὰ κύκλον. Nec me fugit, Naekium V. C. in libello Academico, quem mihi non ad manum esse aegre fero, eodem propemodum tempore, quo primum haec proponebam, eandem medelam suasisse. Ejusdem Empedoclis v. 73. στερεά γε Editori debetur, qui pejus etiam defendit Hes. Sc. 54. Ἰφικλῆά γε. Merito enim Herman-

nus jam in libr. de Metr. p. 70. γε istud, utpote ineptum fulcrum, quo versus non adjuvabatur, sed pessumdabatur, notaverat. Cujus monitis Heinrichius V. C. obsecutus, e textu proscripsit. In his igitur Simplicii scritura θέλιμνά τε καὶ στερέωμα retinenda erit. Ubi in poëtis, ut filum interruptum ad finem perducamus, praepositiones ὑπὸ vel ἀπὸ litera liquida excipit in iis locis, in quibus Homerus nullo exemplo praeivit, et recentiorum usum varium et fluctuantem animadvertimus, paulo major dubitatio exoritur, cum nunc ultima praepositionum syllaba sola longam habeat mensuram, nunc in diphthongum immutetur. Prioris generis sunt Apoll. Rhod. IV, 1735. ὑπὸ λιβάδεσσιν. Qu. Smyrn. III, 219. ἀπὸ νέκυος. IV, 182. ὑπὸ μαζοῖσι. IX, 184. ὑπὸ μελίη. Empedocl. 16. ἀπὸ μακάρων. Epigr. adesp. Jacobs. Anthol. T. IV, p. 157. (Brunck. Analect. III, p. 190.) ὑπὸ λυκάβαν. Posterioris Theocr. Id. XXI, 121. ἀπαὶ λαγόνος. Nicand. Ther. 595. *) ἀπαὶ μέσου. Qu. Smyrn. IX, 68. παραὶ λίμνῃ. 61. ὑπαὶ Νιρῆϊ. Opp. Hal. I, 149. παραὶ μυχόν. in nova editione Schneider. παρὰ exhibetur. Orph. Lith. 219. ὑπαὶ μαζοῖσι. (V. L.). Empedocl. 296. ἀπαὶ νώτων. Archi. Epigr. XIV. 2. apud Brunck. Anal. II, p. 98. (Anthol. T. II, p. 86.) ὑπαὶ μίτραις. Ib. p. 226. N. 8. 3. (Analect. T. II, p. 242.) ὑπαὶ Μακέτῃ. Eodem modo tertia verborum persona in breve ο desinens passim producta apparet ob causas cuilibet facile perspiciendas. Od. γ, 289. ἐφράσατο, λιγέων. Hes. Theog. 901. ἠγάγετο λιπαρήν. Il. η, 444. θηεῦντο μέγα. ι, 629. θέτο μεγαλήτορα. ν, 456. ἐταρίσσαιτο μεγαθύμων. φ, 256. ἕπετο, μεγάλῳ. χ, 201. δύνατο μάρψαι. 307. τέτατο μέγα. Od. δ, 444. 746. ι, 330. μ, 175. φ, 247. 412. Hes. Theog. 931. Il. ν, 215. τέκετο νεφεληγερέτα. χ, 303. εἰρύατο νῦν. Il. ο, 119. κέλετο Δεῖμον. Od. ο, 249. τέκετο Πολυφείδεα. Il. δ, 456. μ, 144. ο, 396. π, 366. γένετο ἰαχή. Clark. ad Il. δ, 456. hunc versum ὀνοματοποιητικὸν judicat, quod ab Heynio derisum Ruhnkenio primi ordinis critico haud improbabile visum est, cf. ejus notam ad Hymn. in Cer. v. 81. Il. ξ, 92. Od. θ, 240. ἐπίσταιτο ἦσι. Od. κ, 246. δύνατο ἔπος. Il. γ, 240. δεῦρο μὲν ἕποντο.

---

*) At idem in Theriac. 468. κατὰ μέσον, quod Hermannus eodem in hemistichio in Alexiph. 26. expellere voluit.

§. 11.

Brevitas syllabarum in *ον* terminatarum in omnibus fere formis caesurae ope longam nanciscitur mensuram. Ita in vocabulis longioris ambitus, vel tali subsequente, ubi, etsi hic et illic aeolicam adspirationem in subsidium vocare possis, inde tamen parum lucri in universum capies. Il. *α*, 85. *θεοπρόπιον, ὅ, τι.* 527. *ἀτελεύτητον, ὅ, τι.* 535. *ἐπερχόμενον, ἀλλ'.* *β*, 24. 61. *παννύχιον εὕδειν.* 507. *πολυστάφυλον Ἄρνην.* 734. *Ὀρμένιον, οἵτε.* *ι*, 220. *Πάτροκλον, ὃν ἑταῖρον.* *λ*, 427. *αὐτοκασίγνητον εὐηγενέος.* Ejusdem generis sunt: *λ*, 582. *ν*, 558. 495. *ἐπισπόμενον ἑοῖ.* et alibi. *ξ*, 178. 466. *π*, 377. *σ*, 580. *υ*, 145. 472. *ω*, 47. 192. 765. et Od. *τ*, 222. *ἐεικοστὸν ἔτος.* *ω*, 309. et Hymn. in Ven. 278. *πέμπτον ἔτος.* Od. *α*, 131. *δ*, 264. 701. *ε*, 19. 460. *ζ*, 163. 330. *η*, 261. *ξ*, 287. *μ*, 10. *νεκρὸν Ἐλπήνορα.* *ξ*, 113. *ο*, 104. *ρ*, 206. *υ*, 374. Hes. Sc. 77. Aliquot reperiuntur vocabula, quae eandem syllabam paullo saepius ante se longam faciunt, velut *ἔπος.* Il. *β*, 361. *η*, 375. Od. *δ*, 503. Hymn. Hom. in Apoll. 534. Hes. Op. et D. 721. et alibi. Il. *ι*, 399. *ἄλοχον, εἰκυῖα.* *ω*, 193. *ἄλοχον Ἑκάβη.* *ρ*, 159. *Πάτροκλον ἐρυσαίμεθα.* 419. *σφετερὸν ἐρύσαι.* Od. *λ*, 576. *Τίτυον εἶδον.* Il. *φ*, 8. *ποταμὸν εἰλεῦντο.* Od. *ε*, 403. *ἐρευγόμενον εἴλυτο.* Il. *ω*, 85. *μόρον οὗ.* Od. *ι*, 34. *γλυκίον ἧς.* Il. *φ*, 558. *πεδίον Ἰλήϊον.* Od. *γ*, 435. *χρυσὸν εἰργάζοντο.* Il. *κ*, 534. Od. *δ*, 140. et alibi *ἔτυμον ἐρέω.* *υ*, 278. *σκιερὸν ἑκατηβόλου.* Hymn. Hom. XXVIII, 11. *σμερδαλέον ἰάχησεν.* Verum in brevioribus etiam nonnunquam observatur, ubi vix ullo artificio licentia excusari potest, uti Il. *α*, 226. *πόλεμον ἅμα.* Il. *γ*, 310. *δίφρον, ἄρνας.* *φ*, 542. *σφεδανὸν ἕφεπ'.* Od. *ε*, 266. *τὸν ἕτερον, ἕτερον.* E quo perspicuum redditur, Hes. Op. et D. 434. *εἰ χ' ἕτερόν γ' ἄξαις, ἕτερόν γ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.* *γε* illud bis additum inutile esse fulcrum adjectum ab aliquo, qui versum periclitari existimabat. Nec defendatur particula Od. *τ*, 294. *καί νύ κεν ἐς δεκάτην γενεὴν ἕτερόν γ' ἔτι βόσκοι.* ibi enim non duo sibi invicem opponuntur. At plus roboris iis, quae de Hesiodi loco diximus, addat Il. *γ*, 103. *οἴσετε δ' ἄρν' ἕτερον λευκὸν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν.* Od. *β*, 41. *ὃς λαὸν ἤγειρα.* Ex interpunctione syllabae productae causa potissimum pendet. Il. *α*, 491. *πόλεμον· ἀλλά.* *γ*, 24. *ο*, 271. *κεραὸν, ἤ.* *θ*, 158. *ἰω-*

χμόν· ἐπί. κ, 7. νίφετον, ὅτε. λ, 630. κάνεον· ἐπὶ δέ. ν, 587. γύαλον, ἀπό. σ, 238. πόλεμον· οὐδ'. 591. ἴκελον· οἷον. τ, 367. ἄτλητον· ὁ δ' ἄρα. χ, 198. πεδίον· αὐτόν. Od. δ, 531. λόχον· ἑτέρωθι. η, 180. μέγαρον· ἵνα. 131. ὑψηλὸν, ὅθεν. θ, 277. θάλαμον, ὅθι. λ, 602. εἴδωλον· αὐτός. ν, 157. ἴκελον· ἵνα. π, 89. ἴφθιμον, ἐπειή. Hymn. in Ven. 158. εὔστρωτον, ὅθι. Hes. Theog. 307. ἄνεμον, ἑλικώπιδι. Denique accedente ὡς Il. β, 190. ο, 196. κακὸν ὥς. ι, 155. 297. μ, 176. χ, 434. θεὸν ὥς. idem habet Quint. Smyrn. I, 107. Il. σ, 57. 438. φυτὸν ὥς. ν, 470. τηλύγετον ὥς. υ, 200. νηπύτιον ὥς. Od. ε, 36. η, 71. θ, 173. alibi. Hes. Theog. 91. iterum θεὸν ὥς. Od. σ, 296. ἠέλιον ὥς. Porro Il. ξ, 357. *Ποσείδαον, ἐπάμυνε.* Quae Homeri productiones cum tam crebro inveniantur, eadem in forma recentiores etiam; quorum studium magna ex parte ad Homeri exemplar sese componeret, saepe similia admisisse nobis mirum videri non potest. Praeter eos autem versus, qui ab Hermanno in Orphicis passim notati sunt, usus ejusdem in operibus eorum locos inveni hos. Arat. Phaen. 76. φαινόμενον Ὀφιοῦχον, quo et vulgata vers. 577. μογερὸν Ὀφιοῦχον defendi possit. At versu 442. πρότερον ἐπεφημίξαντο Stephani lectio πρότεροι ἐπεφημίξαντο, tum metro tum linguae accommodatior videtur, nam ita fert epicorum consuetudo; vid. Arat. Phaen. 637. Nic. Ther. 412. Orph. Lith. 182. 192. Maneth. Apotelesm. VI, 37. Δαίμονα τόντε κακὸν πρότεροι φῶτες καλέσαντο. Recentissimum vero illius poëtae editorem codicum auctoritati non ea, qua par erat, diligentia morem gessisse, dolendum est. Quod ut pluribus comprobari possit, unum idque insigne exemplum attulisse satis habeo. Phaen. v. 464. μέτρα περισκοπέοντι πλανωμενάων ἐνιαυτῶν in textu est; hac autem scriptura metrum violari, vel me tacente quilibet intelligit. Recipienda igitur erit unice vera Codd. lectio κατανεομένων. Apoll. Rhod. I, 615. ἔρον, ἄς. *) Dionys. Perieg. 381. Ἀγχιπόρον Ἀκυλήϊον. Non possum hic alium Dionysii, poëtae purissimi et nitidissimi, locum leviter vitio adspersum silentio praeterire. v. 1154—8.

---

*) At habent in hoc Apollonii loco edit. Florent. quaeque eam proxime secutae sunt: ἔρον· τάς; quod recipiendum judicaverim.

— — — — ἠλλάσσοντο μὲν ἁβραὶ
Ληνάων νεβρῖδες ἐς ἀσπίδας, ἐς δὲ σίδηρον
Θύρσοι μαιμώωντο, καὶ ἐς σπείρημα δρακόντων
Ζωστῆρές θ' ἕλικές τε πολυγνάμπτης ἑλίνοιο.

Jam quidem Eustathius ἕλινος ἄμπελος interpretatus lectionem vulgatam agnoscit, sed adjectivum magis apio, quam viti convenit. Quare puto, aliam quorundam librorum lectionem collatam cum ea, quae plurimas obtinet editiones, πολυγνάμπτοιο ἑλίνου, in veritatis viam reducere. Quam mihi natam suspicionem aliorum poëtarum loci magis corroborarunt. Theocr. Id. VII, 68. κνύζᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτοισι σελίνοις. Nonnus Dionys. XII, 299. 300. Ἄγριος ἡβώουσα πολυγνάμπτοισι σελίνοις Οἰνοτόκων βλάστησε φυτῶν εὐάμπελος ὕλη. In ejusdem poëtae XVI, 298. ita legendum: ἀμφοτέρους δ' ἐπύκαζε, σελινοφόρῳ δὲ κορύμβῳ. quam emendationem numerorum necessitate satis stabilitam Lobeckius margini adscripsit. Quint. Smyrn. IV, 67. ἀταρτηρὸν, ὁπόταν. X, 202. ἀεξόμενον· ὁ δ' ἄρα. Maneth. I, 332. θάνατον ὁρόωσι. V, 195. λαιμὸν ἀνόρυξεν. In Batrachomyomach. 226. Τυροφάγον αὐτῇσι. 252. τάφρον, ὅπως. v. 117. παγίδα καλέουσι, nisi putas, παγίδ' ἐγκαλέουσι legendum esse, ex eo, quod nominis proprii quasi vicem tenet, excusationem loco petere possis. Verborum denique productorum exempla Homeri opera suppeditant haec fere: Od. β, 523. ἐκερτόμεον ἐπέεσσιν. Il. ψ, 492. ἀμείβεσθον ἐπέεσσιν. Nam Il. σ, 493. ἠγίνευν ἀνὰ ἄστυ, Od. κ, 204. ἠρίθμευν, ἄρχον scribendum statuo: certa haec ita eloquenda esse, et mensura verbi ἀγινέω, cujus ι in epicis constanter producitur, et correptio ante θμ, quae in heroico versu antiquo haud toleranda erit, evincunt. Veteres de eorum lectione ipsos ambigue judicasse, auctor est Eustathius ad h. l. p. 1655. Il. ο, 354. ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους. ρ, 317. ἴαχον, ἐρύσαντο. β, 504. 539. et alibi in navium recensione εἶχον, ἠδ'. μ, 261. αὐέρυον, ἔλποντο. σ, 222. ἄϊον ὄπα. 224. τρόπεον· ὄσσοντο. in quo aliis τρώπεον s. τρόπευν placuisse, verba Eustathii ostendunt p. 1140. l. 18. ἰστέον δὲ καὶ, εἰ μὲν ἡ ἄρχουσα τοῦ τρόπεον *) μεγεθύνεται, τότε αἱ ἐφεξῆς δύο συλλαβαὶ ἀντὶ μιᾶς λογίζονται μακρᾶς. εἰ δὲ σμικρύνεται, ἀναγκαίως ἡ

*) Notandus hic vocabuli μεγεθύνειν usus Grammaticus.

λήγουσα ἐκτείνεται λόγῳ κοινῆς συλλαβῆς. τ, 45. ἔχον φίλα. ρ, 196. ἔπορον· ὁ δὲ ἄρα. ξ, 11. πάμφαινον· ὁ δέ, Od. γ, 139. ἦλθον οἴνῳ. η, 6. ἔλυον, ἐσθῆτα. 341. ὤτρυνον Ὀδυσῆα. ρ, 35. φ, 224. χ, 499. κύνεον ἀγαπαζόμενοι. μ, 185. κατάστησον, ἵνα.

§. 12.

Quum innumeris fere locis syllaba ος producatur, eo, ut puto, spectant, quae de Wakefieldio Northmor. ad Thryphiodori v. 10. prodit: „Procul dubio errat Wakefieldius monendo, nullam brevem syllabam cum brevi consonante exeunte praeter unam syllabam ος certo produci in carminibus Homericis, ne quidem per caesuram:" Noct. Carc. p. 415. Wakefieldii enim sententiam plenius cognoscere nondum licuit. In vocabulis longioribus producitur. Il. α, 244. χωόμενος, ὅτ'. β, 736. al. Εὐρύπυλος, Εὐαίμονος. γ, 329. et alibi Ἀλέξανδρος, Ἑλένης. β, 71. ἀποπτάμενος, ἐμέ. ε, 462. εἰδόμενος Ἀκάμαντι. θ, 359. φθίμενος ἐν. ι, 327. μαρνάμενος ὀάρων. λ, 219. πρῶτος Ἀγαμέμνονος. 371. κεκλιμένος, ἀνδροκμήτῳ. 547. ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον. 674. ἐλαυνόμενος· ὁ. μ, 270. χερειότερος· ἐπεί. ν, 368. Πρίαμος ὑπό. ξ, 6. εὐπλόκαμος Ἑκαμήδη. 473. κασίγνητος Ἀντήνορος. π, 192. ἀμφαγαπαζόμενος, ὥςεί. 716. εἰσάμενος αἰζηῷ. 718. αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης. 756. ἐρεισάμενος, οὐδέ. ρ, 42. ἀδήριτος, ἤτ'. 109. ἐντροπαλιζόμενος· ὥστε. 582. ἱστάμενος ὤτρυνεν. A quibus non differunt 345. υ, 404. φ, 361. 363. 507. χ, 22. ψ, 89. 137. 460. 603. 756. ω, 736. Atque hi Odysseae loci: γ, 246. δ, 773. η, 185. 198. 308. θ, 140. 400. ν, 3. 171. π, 394. υ, 244. λ, 347. 62. ρ, 445. σ, 412. τ, 405. θ, 127. ι, 302. 359. 429. κ, 170. θ, 238. λ, 103. ν, 343. λ, 257. μ, 52. 294. 352. 356. ο, 529. π, 160. 351. τ, 507. υ, 303. χ, 49. ω, 285. Hymn. in Ap. 209. Hes. Op. et D. 577. Scut. 102. 467. 369. Fr. 3, 2. Nihil, cur quemquam miratio subeat, est in his aliunde jam notis, Il. γ, 249. παριστάμενος ἐπέεσσιν, eique conterminis. Neque autem in iis praeter caesurae vim quicquam veteres agnoverunt. Eustath. ad Il. ρ, 215. p. 1103. ἐποιχόμενος ἐπέεσσιν. ἔνθα ὅρα τὸ τοῦ στίχου πάθος. ἡ γὰρ λήγουσα τοῦ ἐποιχόμενος ἐκτέταται τῇ στιγμῇ καὶ τῷ ἐπιφερομένῳ φωνήεντι κατὰ τὸ, Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή.

ἐν οἷς ἰσχύων ὁ ποιητὴς δι᾽ ἐπενθέσεως τοῦ ῥα συνδέσμου ἢ τοῦ γε καὶ συναλοιφῆς αὐτῶν ἰάσασθαι τὸ πάθος δακτυλικῶς, ὅμως οὐκ ἀντέκρινε τὸ σύνηθες τοῖς μέτροις ἐνδέοντι παθητικόν. Il. η, 173. αὐτός, ὄν. Od. α, 5. ἀρνύμενος ἥν. Hes. Op. et D. 570. φθάμενος οἴνας. Il. χ, 25. Od. ρ, 328. πρῶτος ἴδεν. Il. π, 711. ἀλευάμενος ἑκατηβόλου. ψ, 795. μέλεος εἰρήσεται. Il. α, 70. ζ, 351. ὅς ἤδη. Poëtae quoque recentiores in his sibi licentiam passim indulserunt, velut Apollon. Rhod. Arg. IV, 1260. ἀκηχέμενος ἀγόρευσεν. 1422. λισσόμενος ἀδινῇ. In libro Apollon. Rhod. III, 1147. πείρινθεν. μετὰ δ᾽ αὖτε διέτμαγον. Haec ita scripta actionem indicarent, disciderunt, sed restituendum διέτμαγεν, separati sunt, discesserunt, quum hoc verbi illius discrimen perpetuo a poëtis teneatur, et loci, si qui forte repugnent, emendandi, vt Nonni Dionys. VII, 8. καὶ τὰ μὲν ὡς εἰπόντε διέτμαγεν, vbi nunc pariter διέτμαγον. Adstipulantur his Grammatici, velut Schol. Venet. ad Il. α, 531. βουλεύσαντε διέτμαγεν, αἱ πᾶσαι διὰ τοῦ ε. Locos enim plures ejus poëtae, cujus, si fata sinant, egregium carmen nova cura perpolitum aliquando in lucem emittere mihi in votis est, etsi possim, attingere nolo.

In Nicand. Alexipharmac. 253. μαινόμενος, ἤ. 362. βιαζόμενος ἤ. Quam autem v. 273. ὥς τε Προμηθείοιο πυρὸς ἀνεδέξατο φωρήν lectionem induxit Schneiderus, vulgatae Scholiastae auctoritate defensae posthabeo. Inesse quidem videtur in his ingrata vnius et ejusdem rei repetitio, sed si κλοπήν ipsam surripiendi actionem, φωρήν autem ignem furto comparatum intelligis, illa euanescit. Scribendum hoc autem in ipso poëmate 294. αἰχμητῇσιν ὑποδμηθεῖσα νεοσσαῖς. Simile enim mendum jam Ruhnken. sustulit Ep. Critic. prim. ad Hes. Theog. 374. Quare in Nicandri etiam versu, vbi ὑποδμηθεῖσα rei ipsius naturae vnice congruit, ὑπευνηθεῖσα locum tenere non potest. In Quint. Smyrn. Posthomeric. III, 440. ἐπιστάμενος ἐς Ἄρηα Tychsenio invito sedem occupasse puto, recte enim olim ἐπισταμένως impressum erat. IV, 226. ἐπειγόμενος· ὁ δ᾽ ἄρ᾽. VII, 182. εἰρόμενος· ὁ δέ. Meneth. in Apotelesm. IV, 467. πυρσοτόκος, ἰδ᾽. V. 45. ἀργαλέος, ὑπό. Denique in Batrachomyomach. 221. κραμβοφάγος ὄχθησιν.

Vbi vocabula breuiora interpunctione adjuta lon-

jam in mensuram brevitatem mutant, Homerus haec fere dat: Il. β, 745. 822. ω, 573. Od. β, 11. ο, 100. οὐκ οἶος, ἅμα. (qua in phrasi vide Quintum poëtam secutum lib. IX, 63.) Tum Il. γ, 381. θεός· ἐκάλυψε. ζ, 76. Ἕλενος, οἰωνοπόλων. θ, 144. ἴφθιμος· ἐπειή. η, 416. Ἰδαῖος, ὁ δ᾽ ἄρ. υ, 72. σῶκος, ἐριούνιος. ψ, 511. Σθένελος· ἀλλ᾽. ψ, 779. φθάμενος· ὁ δέ. Od. δ, 566. νιφετός· οὔτ᾽ ἄρ. ι, 207. αὐτός, ἄλοχος. λ, 172. νοῦσος, ἥ. Hymn. in Ap. 34. Σάμος, Ἴδης (quibus locis congruum est Apoll. Rhod. Argon. IV, 282. ποταμός, ὕπατον). Hom. Il. ε, 499. ἄνεμος ἄχνας. ω, 295. πίσυνος ἐπί. Od. θ, 582. γαμβρὸς ἤ. τ, 99. ξεῖνος ἐμέθεν. Il. ω, 154. ὅς ἄξει. χ, 236. ὅς ἔτλης. Il. γ, 230. λ, 58. Od. ξ, 205. θεὸς ὥς. Il. δ, 482. αἴγειρος ὥς. ζ, 443. κακὸς ὥς. λ, 237. μόλιβος ὥς. ν, 531. αἰγυπιὸς ὥς. ξ, 185. Od. τ, 234. ἠέλιος ὥς. Od. ζ, 309. ἀθάνατος ὥς. Hesiod. Theog. 862. κασσίτερος ὥς. Neutra in ος desinentia longa sunt: Il. α, 51. δ, 129. βέλος ἐχεπευκές. β, 696. τέμενος, Ἰτωνά τε. θ, 248. τέκος ἐλάφοιο. χ, 513. ὄφελος, ἐπεί. Od. δ, 62. γένος ἀπόλωλε. θ, 355. χρεῖος ὑπαλύξας. Il. λ, 652. ἔπος ἐρέων. Od. λ, 146. ἔπος ἐρέω. π, 11. ἔπος ὅτι. χ, 392. ἔπος εἴπωμι. Hymn. in Ven. 200. ἔσχ᾽ ἄχος, οὕνεκ᾽ ἄρα legi oportere, jure suo probatum ivit Hermannus. Genitivi ejusdem soni pari modo producti aliquot exempla Hermannus congessit ad Orphic. p. 703. Supersunt haec: Od. ζ, 262. πόλιος ἐπιβείομεν. Il. η, 83. υ, 295. Hymn. in Ap. 1, 56. Hymn. Hom. XXIII, 1. Ἀπόλλωνος Ἑκάτοιο s. ἑκαέργου. Adde Hesiodi Scut. Herc. 100. Il. β, 624. Ἀγασθενέος Αὐγηϊάδαο. Il. φ, 504. Od. τ, 400. θυγατέρος ἧς. Od. ι, 201. Ἀπόλλωνος· ὁ δέ. ζ, 294. πτόλιος, ὅσσον. π, 471. πόλιος, ὅθι. Il. ν, 598. χειρὸς ἔρυσεν. χ, 282. μένεος ἀλκῆς τε, quam lectionem, uti vidimus, Eustath. quoque Il. ζ, 265. defendit. σ, 168. Διὸς, ἄλλων. ω, 467. τέκεος· ἵνα. Od. ι, 209. ὕδατος ἀνά. κ, 172. νεὸς, ἀνέγειρα. μ, 329. νηὸς ἐξέφθιτο. σ, 29. συὸς ὥς. ψ, 150. πόσιος οὐ. Hymn. in Ap. 74. κρατὸς ἅλις. Hes. Theog. 845. πυρὸς ἀπό. Ad cujus et Od. σ, 29. normam Apollonius scripsit lib. IV, 1145. πυρὸς ὥς. Tryphiodorus autem in Ilii Expugnatione 645. Ὀδυσσῆος ὀλοὸν κῆρ. Idem vero carmen non minus, quam Coluthi Helenae raptus, omnis generis vitiis, quibus autem Codicum praesidio destituto tutam medicinam admovere vix liceat, etiamnunc scatet. Certa vero, puto, emendatione v. 163. ἀπηνέϊ δ᾽ ἵζετο

θυμῷ, quae de Menelao, qui ira in Deiphobum Helena Paridis post mortem potitum percitus ligneum equum ingreditur, dicuntur, rescribendum censeo ἀπηνεῖ δ' ἔζει θυμῷ. Maxime illud Quintus in similibus frequentavit, vid. lib. II, 256. V, 379. VIII, 173. 4. ὑπὸ κραδίῃσι δὲ θυμὸς Ἔζεεν. Theocrit. Id. XX, 15. Neque aliter Tragici. Sophocl. Oed. Col. 434. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. Eurip. Hecub. 1046. θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ ubi, cf. Porsonium vulgatam contra Ruhnkenium defendentem.

§. 13.

Ultima vocalium υ cum et in substantivis et in adjectivis in fine posita nonnisi brevis esse soleat, vid. Pros. Reg. 40. Drac. p. 25. 1., productionibus caesurae ope factis loci adscribantur hi: Il. π, 504. δόρυ· ποτὶ, sed ibi quoque legendum erit προτί. Il. ρ, 744. δόρυ μέγα. β, 529. πολὺ μείων. Od. δ, 698. πολὺ μεῖζον. Tum ἀντικρὺ saepius apud Homerum ultimam in caesura longam habet, (Draco l. l. longam esse ducit,) unde eundem usum sequioribus epicis adoptatum Homericis exemplis approbavit Hermannus ad Orphic. p. 706. Bentlejus autem in his omnibus ἀντικρὺς substituere voluit. Nicander in Alexiph. 386. γλυκὺ νείμειας. Quae vero in Empedoclis Agrigentini fragmentis v. 154. χωρὶς πᾶν τὸ βαρὺ, χωρίς τε τὸ κοῦφον ἔθηκεν, leguntur, ab ipso editore e Plutarchi verbis allatis composita sunt. Cum vero ante literas adspiratas vel apud antiquiores productiones non ita saepe inveniantur, etsi interpunctio caesurae vim augeat, haec ita ab Empedocle scribi potuisse dubito. Sin autem e Plutarchi verbis versus necessario fingendus fuerit, ad veram poëtae manum propius accederemus scribentes: χωρὶς μὲν βαρὺ πᾶν, χωρὶς δὲ τὸ κοῦφον ἔθηκεν. Omnino enim Sturzio, cujus Agrigentino philosopho navata opera laetissimos protulit fructus, rei metricae curam non satis feliciter cessisse, dolendum est. Quod ut uno certe exemplo comprobem, V. 143. numero plane destitutum refinxit. Ille enim e Plutarchi Isi et Osiride 29. petitus, ibidem hoc modo legitur: πω πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου. Editor, cum Plutarchi ratio metrum violet, se versum transpositis verbis imprimendum curasse, refert, ita quidem: πω πᾶν ἐπ' ἔσχατα ἐξέστηκεν κ. κ. Sed penes lectores esto judicium, uter magis

hexametri numeros adumbret. At de formis nominum in υς desinentibus, maxime de iis, quae ultimae syllabae acutum imponunt, minori jure dubitari potest. Nam ut in genitivo et dativo corripiuntur, ita nominativum et accusativum (υν) longum habent. Non quidem me fugit, poëtas recentiores tum epicos tum tragicos ab Homeri usu passim declinasse, iisque syllabis trochaei mensuram indidisse, sed in Homericis carminibus nullum hujus rei apparere exemplum, altera ex parte non minus certum est. Agit de his vocibus Regul. Pros. 33. at diversa tradunt alii metrici, uti Draco p. 30, l. 15. cll. 91. l. 15. et p. 32. l. 16. Plura dat Eustath. ad Od. τ, 163. p. 1851. *ἀπὸ δρυός. ὅρα, ὅτι τὴν δρυὸς γενικὴν συστέλλει Ὅμηρος, εἰ καὶ ἡ εὐθεῖα ἐκτεταμένον ἔχει τὸ δίχρονον· τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ τοῦ σῦς συός, μῦς μυός, καὶ ἐπὶ ἄλλων· φησὶ γοῦν Ἡρωδιανός, ὅτι τὸ υ ἐπ' εὐθείας ἐκτεινόμενον φιλεῖ συστέλλειν τὰς ἄλλας πτώσεις, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ πῦρ πυρός, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἰχθύος. ὅτι δὲ οὐ μόνον δρῦς καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ περισπῶνται, ἀλλὰ καί τινα τῶν ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, δηλοῖ ὁ αὐτὸς γράψας οὕτω· τὰ εἰς υς ὀξύτονα θηλυκὰ συστέλλονται τὸ υ. τὰ μὲν διὰ τοῦ δ κλίνονται. κροκύδος, χλαμύδος. τὰ δὲ ἐκτεταμένον ἔχοντα τὸ υ διὰ καθαροῦ τοῦ ος· ὀΐζύος, ἐριννύος· τὰ δὲ περισπώμενα καὶ αὐτὰ καθαρεύει· ὀσφύος, ὀφρύος, δρυός, ὥστε περισπᾷ καὶ τὸ ὀφρύς. ἐν ἄλλοις δοκεῖ ὅμοιον τόνον ἐπιτιθέναι καὶ τῇ τοῦ ἰχθύος εὐθείᾳ· εἰπὼν γὰρ ἐν τῷ περὶ τῶν εἰς υς περισπωμένων μονοσυλλάβων ἀρσενικῶν, ὡς φυλάσσουσι τὸ υ ἐν τῇ κλίσει, ἓν μόνον ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὁ ἰχθὺς ὁμοίως ἐκλίθη τοῖς προειρημένοις.* Idem de voce *ἰχθὺς* statuit Draco l. l. Utcunque autem de tono harum vocum judicetur, poëtas antiquissimos ultimam eorum longam mensos esse, ex Homeri consuetudine, quam nunquam migrat, manifestum est. Il. ζ, 79. *πᾶσαν ἐπ' ἰθὺν ἐστε.* λ, 305. *πληθὺν· ὡς ὁπότε.* φ, 127. *ἰχθὺν· ὥς κε φάγησι.* υ, 421. *κὰρ ῥά οἱ ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς.* ubi Ernestius mensura illa offensus apographorum nonnullorum lectionem *χλόος* immerito praefert, pallor enim genis, Il. γ, 35., caligo oculis offunditur. Idem discrimen observat Apollon. Rhod. Arg. III, 962. 3. ubi de Medea amoris aestu incensa leguntur haec:

ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὔτως
ἤχλυσαν· θερμὸν δὲ παρηΐδας εἷλεν ἔρευθος.

Od. σ, 407. βρωτὺν οὐδέ. Alios enim locos, ubi haec syllaba in caesuram incidit, modo indicamus. Il. β, 143. 278. ρ, 31. υ, 197. ν, 731. Od. ε, 470. π, 294. Il. ο, 305. ψ, 622. Pariter Hesiod. Theog. 214. οἰζὺν ἀλγινόεσσαν. Scut. 264. Ἀχλὺς εἱστήκει. Hanc autem antiquorum poëtarum normam a recentioribus paulisper immutatam observamus. Plerumque quidem has voces Homerico de more versui accommodant, velut ἀχλύς *) Qu. Smyrn. XII, 515. ἰχθύς Arat. Phaen. 387. Opp. Hal. I, 69. 223. II, 192. IV, 245. V, 91. ἰχθύν Opp. Hal. II, 200. IV, 219. Cyn. I, 50. ἰλύς Opp. Hal. I, 781. V, 274. ἰλύν ibid. II, 650. ὀφρύς ibid. I, 258. IV, 505. ἰξύν Philet. Anth. T. I. p. 123. (Brunck. Analect. Lect. p. 234.) νηδύς Opp. Hal. II, 580. Nic. Alexiph. 416. Orph. Lith. 237. Epigr. Alc. Mess. XIV, 2. Anth. T. I. p. 240. (Brunck. Anal. Tom. I. p. 489.). Quorum ad multitudinem si exempla contraria contuleris, horum numerum illis multo inferiorem esse liquet. Ut Apoll. Rhod. I, 239. πληθὺς ἐπερχομένων. ib. 515. θελκτὺν ἀοιδῆς. Theocr. Id. XXI, 49. ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι. Nicand. Alex. 34. κλιτὺν ὑπέδραμον. Callim. Hymn. in Dian. 160. νηδὺς ἐκείνη. Opp. Cyn. II, 6. ἀπ' ἰξὺν ἐπ' ἰξύος. Tragicos etiam in his fluctuare monebam: ita longum habes ἰσχὺν in Soph. Aj. 118. Eur. Heracl. 158. Ion. 1004. ubi vid. Barnes. ὀφρὺν El. 573. Certo autem brevia Sophocl. Trach. 271. κλιτύν. Eur. Cycl. 571. νηδύν. Sed cum omnia, quae barytona sunt, hujus classis vocabula ultimam brevem servent, Graeffius in Lexic. Pros. p. 159. cujus regulae iis, quae admonuimus, omnino rectius constitui poterunt, ἄρκυς male ut spondeum profert. Certe accusativus locum trochaei obtinet apud Antipatr. Sidon. Epigr. XV, 2. Anthol. T. II. p. 9. (Brunck. Anal. T. II. p. 9.) et apud Nonni Dionys. I, 424. et alibi. Barytona caesurae vi producta in Homericis locis inveniuntur haec: Il. γ, 60. πέλεκυς ὥς. ρ, 520. πέλεκυν αἰζήϊος. Hymn. Hom. in Merc. 33. χέλυς ὄρεσιν. Il. υ, 239. Κάπυν· ὁ δ' ἄρ. Hymn. in Merc. 242.

---

*) Nunc quidem e Rhodomanni conjectura brevitas illa expulsa, sed particula ἄρ intrusa ad metri integritatem haud opus est.

Il. δ, 492. νέκυν ἑτέρωσ', et ei cognata Herm. ad Orphic. p. 713. collegit. Denique his adjungenda sunt adjectiva natura semper brevia. Il. ν, 705. πολὺς ἀνακηκίει. Od. ι, 257. βαρὺν, αὐτόν. δ, 845. μεσσηγὺς Ἰθάκης. Nam Od. ρ, 540. σὺν ῷ aliter atque spondei loco ab Homero vix dici poterat.

CAP. II.

SECTIO II.

De aliis brevium syllabarum in versu Homerico productionibus.

§. 1.

Jam expositis iis, quae de Homerici et heroici versus omnino libertate in brevibus syllabis, iisque in fine vocabulorum longarum loco collocatis conspicua, dicenda nobis videbantur, superest, ut de aliis, quae proprie breves in longarum locum suffectae sint, paucis explanemus. Quam gravis autem momenti sint impedimenta et difficultates huic quaestioni objectae, neminem, aliis vero non scribimus, harum rerum peritia instructum, fugit. Etenim quo magis Homerica poësis, non ut seriorum Graecae gentis poëtarum carmina ex intimis doctrinae et literarum recessibus, sed e rerum natura humanaeque vitae conditione petita et quasi enata, ob illam ipsam nativam simplicitatem placet, eó minus, veluti in statua ab inclyto quodam artifice efformata totius pariter dignitate atque partium venustate allecti, primo adspectu naevos, si qui adspersi sunt, non observamus, qui Homeri monumenta fugitivo tantummodo oculo inspicit, multa, quae, ubi eorum causas diligentius perspicere institueris, imperviis fere te obsepiant angustiis, clare intelliget. Quae quam vere dicta sint, si unicam singulorum et versuum et syllabarum mensuram respexeris, manifestum erit. Nolo nunc, quae, quam graviter objices illinc injectos senserint, quam anxie eos submovere studuerint, abunde testantur, ad veterum hac de re infinitas aeque ac subtiles quaestiones recurre-

re, iisque diutius inhaerere. Etsi iis, quae nostram in utilitatem verti possint, non deesse Wolf. in Praef. Nov. Hom. edit. p. LXX. suo jure scribit. Quemadmodum enim illi, ut communem hexametri et syllabarum mensuram, quam tam saepe migratam videbant, aut adjuvarent aut excusarent, versus alios προκεφαλαίους, προκοιλίους, δολιχούρους, alios ἀκεφάλους, λαγαρούς, δολιχούρους dixerint, et constat, et ex Athenaeo (cf. Herm. de metr. p. 68.) ex Eustathio p. 900. l. 6. sqq. e Dracone p. 7. l. 8. aliisque videre in promtu est. Neque hoc ita mirum; quippe qui videamus, etiam recentiores, qui studiis literarum ingenuarum renatis et hisce maxime novissimis temporibus ad praeclarissimas illas, quotquot tulerit, antiquitatis reliquias, operam suam contulerint, eadem sensisse. Quo factum est, ut diligentissimus quisque Homeri aut editor aut interpres in rem metricam studiosissime investigaret, et rationes, quibus ejus libertatem compesceret, quasi expiscari laboraret. Quae ut efficerentur, alii aliam ingressi sunt viam, ita ut nunc e variis verborum et nominum formis, nunc e duplici, qua aetas prisca gavisa sit, vocabulorum stirpe, nunc e literarum singularum geminatione, nunc ex accentuum vi et gravitate, nunc denique interjecta Aeolica adspiratione aliisve causis usum istum nimis liberum et enodare et definire anniterentur. Qua in re, utrum virorum doctorum diligentiam et improbum fere laborem mirarer, an successum studiis ipsorum parum feliciter respondisse dolerem, saepius incertus haesi. Omnem autem Homericae prosodiae disciplinam, quae summa solum cura et acri labore excuti potest, complecti et enucleare hujus nec loci nec temporis est. Pergamus igitur nostro in instituto, et nonnisi de iis vocabulis, quorum brevis syllaba longae vicem sustinet, neque autem de iis, quae mensura ambigua sint, (id enim difficillimum est,) brevi agamus. Quapropter primum de syllabis ejusmodi in vocabulorum initio, tum de iis, quae vocabulis in mediis pariter in arsi, quam vocant, collocatae obtinent, postea de iis, quae in pedis thesin incidentes, sive in voce media sive in ejus clausula appareant, longaeque syllabae provinciam administrent, paucis disseramus.

§. 2.

Quae autem primae cujusque pedis regioni gravitas insit, ante Hermannum, cujus de Graecorum re metricà merita nulla unquam hominum malè feriatorum convicia extenuare et convellere poterunt, nemo satis perspexit. vid. ej. lib. de Metr. Lib. I. C. XX. Apel. Metr. p. 414. Etenim vis illa jam eo de nomine vana videri non poterit, quod multae syllabae, quarum vocalis ancipiti mensura fuisse traditur, si pedem inchoent, longam, sin minus, brevem syllabam efficiant. cf. Sect. I. §. 3. ubi rei illius pauca dedimus exempla. Quae cum ita sint, epicae orationi in brevibus syllabis aliis, a quibus pes incipit, eadem venia facile erit concedenda. Quod tum maxime sibi indulserunt, cum earum copia subnexa vocis vis, quae primam syllabam quasi intendebat, illum temporis defectum compensaret, aut aliorum auribus minus percipere sineret. Jam vero de illorum usu Hermannus, vir omni mea laudatione longe sublimior, subtiliter aeque ac diligenter egit in libello de Metr. I. Cap. XXI. et primum, ne alienae segeti falcem apposuisse censerer, ea modo, quae vel viri praestantis diligentiam effugerint, vel alia quacunque de causa ab eo omissa sint, addere in animo fuit. Quum vero pretiosissimum illum librum et nunc rarum esse, et nonnulla, quae curae Homerico sermoni postero tempore navatae rectius constituerint, inveniri apud me reputassem, omnes omnino hujus generis productiones breviter attingere satius duxi. Veteres autem nihil detrimenti eo versui afferri existimarunt, dum putabant, tribus aut quatuor syllabis brevibus dactylum ob fugitivum quasi illius pedis numerum facile progigni posse. Quod dactylo soli peculiare ejus *ἀπαρτισμὸν* nuncupaverunt, veluti Eustath. ad Il. *ε*, 4. *ἀκάματον πῦρ* p. 514. Accuratius ad Il. *ε*, 359. p. 556. postquam de varia verbi *ἱερὸς* primae syllabae mensura monuit, exponit hisce: *ὡς μέν τινές φασι, καθὰ λέγει καὶ Τρύφων ἐν τοῖς περὶ ἀναγνώσεως, διὰ τὸ τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου· ὡς δὲ οἱ ἀκριβέστεροι, διὰ τὸ φευκτικὸν εἶναι ἐν τῷ δακτυλικῷ μέτρῳ τὸ παράλληλον τῶν τριῶν βραχέων.* Quo etiam referenda sunt, quae subjicit Il. *α*, 74. *Διῒ φίλε* p. 59. *ἡ ἔκτασις τῆς ληγούσης τοῦ Διῒ ἐκ τοῦ σφηκώδους τῆς ἐν τῷ διχρόνῳ βραχύτητος διαφυσᾷ οἷον πρὸς ὄγκον σπονδειακόν*

(scil. ἵᾶται). Quo factum est, ut veteres hujus numeri versus numquam, quoad intellexi, inter eos, quorum initio ad metri integritatem una mora deesset, referrent. vid. Draconem p. 120. l. 24. qui ex iis, quae a privativo α, quod vocant, ordiuntur, modo ἀκάματος, ἀθάνατος (Il. γ, 158. et saepe) et ἀπάλαμνος ex Hes. Op. et D. 20. petitum, ubi, ut ingrata correptio evitetur, ad etymi rationem ἀπάλαμος scribi possit, producta esse docet, eamque addit rationem, quod modo illo admisso quatuor conjunctae syllabae breves ad metrum aptae essent heroicum. Alia ejusdem generis sunt Hes. Scut. 310. ἀΐδιον. Hom. Od. ζ, 45. ἀνέφελος. quod tamen, cum et Draco omittat, et Eustathius alios liquidam hic geminasse testetur, et Apollon. Sophist. in Lexic. Hom. s. h. voc. p. 157. eo modo afferat, dubitationem movere possit. Neque praetereundum, in Nonni Dionysiacis semper ἀννέφελος legi. In Arateis etiam ante Buhlium, qui e Schraderi admonitione mutavit, et in Phaenom. 415. et in Diosem. 896. (92.) ἀννέφελος editum est. Hes. Op. et D. 595. ἀενάου. Od. ν, 109. ἀενάοντα. ad quem locum diphthongo a fronte non opus esse, Eustathius observat. Nihilominus in Ionica lingua prior adverbii ἀεὶ brevis per se esse videtur, dum in Attica mensura variet, quare ejus α etiam Draco de Metr. p. 120. ἀδιάφορον vocat, et cf. praeterea Piers. ad Moer. p. 230. Pari conditione sunt Il. β, 537. ἀγοράασθε. ξ, 46. alibi ἀπονέεσθαι. ε, 763. ἀποδίωμαι. Od. ω, 7. ἀποπέσῃσι. Hes. Sc. 229. Δαναΐδης. Hom. Od. ν, 235. κατεπάλῳ. Quamquam enim πᾶν simpliciter dictum vel ob accentum longum sit, tamen in compositis semper breviatur, quod πανημέριος, Παναχαιοὶ aliaque demonstrant. Hom. Il. λ, 823. Διογενής et saepius; ut Od. β, 552. Quod enim ad Σιδόνιος attinet Il. ζ, 290. Od. ν, 285. obvium, Eust. p. 643. mensurae commutationem ei inesse, poëtamque longam syllabam e secundo in primum locum, quemadmodum etiam in aliis nonnunquam factum sit, transtulisse profitetur, et ad alterum locum Odysseae p. 1741. l. 27—29. ad Herodiani, qui Homerum non ad recentiorum normam Σιδὼν Σιδῶνος, sed veluti *) ἀλγη-

*) Ἀλγηδὼν, ἡ, non ὁ, dicendum esse, praeclare admonuit Schaefer. ad Apoll. Rh. Vol. II. p. 109. et ita Eurip. Med. 1020. στερέφας

δών, ένος, ἀηδών, ἀηδόνος scripsisse docuerit, testimonium provocat. Nomen Φιλομήδουσα Hes. Theog. 636. συνεχέως forma in Homericis non obvia. Od. λ, 414. δυναμένοιο, tum θυγατέρες et aliae hujus verbi formae. Od. ξ,

ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας. Omnino autem in varia generum et formarum una ex stirpe, quae Graecae linguae est ubertas, prognatarum notatione vel post multos atque egregios virorum doctorum conatus nondum omnia exhausta esse, doceri potest. Ita dicunt viri docti, cf. Fischer. ad Weller. Spec. I. p. 368., ex Aristoph. Acharn. 743. ἡ λιμὸς Dores solos dixisse: at in Hom. Hymn. in Cer. 312. jam λιμοῦ ὑπ' ἀργαλέης, idque sine ulla lectionis varietate. ἡ *) λύγος, neque a Fischero ad Weller. Spec. laudat. p. 367. neque a quoquam alio juxta ὁ λύγος memoratum. Eurip. Cycl. 225. στρεπταῖς λύγοισι σῶμα συμπεπλεγμένον. Quod etiam in haec ejusdem poëtae cadit: ἡ σκύμνος Hecub. 202. Orest. 1482. ἡ λίβανος Bacch. 130. Quibus annumerari possit ex ejusdem Ione 739. 40. τοῦ γήρως δέ μοι Συνεκπονοῦσα κῶλον ἰατρὸς γενοῦ, quae a sene annorum multitudine confecto et infirmo Creusae dicuntur: verum ibi magis enallage generis est, et mascul. feminino junctum, quod poëtis frequentatum esse constat, ut etiam illud Euripideum Med. 411. 12. γυναῖκες, ἐς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται, κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται, et alibi quoque τέκτων ita apud eum conjungitur. Quae huc pertinent, eorum largam segetem ex Eustath. commentariis colligas. Ita affert ad Il. β, 605. p. 301. ὁ et ἡ Φένεος. Ib. 608. p. 302. ὁ et ἡ Στύμφηλος, urbes Arcadiae. ad Od. α, 54. p. 1390. inter multa alia jam nota ex Aelio Dionysio ἡ στρύχνος Atticorum usu receptum affert. Ibidem Atticum fuisse docet ὁ χοῦς, ἡ autem χοῦς etiam, maxime Straboni, dictum esse, idemque testatur ad Il. p. 305. ἡ χοῦς συνηθὲς τῷ γεωγράφῳ λέγειν. παρὰ δὲ τοῖς ἑτέροις σπάνιόν ἐστι θηλυκῶς τὴν λέξιν ταύτην εὑρεῖν. τὸ σπάρτον et ἡ σπάρτος duplicis formae mentionem facit Eust. ad Il. β, 135. p. 191. sub fine, et feminini formam vere in usu fuisse, Schaeferi doctrina explanavit in Indic. ad Gregor. Cor. sub h. v. Persaepe etiam lau-

*) Annotavit haec Jacobsius V. C. in Observationib. Critic. ad Anthologiam Graecam separatim editis Monachii 1812. cum aliis quibusdam, at ex auctoribus longe serioribus.

29. π, 4. ὑλακόμωροι. Recentiores diligenter ab exemplis, nisi jam Homeri auctoritate defensa essent, sibi caverunt. Cujus sunt generis haec: Arati Diosem. 1032. (300.) ἀπονέονται. Opp. Hal. I, 24. Cyn. I, 275. Orph.

---

dat Eustathius duplices ejusdem nominis formas, quarum una neutrius, altera masculini fuit generis: et mihi quidem in tanta Graeci sermonis copia admodum credibile est, eum vel ipsum talia legisse, vel, quod majorem probibilitatis speciem habet, ex antiquioribus, quorum manus plura vetustatis monumenta versaverant, hausisse: nonnulla etiam vel nunc duplici modo dicta reperiuntur. Velut Il. α, 171. p. 73. ὁ ἄφενος et τὸ ἄφενος, quorum prius multo rarius est, at invenitur Hes. Op. et D. 24. Porro similia affert p. 432. ὁ ἔλεος, τὸ ἔλεος, vid. Bast. ad Gregorium Corinth. p. 22. quod quidem Lexic. agnoscunt, non item ὁ θρῆνος, τὸ θρῆνος, ὁ ὄνειδος, τὸ ὄνειδος. At habent ὁ σκότος, τὸ σκότος (de quo vid. Piers. ad Moerid. p. 354. Jacobs. Observat. crit. in Anth. p. 28.) ὁ καὶ τὸ ὄχος, in cujus testimonium Sophoclis locum affert (Electr. 720.) Βαρκαίοις ὄχοις, vid. Bast. ad Greg. p. 615. Schol. Sophocl. ad Electr. vers. 702. Ad Odyss. ν, 433. p. 1746. memorat ὁ ἔλεγχος et τὸ ἔλεγχος, et ὁ ὄσσος, τὸ ὄσσος, de quo cf. Bast. ad Greg. Cor. p. 22. 615. Ephemer. literar. Jenens. 1814. N. 212. Ad ω, 429. Iliados memorat Eustath. p. 1357. ὁ ἄλεισος et τὸ ἄλεισον, quorum posterior forma in Lexicis non apparet. p. 73. 74. haecce: ὄνειδος τὸ καὶ ὁ. καὶ τὸ χρεῖος ἤγουν ὁ χρέος, καὶ ὁ χρέων. Alia magis nota praetereo. Diversum vocabulorum genus ea, quorum numerus pluralis vel ex uno singulari vel e rariore singularis forma in duas abit partes, continent. In his quoque, quantumvis diligentissime et antiqui et recentiores ea conquirere studuerint, pauca addere liceat. Nuperrime de iis quaedam minus vulgaria monuit Passowius in libello jam laudato de fine et consilio Lexic. Graec. Appendic. I. p. 71. sqq. Vocabulum δεσμός δεσμοί ac δεσμά habere constat: minus, composita eandem sequi regulam. Eurip. Herc. Fur. 1035. περίδεσμα. Id. Hippolyt. 198. σύνδεσμα. (Obiter hic mendum huic vocabulo apud Nonn. adspersum eluam Dionys. XIII, 27. καὶ Ἄρεα λύσατο δεσμῷ. scribe δεσμῶν.) δρύοχος ὁ Eurip. Electr. 1168. δρύοχα. cf. de hoc vocabulo Eust. ad Od. τ, 574. p. 1878. 79. l. 62. sqq. Schol. ad Apoll. Rhod. Arg. I, 723. At δρύα in Dionys. Perieg. 193. ἀλλ'

Lith. 160. ἀέναος. Opp. Cyneg. II, 154. Πρειαμίδησιν; quod in Homericis non admodum raro deprehenditur. vid. infra Cap. III. §. 5. Opp. Cyn. II, 19. Orph. Lith. 550. alibi Διογενής. Nondum ab omni suspicione liberum habeo Opp. Hal. III, 560. ἀγερέθωνται, quod Schneiderus e Codice Mosq. nuper reduxit. Ex Apoll. Rh. IV, 709. ἱκεσιάων jam Hermannus attulit. Idem poëta IV, 1560. et Dionys. Perieg. 253. παραλίην. Ex his autem apparet, maxime in vocalibus, quibus in aliis alia erat mensura, poëtas sibi lubenter hoc concessisse, minus in vere brevibus a

---

αὔτως, ἅτε θῆρες, ἀνὰ δρυὰ βουκολέονται, δρία, uti in Sophocl. Trach. 1014. et alibi, scribendum esse, mihi non dubium videtur. In Nonni carminibus aliquoties θύρσα legitur, ubi quidem Homerica forma θύσθλα ex Il. ζ, 134. substitui possit. Attamen nimis saepe obvenit, uti XVI, 140. ἐλαφηβόλα θύρσα Λυαίου. Πυρσός, ὁ, in Eurip. Rhes. 97. πυρσά. Παίπαλα, cujus singularis adjectivum est, nominis loco dixit Callim. Hymn. in D. 194. Quae duplicis sunt formae nomina in ος et η desinentia, velut: ῥόος, ῥοή, posterius Ionibus proprium afferunt Grammatici, vid. Greg. Cor. p. 425. et ibi Bastium; in iis multum inesse modo significationi modo usui discrepantiae, diligentior veterum scriptorum lectio docet. Unum modo afferam, constanter dici in epicis ὁ ῥόος, at αἱ ῥοαί, cujus normae nullum vidi exemplum contrarium, nisi Ap. Arg. III, 165. ποταμῶν ἱεροὶ ῥόοι, ubi vide, ne rescribendum sit, ἱεραὶ ῥοαί: nisi forte eo aliquid defensionis ibi habet, quod quasi circumloquendo fluvii ipsi hisce exprimuntur: alias tamen semper numero modo plurali eam formam proferunt poëtae, vid. Il. β, 869. ε, 734. alib. Od. ζ, 216. Hymn. in Ven. 228. Hes. Theog. 841. Apoll. Rh. I. 54. Qu. I. 269. At ὁ ῥόος semper in Homeri carminibus, vid. Il. λ, 726. μ, 25. Od. ε, 449. ι, 80. Apoll. Rh. I, 1115. Mosch. II, 53. Dionys. Perieg. 27. 286. Qu. Sm. I, 119. Tragici plerumque ῥοάς dicunt. Soph. Aj. 419. αἱ Σκαμάνδρου γείτονες ῥοαί. Eurip. Phoen. 174. Med. 827. Iph. in Taur. 249. Quare in Bacchis 262. ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς, quod per se jam minus quadrat, χοῆς unice rectum censuerim. In casuum metaplasmo, quem vocant, multi etiam sunt Grammatici, cf. Fisch. ad Weller. Spec. II. p. 188. Ap. Rh. Arg. IV, 172. παρειάων, si lectio certa, offert. vid. Beck. V. C. ad h. l.

et *o*, quas, siquidem fieri poterat, alio modo suffulcire studebant, unde dixerunt: Il. *β*, 765. *οἰέτεας*, in quo Eustath. *ι* appositum dicit *διὰ μέτρου εὐχρηστίαν*, cum proprie *ὀέτεας* ex *ὁμοέτεας* contractum sit. Nihilominus in Odyss. *η*, 119. *Ζεφυρίη*. *μ*, 423. *ἐπίτονος* observantur, quae eadem ex causa, ac priora, explicanda erunt. Quibuscum e recentiorum libris nihil, nisi apud Opp. Cyn. III, 372. *οἴτυνον* lectum, conferre possis. Veteres autem omnino discrimen vocalium statuisse, testari potest Eustath., qui cum versuum supra allatorum numeros aut excuset, aut in iis prorsus non haereat, hos *ἀκεφάλους* esse, p. 555. perhibet. Ubi tres conjunguntur syllabae breves, si vocalis ancipitis sit mensurae, veteres et has ipsas tulerunt. Exemplo est Il. *μ*, 26. Od. *ι*, 74. *συνεχές*. Quamvis in hoc liquidam qui ingeminare auderent, fuisse, Eustath. p. 1615. l. 58. auctor est, idemque Censor intelligentissimus Hom. Edit. Wolf. in Ephemerid. Jenens. 1809. N. 245. approbavit. Quodsi autem Il. *κ*, 285. *ἄλλοφον* auribus gratius putaverimus, *συννεχές* non minus se commendat; quod ipsum, ut res se nunc habet, etiam in recentiorum poëtarum operibus simplici liquida litera passim circumfertur, velut in Arat. Phaen. v. 20. ubi cf. Buhlium, in Apoll. Rh. II, 738. at utroque in loco testes satis graves ingeminationem praetulerunt. Apud Nicandrum Alexiph. 584. *συνεχές*, contra 304. *συννεχέως*. Alia hujus generis sunt Il. *γ*, 357. *διὰ μὲν ἀσπίδος*, quod in nonnullis aliis locis reperitur. Attulit eos et Hermannus l. l. et Heyn. Vol. IV. p. 523. Od. *τ*, 113. *παρέχει*. Hes. Op. 436. *δρυὸς ἔλυμα*. In quibus omnibus, quo bene se tueatur, versus numerus habet; in eo enim ipso dactyli singularem vim cerni existimo, quod primae cuique syllabae majorem inferat gravitatem, ita, ut illa, etsi per se brevis sit, ponderis tantum, quantum numeri integritas flagitet, accipiat, maxime tum, quum vocalis brevis ipsa medium quasi inter brevem et longam teneat. Aliter se res habet in loco Od. *ι*, 425. *ὄϊες*, ubi vocalem brevissimam accentu sustentatam esse, credere par est. Quid? quod interdum spondei in locum vocalem ejusmodi se insinuasse apud poëtas antiquissimos intelligimus: veluti Il. *λ*, 497. *δαΐζων*. Il. *ζ*, 62. *η*, 121. *λ*, 793. *ο*, 404. *παρειπών*. Il. *ζ*, 337. *παρειποῦσα*. Hes. Op. et D. 131. *ἀτάλλων*. Homeri si quis locos, uti jam factum est, digam-

mate intruso defendat, eo parum fructus redundare, et Hesiodi locus et Homer. Il. α, 555. demonstrat. Aratus uno in loco eandem Homeri usu defensam libertatem sibi vindicavit Diosem. 764. (32.) παρειπὼν ὤνησεν. Quae a vocali vere brevi exordiuntur, his caput deesse veteres miro consensu statuunt: ita sunt Il. χ, 379. ψ, 2. Od. θ, 452. φ, 25. ω, 482. ἐπειδή. Il. ι, 5. ψ, 195. Βορέης. vid. Eustath. ad Il. ε, 349. l. l. Draco p. 138. Recentiores maxime eo delapsi sunt, ut consonam pronuntiatione ingeminandam esse dicerent. vid. Heyn. ad Hom. Vol. V. p. 526. VIII. p. 322. In altero quidem exemplo epicorum seriorum usus accinere videtur, et apud Porphyrium in ipso versu Homerico ita scriptum obvenire, docuit Heynius l. l. At nihilominus vix hanc scripturam in Homericis adoptari posse, mihi persuasum est; si enim sibi permissam statuissent veteres, apud Grammaticos ejus mentio sine dubio extaret, contra autem factum apparet, ut adeo nonnulli in ridiculam medelam legendi ης βορε inciderent, quod refert Eust. l. all. ἐππειδή scribere velle ineptum esse jam monuit Wolf. Praef. Nov. edit. Homer. p. LXX. Quid igitur in his restat? Jam eo autem puto, geminationi in his locum non esse, poëtam ostendere, quod modo in versuum exordio talia, quamvis raro, admittantur; etenim si, uti ὅππως, ἐππειδή cecinisset, haud dubie in quavis versus sede conspicerentur. Quae cum ita sint, in prioribus sola major metri libertas, quae antiquissimis fuit, tales ne ab accentu quidem notatas syllabas in versus initio vocis et numeri modulatione quadam suffultas pro longis inferre concessit. His non minores turbas excitavit. Il. μ, 208. αἰόλον ὄφιν. cf. Eustath. p. 900. l. 6. sqq. Heyn. Vol. VI. p. 312. Qui iterum ad duplicatum φ recurrit, quod probatum ivit ex Hipponactis versu in Schol. ad Lycoph. 251. servato. ἦν αὐτὸν ὄφφις τἀντικνήμιον δάκῃ. at in hoc, ut suspicabar, ὄφις legendum esse, certiorem me fecerunt optimi Codd. a Muellero viro laudatissimo, collati. Eustathius dicit, nostro quoque loco nonnullos ingeminare ausos esse; at magni momenti ejus vituperatio esse videtur, hac adjecta causa: ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην οὐ διπλάζει τὰ δασέα. Infelici etiam satis conjectura Ernestius scribere proposuit ὅπως ἴδον αἴολον ὄρνιν, quod quisque ad aquilam, non ad draconem referret. Jam Eustathius ex accentu excusationem affe-

ctus aliique veteres repetierunt, et veteribus solum φ in eo satisfecisse, et Hipponactis versus et Antimachi fragmentum a Wolf. in Praef. nov. ed. p. LXXI. allatum satis superque ostendunt. Adjectivi inde derivati ὑφιόνεος syllabam alteram duobus in locis producit Oppian. Cyneg. II, 237. III. 437.

§. 3.

In ipsis autem mediis vocabulis similia offenduntur. Homer. Od. ι, 291. alibi διαμελεϊστί. Ib. 490. κατανεύων. κ, 169.*) καταλοφάδια. ξ, 226. καταριγηλά. 434. διεμοιρᾶτο. Il. κ, 572. ἀπενίζοντο. In quibus productionum exemplis Barnesius et alii literas liquidas ingeminandas censuerunt. Nec profecto negari poterit, si duplicari placuerit, quod, quemadmodum se res nunc habet, nullo pacto dici potest, usum et normam certam nos secuturos esse. Ubi enim ἔμμορε, ἔλλαβε, ἄλλοφος, (in quibus Brunckius ipse, alias hujus geminationis inimicus, approbat, cf. eundem ad Apoll. Rh. Arg. I, 1148., duplicem literam) δυσαῤῥαίεω, aliaque nunc ubique inveximus, melius etiam, credo, versus integritati in his conveniant maxime διεμμοιρᾶτο et ἀπεννίζοντο, cum ibi, quod sine firmo praesidio perraro productum invenitur, ε longam sibi vindicet mensuram. Quamquam, quod geminationem vetare possit, ut videlicet verba composita, non decomposita, esse

*) Longa super hoc vocabulo est disputatio ap. Eustath. p. 1658. l. 3—33. qua inter alia plures libros καταλοφάδεια dedisse, memoriae prodit. Tum monet de formis diminutivis Homero incognitis, id quod alii etiam Grammatici notant. Denique laudat Aristoph. (Ran. 100. sqq.) tragicorum magniloquentiam tenuissimis verbis quaesitam et Euripidis maxime exagitantem, ubi de priori locutus addit: συγκαταπαίξας ἅμα καὶ τὸ χρόνου πόδα (Eurip. Bacch. 887.), ὅπερ δοκεῖ παραξεσθῆναι ὑπὸ τῶν περιπλομένων ἐνιαυτῶν. E quibus Eustathii verbis singularis vocis παραξέω usus notandus, et vocabulum συγκαταπαίζω Schneideri Lexico inserendum est. In multis quoque aliis verbis compositis a praepositione παρὰ eadem obtinet significatio. cf. Schaefer. ad Apoll. Rhod. Schol. Vol. II. p. 228.

appareant, me non latet. At tum certe neminem offenderet, si διαμμοιρᾶτο et ἀπὸ νίζοντο scriberemus. Ante enim literas liquidas ἀπό et ὑπό simplices praepositiones produci, supra Cap. II. Section I. §. 10. cognovimus. Minus in reliquis mutandis pronus sim, namque in his longioribus et recentiorum poëtarum usus aliquid momenti habet: velut Orph. Lith. 706. διαμελεϊστί. Arat. Phaen. 624. Maneth. Apotelesm. VI, 42. καταμελεϊστί: Arat. Dios. 1124. (392.) μονόλυκος. quae quidem literam liquidam simplicem ex mea sententia admittere possunt. Secus est in plurimis aliis, ubi Brunckio, vid. ejus observat. ad Apoll. Rh. I, 1133. 1271., una litera satis videbatur, cf. supra Sect. I. §. 2. Quae cum ita sint etiam in Oppian. Hal. II, 110. ἐπιμύει, V, 168. διαραῖσαι, V, 481. καταρέζεσκε ingeminanda esse non ambigo. Primum duplici μ invenit Schneid. vid. notas editionis prioris, in Cod. regio: alterum nunc quidem in Homericis ubivis haud aliter, quam judico, legitur: ultimum denique ipse Oppian. Hal. IV, 611. geminavit. Pauca autem exempla, ubi alia ac liquida consona subjuncta syllaba producatur, deprehendis. Facile se tuetur Il. π, 174. Διϊπετέος, et idem vocabulum obvium alibi, majorem enim huic rei veniam esse, jam admonuimus. Il. ψ, 792. ποσσὶν ἐριδήσασθαι, quod ab Heynio, Clarkio, aliis per duplex δ editum iterum e Codicum fide Wolfius rescripsit, et ei simile Od. ψ, 361. σοὶ δὲ, γυνὴ, τάδ' ἐπιτέλλω. ubi, nisi periculum esset, ne Homerico usu serius sit, parvo negotio exarari posset ἐπιστέλλω. Hes. Scut. 364. 461. σάκος trochaei numero dictum merito, ut opinor, versus illos adventitios arguit, idque, quod ingenii ejus fuit acumen, primus Franc. Guietius intellexit et Heinrichius ad hunc locum ejus opinioni calculum adjecit. Vt vero talia in antiquissimorum poëtarum monumentis stirpitus eradicari non possint, ita recentiores, nisi forte in uno alterove, quo Homerus praeivit, exemplo, idem ut sibi permisisse credam, vix adducor. Quapropter in Arat. Phaen. 286. e multis (cf. Buhl. ad h. l.), quae viri docti emendandi pericula proposuerunt, cum Dorvillio legam ἧχι τρέπετ' ἠέλιου ἴς. ἵνα enim, quod Schol. Theonis etiam proferunt, interpretamenti causa genuino suppositum duco. Ib. 417. θλίβετ' ἀνατέλλοντος, cum Grotio legendum θλίβεται ἀντέλλοντος, eodemque, Grotii emendatione nondum inspecta, codic.

Vindobonens. vestigiis a Groddeckio memoratis pervenéram. Oppiani Cyneget. IV, 177. nova demum in editione Schneiderus, Codicumne auctoritate usus, an e conjectura fecerit, nescio, *μεγᾰθύμων αἰζηῶν* scripsit. De varia hujus versus lectione conferenda sunt, quae idem annotavit in edit. priore ad h. l. Ut nunc quidem se res habet, multo praeferendam duco Brunckii conjecturam *μαγυσθενέων αἰζηῶν*; nisi olim vulgata *μέγ᾽ ἀνθηρῶν αἰζ.* intacta servanda sint. In ejusdem denique Cyneg. III, 501. *ἐπισείων*, et in Tryph. Il. Excid. v. 372. *ἐπισείουσα*, veluti alibi eodem in vocabulo factum videmus, sibila litera geminetur, oportet; et in priore loco in editione novissima Schneiderus hanc scripturam adscivit.

§. 4.

Iis, quae pede versus quodam inchoante circa brevium syllabarum productionem poëtae, et maxime antiquissimi sibi permiserint, cognitis, ut brevium syllabarum longae sedem numero decidente occupantium exempla perlustremus, restat. Aliquot neque autem omnes huc pertinentes locos Hermannus in libello de Metr. p. 71. 72. attulit, iisque adjuncti sunt, quibus non licentia, sed mendum nunc sublatum inhaerebat, uti ipse vir praestantissimus aliis praeeuntibus edocuit. Inter hos relatos video Il. ρ, 142. *Ἕκτορ, εἶδος ἄριστε.* et Od. θ, 215. *εὖ μὲν τόξον οἶδα.* quos nunc digammatis interventu ipsum exemturum esse, suspicor. At vel his remotis alia, eaque certiora exempla remanent. Il. β, 862. *Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε.* Video quidem, in hoc Heynii observationem ad h. l. Vol. IV. p. 432. nobis adversari; etenim Schol. ad Il. ρ, 218. ultimam hujus vocabuli longam ostendere, vir summus perhibet. Verum enimvero, cum, quae illa Scholia sint, non satis aperte declaraverit, Venetus certe liber ad illum locum in contrariam abit partem, ubi p. 403. haec: *οὐχ ὑγιῶς δὲ ὁ Τυραννίων ἐκτείνει τὸ ῡ, ἐπεὶ εὑρέθη, φησὶ, καὶ ἡ εὐθεῖα ἐκτεινομένη· Φόρκυς αὖ* et q. s. *ἐκεῖ γὰρ τὸ μέτρον κατεπείγει.* Vere enim brevem vocalem in his poëtas dinumerasse, satis demonstratum puto Cap. II. Sect. I. §. 13. Contra minus recte idem vir doctus ad Homer. Vol. VIII. p. 552. Il. λ, 305. *πληθύν· ὡς* non integrum putat; ubi enim horum no-

minum ultima accentu erigitur, eam longam esse ibidem fusius explanavi. Il. λ, 36. βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο. Bentleji in his emendationes, quas Heynius memorat, nemini adhuc assensum tulisse, non mirandum est. His similis est lectio libri Venet. Il. σ, 375. βοῶπι πότνια Ἥρη. Il. κ, 292. et Od. γ, 382. βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον. Ad haec Eustath. p. 896. l. 5. dat: ἐν ἐκτάσει οἴδασιν οἱ παλαιοί, et ad Odysseae locum p. 1473. l. 18. ὅτι ἐκτείνει τὴν λήγουσαν ἀττικῶς, ὁ μετρικὸς δηλοῖ ποδισμός. Quae Eustathii si rata, ut mihi certe videtur, observatio sit, in controversia de vocis accentu Tyrannionem inter et Ptolemaeum Oroandi, cujus mentionem injicit Schol. Venet. p. 255., Tyrannionis, qui vocem, dum alter circumflexo notaret, παροξυντονητέον dicebat, sententia facile praevaleat. His accedat locus Hesiodi jam supra memoratus, Scut. 54. αὐτὰρ Ἰφικλῆα. In aliis enim, velut Il. ε, 358. πολλὰ λισσομένη, cll. χ, 91. Od. ρ, 198. πυκνὰ ῥωγαλέην, Il. ω, 755. πολλὰ ῥυστάζεσκεν, veteres Critici, vide Wolf. virum summum in Praef. Nov. ed. p. LV. minime haeserunt; quibus, non enim cum Ernestio et Heynio Vol. VIII. p. 415. ad literas duplicandas confugiam, nisi quis etiam ὑπολλιπαροῖσιν et alia dicta fuisse putet, haec mihi videtur causa subesse: accentu ultima in syllaba imposito, eam in versus thesin incidere, auribus vix perceptum est, quare voce tono interserto non cadente, sed numero iterum quasi suspenso, non minor venia hisce syllabis, quam aliis, ubi in caesura liquida litera vocalem excipit, suppetiit. Ejusdem generis sint illi loci: Il. α, 193. κ, 507. ρ, 106. σ, 15. Od. δ, 120. ε, 365. 424. ἕως ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε. Il. ο, 539. ἕως ὁ τῷ πολέμιζε. φ, 602. ἕως ὁ τὸν πεδίοιο. Recte de his judicat Eustathius p. 80. 1. in cujus judicio acquiescit Hermannus de Metr. p. 87. Certe simplicior est veterum ratio, quam omnia recentiorum pericula emendandi et excusandi, quae congessit Heyn. Vol. IV. p. 68. 9. His denique annumerandi essent loci ii, ubi particula πρὶν in thesi, eaque producta invenitur, veluti Il. ν, 172. ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν. et pariter Il. π, 322. 840. χ, 156. nisi in his, Hermanno monente in Metric. p. 71., ex aliis locis, veluti Od. ζ, 288., numeros particula γε suffulcire placeat.

§. 5.

Neque autem in solo vocabulorum fine, verum etiam in mediis verbis, ubi non in numeri exordio, sed decursu breves syllabae longas resarciant, eadem nonnunquam libertas deprehenditur. Cui numeri damno nulla a veteribus, qui in his plerumque ad metri necessitatem provocant, medela inventa, Hermannus de Metr. Lib. I. Cap. XXXII. accentus vi subvenire studuit, neque autem, quamquam in plurimos, in omnes omnino locos haec ipsa excusatio valet. Alii, ut Bentlejus, Heynius, in alias discesserunt conjecturas. Quorum autem placita, cum, si iis calculum adjicere vellemus, Homerum ab eo, quo hodie tantopere delectemur, longe diversum haberemus, paucis modo, id quod necesse erat, arriserunt. Il. *α*, 205. *ἧς ὑπεροπλίῃσι*. *β*, 588. *προθυμίῃσιν*. Ib. 573. *Ὑπερησίην*. cl. Od. *ο*, 254. Il. *ι*, 73. *ὑποδεξίη*. Od. *ν*, 142. *ἀτιμίῃσιν*. *φ*, 284. *ἀκομιστίῃ*. *χ*, 374. *κακοεργίης*. *ω*, 251. *ἀεργίης*. cl. Hes. Op. et D. 311. Od. *ζ*, 159. *ἱστιῇ*. Hes. Op. et D. 319. *ἀνολβίην*. Theog. 359. *Κρισίη*. Dionys. Perieget. 21. et alibi *Κασπίης*, at versu 1039. quoque *Κασπιάων*. Cum his poëtae quoque recentiores nonnunquam congrue locuti sunt, velut Opp. Cyn. III, 511. *ἀγρυπνίῃ*. Hal. I, 279. *ἀτιμίης*. II, 219. *ἀεργίην*. Maneth. in Apotelesm. IV, 270. *δυσοσμίην τε*. *ν*, 8. *μυρίοισι μίτοισι*. De duobus aliis apud eundem obviis locis monuit Dorvillius ad Chariton. p. 666. ed. Lips. Quibus veteres nullam aliam causam, nisi metri urgentem necessitatem, praeferunt. cf. Eustath. ad Il. *β*, 588. p. 293. et eundem p. 736. l. 54. ad *ι*, 73. Quo in loco e libri Venet. testimonio Herodianus *ὑποδεξεία* dedit, quod tamen ab eodem Grammatico alio in loco rejectum traditur. Memoravit haec jam Heynius Vol. V. p. 538. Juxta haec primae declinationis nomina alia in promptu sunt haec: Il. *β*, 518. *Ἰφίτου*. Eustath. p. 273. de eo non aliter, ac de prioribus, judicavit. Heynius contra *τ* duplicandum censuit, nec tamen a Bentleji *Ἰφίτοφιν* scribentis opinione prorsus alienus. Iidem parem ingressi sunt viam in Il. *ο*, 66. *φ*, 104. *χ*, 6. *Ἰλίου προπάροιθεν*, de quo ab Heynio Vol. VII. p. 20. disputatum est, ubi cave, quae de *ζ*, 478. pariter a vulgari verbi *Ἰλίου* mensura recedenti monet, credas. Il. *ι*, 440. et saepius *ὁμοιΐου πτολέμοιο*. vid. Heyn. Vol. IV. p. 383.

Il. χ, 313. ἀγρίου πρόσθεν. Ab his non abhorrent Od. κ, 36. Αἰόλου. Il. φ, 318. ἰλύος. Schol. Venet. τὸ ῡ ἐκτέταται διὰ τὸ μέτρον, τὸ γὰρ ἀκόλουθόν ἐστιν ἴλυος ὡς ἴσχυος βαρύτονα. Add. Heyn. Vol. VIII. p. 173. cujus autem tota ad hunc locum, quae diversa miscet, disputatio novum est argumentum, eam regulas, quibus mensura formarum in υς exeuntium contineatur, non perspexisse. Hes. Theog. 356. Φορκύος. Paullo longius ab iis recedunt haec: Il. ε, 487. λίνου ἁλόντε. Od. ι, 242. τετράκυκλοι. Il. φ, 169. ἰθυπτίωνα. (cujus autem vocabuli mensura ob ambiguam etymologiam ipsa ambigua videri potest.) In Il. β, 731. Ἀσκληπιοῦ. ο, 554. ἀνεψιοῦ. (hoc etiam Quintus ita dixit III, 295.) Hermannus de Metr. p. 82. has quoque voces Homero βαρυτόνους fuisse suspicatur. Quae contra moneri possunt, ab Heynio Vol. IV. p. 283. allata video, nec quisquam recepit. Pertinere autem hos locos ad eos, quos μουσικῶς ab Homero protractos veteres judicaverunt, existimaverim. Qua in re numero sequentis et ejus longae syllabae et aut circumflexo aut acuto notatae priori brevi quasi admixto brevitatem non tam productam, quam celatam statuerunt. Quod quomodo fieri possit, vix et ne vix quidem intelligi posse, supra vidimus. At omnino jam inter veteres fuerunt, qui Homeri poëmata cantus in gratiam efficta traderent, et locum Athenaei, cujus etiam Eustath. p. 900. l. 6. sqq. mentionem injicit, in hanc rem classicum jam dedit Hermannus de Metr. p. 68. Quam sententiam, ac multa in Homericis obvia eam firmare videntur, ubi amplexi erimus, certe talia cum metro justo et omnibus numeris absoluto, quale recentiorum maxime Alexandrinorum, e quibus in hoc quoque Apollonius Rhodius palmam facile sibi praeripit, esse intelligimus, haud congrua nec tantopere miremur, neque intempestivis mutationibus divinorum poëtarum manibus injurias inferamus. Ut vero supra laudata barytona esse largiamur, nihilominus, omni numerorum desiderio accentum satisfacere, dubitandum est. Nam vide Il. β, 830. Ἄμφιος λινοθώρηξ. ε, 612. Ἄμφιον. β, 622. κρατερὸς Διώρης. δ, 517. Διώρης. ad quod postremum Eustath. p. 504. ὥσπερ ἐν τῷ αἴσιμα παρεκπὼν ἐκτείνεται ἡ τῆς παρὰ προθέσεως παραλήγουσα, οὕτω καὶ ὧδε τὸ Διώρης, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ προεφάνη. add. Il. ρ, 429. Interpretes recentiores, quotquot inspexi, haec sicco transié-

runt pede; unicus, qui singularis animi ejus candor est, Wolfius in praefatione Nov. edit. p. LXX. saltem commemoravit. Majorem tamen in his, utpote personarum nominibus, veteres poëtas sibi concessisse libertatem, vel ex aliis intelligere par est. Ejusdem generis sunt. Hymn. in Apoll. 373. Πύθιον καλέουσι. quem cum olim Ruhnkenium secutus spurium dixisset Hermannus de Metr. p. 73., postea in Hymnorum editione ad h. l. conjectura satis probabili emendavit Πύθιον ἀγκαλέουσιν. Od. κ, 493. μ, 267. μάντιος ἀλαοῦ. Il. δ, 392. ἂψ ἀνερχομένῳ. quod et Wolf. tuendum putavit in Nov. ed. praefatione p. LV. Il. λ, 697. κρινάμενος, τριηκόσι' ἠδέ. quod quidem γε intruso sanare studuerunt, cumque, ut infra Cap. III. §. 6. videbimus, in his vocabulis correptio non admodum rara sit, a veritate haud abludere videtur. Ad illorum denique classem versus referendi sunt ii, in quibus post ἕως brevis syllaba subsequitur, qua de re ingeniosa et subtilis Hermanni sententia exposita in Metric. p. 87. 88. legitur, quae si non ab omni parte satisfacit, causa in eo est, quod veteres haec ferenda putaverunt. Ut Od. δ, 90. ἕως ἐγώ. Similia sunt: Il. η, 280. ι, 233. ο, 109. τ, 367. ψ, 151. Aliorum varia in his tentamina vid. apud Heynium Vol. IV. p. 68. In rem, cur vulgatam non deserendam statuam, etiam est similis usus priori oppositae particulae τέως, quae ita in Iliade obtinet. τ, 189. τέως ἐπειγόμενοι, in quo quidem lectio admodum variat. cf. Heyn. Vol. VII. p. 647. at υ, 42. τέως Ἀχαιοί, ubi ἄρ' Bentlejo et in priore Wolfii editione scriptum, omnique veterum auctoritate destitutum editio nova iterum delevit. His quaedam de verbis in υω et ιω desinentibus, et aliis quibusdam ad singularum syllabarum mensuram attinentibus, veluti de varia mensura primae syllabae in ἀμάω, ἀάω et aliis, adjicere apud animum constitueram. Quum vero multum et diu de iis meditatus certam, quam sequar, regulam nondum reperire potuerim haec supprimere et in aliud tempus, ubi omnes epicorum locos denuo perlustravero, rejicere, meamque in his inscitiam profiteri, satius duxi. Certiorem autem, quae enim nunc a Clarkio, Heynio, aliis allata sunt, minus perfecta censeri possunt, in singulis quibusdam vocabulis regulam repertum iri, nondum despero. Mediis in vocabulis ι et υ, alia vocali anteposita, producta deprehenduntur. Ut in

his: Il. τ, 35. ἀποειπών. Il. φ, 283. ἀπὸέρσῃ. υ, 329. ἀποέρσειε. Antiqui critici, quatenus perspexi, his nihil offensi sunt; recentiori demum aetati, ut subtiliorem illius defectus medelam, digamma videlicet, excogitaret, contigit. Quam opinionem Clarkius, Heynius, Bentlejo facem praeferente, adsciverunt. Neque differre putarunt ab his Il. α, 342. ὀλοῇσιν φρεσὶ θύει. et χ, 5. ὀλοὴ Μοῖρ' ἐπέδησε. Veterum alios haec ὀλοιή, alios ὀλωή scribi jussisse, notum est, et confer Heyn. ad Homer. Vol. IV. p. 96. et Clark. ad h. l. Eustathius iterum dicit, metricos mediam in ὀλοὴ syllabam μουσικῶς produxisse. Cui quae vis insit excusationi, haud facile perspectu est, non tamen semel ab ipso ex veteribus, ut videtur, petita affertur. Il. λ, 679. Od. ξ, 101. τόσσα συῶν συβόσια. Volunt quidem in his cum Barnesio nonnulli συβόσεια, et hoc praefert, Heyn. teste Vol. VI. p. 239., liber Townlejan. at recte se habere vulgatam censeo, in his enim vocabulis semper simplex vocalis offertur, eamque jam Eustathius agnoscit ad h. l. p. 874. l. 8. ἐκτείνει διὰ μέτρον τὴν παραλήγουσαν· ἵνα δακτυλισθῇ (adde hoc vocabulum Lexicis) ὁ τρίβραχυς πούς. Quod in eo quidem verbo multis brevibus syllabis vicinis multo lubentius tolerari potest. Non enim huc etiam referam Od. χ, 49. οὗτος γὰρ ἐπίηλεν τάδε ἔργα. In hoc enim et augmentum in causa esse potest, et duplex ipsius vocabuli mensura. Neque enim ulli alii vocali tantam duplicis mensurae fuisse libertatem, quantam ι adhaesisse videmus, existimo. Quam inconstantiam nemo ab accentu, neque a duplici verborum etymologia, neque a pedum initio, neque ulla alia eaque sola causa repeti posse, multa, quae demonstrent, inveniuntur. Pauca afferam: ἱλάω, ἱλάσκοι, ἵλαος, non modo in prima, verum etiam in altera regione variam admittere mensuram, docte probavit Vossius in Ephemerid. literar. Jenensib. 1803. N. 124. interpretatus e varia vocabuli ipsius radice, quod quidem in hoc quadrare possit, quamquam ἱλάσσηται, non ἱλάσηται, uti etiamnunc in Quint. Smyrn. I, 29. legitur, exarandum esse, contendo; id quod recte assertum in Ephemerid. liter. Jenens. supplement. N. 96. 1814. Quemadmodum autem in vocabulo ἱμάς a duplici stirpe ortam metricam diversitatem dicamus, cum verbum ἱμάω, si recte observavi, primam nonnisi brevem habeat, illud autem non

modo ineunte, verum etiam cadente pede producatur, vid. Il. ϑ, 544. κ, 475. ρ, 624. ψ, 324. Od. φ, 46. et recentiores eodem modo, Apoll. Rh. II, 63. Quint. Smyrn. IV, 333. Heynius quidem in vulgari doctrina persistere recusat, sed prima longa liquidam duplicare vult, cf. Hom. Vol. V. p. 551. Haec autem cum Graecorum usu consentire dubito. Ceterum in aliis ne haec quidem effugiendi via patet. Ita habes ἰαίνω nunc productum, nunc correptum. Jam in temporibus praeteritis, cum prima producta est, ad augmentum refugere possis; veluti Od. κ, 359. Ap. Rh. IV, 1096. ἰαίνετο. ἰαίνοντο. Od. χ, 59. ἰανθῇ. At certe in Quint. Smyrn. Paralip. IV, 402. etiam ἰαίνονται. Ne multa, in vocibus πιφαύσκω, ἤϊα, λίην et aliis res similiter se habet, neque ullum prorsus emergendi ex his angustiis satis tutum exitum investigare potui. cf. de priori Hom. Il. κ, 478. 502. cll. μ, 280. ο, 97. alibi, in quo tamen, si versum primum ex Iliade allatum cum Grammaticis spurium censueris, primam vocis pedis initio produci, alias corripi, dicere licebit. Idem valet de voce ἤϊα, ubi non assentior iis, qui, dum mediam brevem arbitrantur, locos contrarios corrigere voluerunt. De altera vid. Od. α, 46. γ, 203. ο, 405. cll. Od. δ, 371. ν, 243. Quid? quod ipsi poëtae, ut igitur usus cuique proprius in his respiciendus sit, legem antiquitate stabilitam et ratam nonnunquam transgrediuntur. Ita ubique σέλινος media longa, verum apud Oppian. Cyneg. IV, 267. πρυμνὴν δ' ὠραίην σέλινος καὶ κισσὸς ἔρεπτος. Nisi hoc vitium sit librariorum inscitiae debitum, nam jam Brodaeus ἔλινος proposuit, idque recenti in editione Schneiderus V. C. exarandum curavit.

CAP. III.

De Attica correptione in versu Homerico.

§. 1.

Atticam quam vocant correptionem sive eum duarum literarum consonantium usum, quo vocalis antegressa non, ut plerumque fieri solet, longa est, sed brevem mensuram retinet, in Homericis carminibus, et iis epicae poëseos reliquiis, quae ad perfectum illud exemplar proxime accesserunt, raro tantummodo inveniri, diu monitum esse constat. Varie autem de ea statuerunt; etenim in Excurs. ad Observat. Vol. VII. p. 410—12. Clarkii maxime vestigia legens Heynius nonnulla attulit, in quibus, ubi a Clarkio recessit, eum a veritate aberrasse, haud immerito a Censore in Ephemeridib. literar. Jenens. 1803. N. 126. sqq. p. 257. accusatur. Nam Homerum et illius aevi Graecos ἀνδροτῆτα ἀνροτῆτα, idque priori brevi, Αἰγυπτίας Αἰγυπίας dixisse, nemini facile persuadeatur. Accuratius, eaque, qua divinae Homeridarum reliquiae dignae sunt, cura in eam rem et Hermannus in additamentis ad Orphic. p. 755—758. et Censor egregius Wolfian. edit. Homericor. operum in Ephemerid. Jenens. N. 143. 1809. inquisiverunt. Hic autem ρ cum alia litera liquida junctum maxime in hunc censum venire, et saepius syllabam antegressam correptam sinere, multo rarius exempla aliarum literarum in Homericis inveniri docuit. Hermannus recte observat, optimum quemque heroici versus poëtam istam correptionem, quae illius dicendi generis gravitati multum detrimenti et incommodi afferat, studiosissime declinasse, idque non solum ex Homericis operibus probatum

ivit, verum etiam seriores Homeri linguam subsecutos poëtas ad examen vocavit. Locis autem iis, ubi poëta hanc sibi veniam indulserit, curiosius congestis plurimum lucri ad hanc quaestionem redundaturum esse speraverim. Clare enim exinde patebit, Homerum maxime in iis et vocabulis et vocabulorum formis, quae alias metri vinculo adstringi non potuissent, positionem neglexisse, at ita, ut cum haec illave forma unius et ejusdem vocis non congrua reperiretur, eamque ob causam syllabam correptam pateretur, etiam in aliis ejusdem stirpis, quamquam metro aptari potuissent, idem interdum admitteretur. Quibus deinde breviter recentiorum poëtarum locos subnectamus, neque tamen omnium, sed qui serioris aetatis socordiae et imperitiae haud obsecuti sermonis nitore versuumque elegantia Homerum ipsum vel aequiparare vel certe imitari studuerunt, eorum tantum mentionem faciamus.

§. 2.

Illius generis jam est βραχίων, brachium, idque, si longa praecederet, heroico poëtae non esset idoneum. Hinc habes Il. μ, 389. γυμνωθέντα βραχίονα. ν, 529. δουρὶ βραχίονα, elt. π, 323. 510. Od. σ, 69. Βριήπυος. Il. ν, 522. πέπυστο βριήπυος. Vocabuli βροτὸς muta cum liquida juncta syllabam antegressam persaepe non productam esse permittit, at plerumque quidem in iis, quae metro non cederent, formis, veluti in genitivo plur. βροτῶν. Il. η, 446. ἐστι βροτῶν. θ, 428. φ, 580. ω, 67. Od. α, 66. 282. 337. et saepius alibi. Hymn. in Ap. 226. Hesiod. Theog. 981. Scut. 78. Juxta hunc tertius casus βροτοῖσιν eadem de causa valde frequentatur: Il. ι, 545. παύροισι βροτοῖσιν. ib. 159. λ, 2. ν, 244. alibi. in Od. γ, 3. η, 210. λ, 287. in Hymn. in Ap. 25. 69. 506. Hymn. Hom. VI, 20. in Hesiodeis, veluti Op. et D. 24. Theog. 218. 223. Brevior forma nonnisi in Homer. Hymn. XXXII, 13. τέκμωρ δὲ βροτοῖς καὶ σῆμα. Hes. Op. et D. 310. Accusativus hujus numeri Il. ω, 464. ὧδε βροτούς. Hes. Op. et D. 487. Denique epica secundi casus singularis forma Il. ψ, 331. σῆμα βροτοῖο. In Iliade contra et Odyssea unicum modo versum, ubi haud necessitas, sed metri commoditas peperit, numeravi: Od. τ, 360. κακότητι βροτοί.

Pauca alia offenduntur Hymn. in Ven. 269. Hes. Op. et D. 93. Scut. 106. et aliae ejusdem vocabuli formae cum metro facilius congruae morem epicum non deserere indicabunt: Od. δ, 397. βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι. cll. Hes. Op. et D. 214. Scut. 55. Od. ε, 334. πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα. ν, 129. μεθ' βροτοί. ο, 321. τ, 286. ἐρίσσειεν βροτός. π, 212. θνητὸν βροτόν. Hymn. in Ven. 200. ἕνεκα βροτοῦ. Quare vocabula ab illo oriunda ei epicorum rationi convenienter syllabam ante mutam et liquidam *correptam* habent. Sicut Il. β, 389. λ, 32. μ, 402. ν, 281. ἀμφιβρότης. Od. λ, 41. βεβροτωμένα. Hes. Op. 773. βροτήσια. Il. κ, 65. ἀβροτάξομεν, et ξ, 78. νὺξ ἀβρότη. de cujus origine Schol. Venet. p. 331. Eustath. p. 968. In Hymn. Hom. XXV, 10. ἐξηχεῖτο· βρόμος δ' ἔχεν ἄσπετος ὕλην, seriorem carminis hujus ortum manifestum reddunt. In uno loco Odysseae μ, 330. simile quid passa est syllaba brevis ante γρ, καὶ δὴ ἄγρην, de cujus veritate Hermannus ad Orphic. l. l. jam dubium injecit, magisque hunc locum ad crasin referendum esse, inferius monstrare conabor.

§. 3.

Saepius, quam quae praegressae sunt, δρ nullam efficiunt productionem, maxime autem tum, cum usu illo rejecto poëtae a vocabulis quibusdam prorsus abstinendum fuisset. Ita quidem est non semel obvia vox δράκων. Il. β, 308. μέγα σῆμα δράκων. γ, 33. ζ, 181. λ, 26. 39. μ, 202. χ, 93. Od. δ, 457. Hes. Scut. 144. 166. 233. Theog. 323. 825. et Hymn. in Ap. 300. ἔνθα δράκαινα. Δρύας. Il. α, 263. τε, Δρύαντα. ζ, 130. οὐδὲ Δρύαντος. Hes. Scut. 179. Idem vocibus in mediis, versu haud aliter permittente, obvenit. Il. β, 700. ἀμφιδρυφής. λ, 393. ἀμφιδρυφοί εἰσι παρειαί. π, 857. χ, 363. ω, 6. λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην. ut recte metri causa e codicibus aliquot et Turnebi editione Wolfius imprimendum curavit; parum enim probabilitatis habet, poëtam in his ἀνδροτῆτα dedisse. Minus a metri necessitate excusantur, Il. λ, 69. τὰ δὲ δράγματα. ψ, 361. μεμνέῳτο δρόμου. in quibus, an poëtae manum sinceram Grammatici nobis tradiderint, dubitare licebit. Literae consociatae θρ tum in verborum initio obviae, tum in quibusdam compositis, nullam vim protrahendi passim demonstrant. Neque ullam aliam

ob causam, nisi quod ea libertate metri aditum poëtae ejusmodi vocabulis aperirent. Quod e genitivo pluralis adjectivi *θρασύς* patet, nam cum nulla alia lege brevem antegressam remanere concedat, haec una forma ita invenitur. Exempla vide Il. λ, 553. ρ, 662. *ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν.* cll. ν, 134. ο, 314. Od. ε, 434. parique penuria Hesiodus adactus Scut. 263. *τε θρασείας.* *Θρόνος* pariter vera esse, quae statuimus, evincit. Quod, cum plurali numero, idque in casibus obliquis positum metro esset inutile, mensuram non immutat. Quamobrem Od. α, 145. *κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.* et γ, 389. κ, 233. ο, 134. ρ, 86. 179. υ, 249. χ, 438. 452. ω, 385. Od. κ, 352. *ἔβαλλε θρόνοις ἔνι.* ρ, 32. υ, 150. θ, 422. *ἐν ὑψηλοῖσι θρόνοισιν.* π, 408. Quae cum usu invaluissent, etiam alias minus anxii fuerunt, ut Od. η, 95. *ἐν δὲ θρόνοι.* ζ, 308. Il. θ, 199. *σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ.* ο, 142. 50. Saepius autem talia brevitatem mutant, ut Od. σ, 157. *ἐπὶ θρόνου.* Compositum *ἀλλοθρόους* vid. Od. α, 183. γ, 302. ο, 453. ξ, 43. Quae Hymn. Hom. XXV, 7. *πολύϋμνον ἔθρεψαν*, et apud Hes. Th. 632. *Ὄθρυος*, quamquam in eo nomen proprium minus offensionis habet, ab Homerico sermone abhorrere censendum est.

§. 4.

In aliquot formis obtinet, ubi nulla alia via patebat, κρ. Ut *κραδαίνω.* Il. ν, 504. π, 614. *αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη.* Il. π, 767. *τανύφλοιόν τε κράνειαν.* cl. Od. κ, 242. *Κράς*, caput, in obliquis casibus, quod Hermanno ad Orphic. p. 756. suspectum est. Od. θ, 92. *κατὰ κρᾶτα.* μ, 99. *δέ τε κρατί.* *Κραταιός* et quae ab eo ortum habent; veluti in trita illa clausula Il. ε, 83. π, 853. alibi *Μοῖρα κραταιή.* Od. σ, 382. *ἠδὲ κραταιός.* Il. λ, 119. *ἱδρώουσα κραταιοῦ.* Hymn. in Merc. 265. *ἐλατῆρι κραταιῷ.* Od. μ, 124. *δὲ Κράταιϊν.* Od. ψ, 46. *ἀμφὶ κραταίπεδον.* Il. τ, 361. *θώρηκές τε κραταιγύαλοι.* Il. ι, 214. *θείοιο, κρατευτάων.* Quare et in simplici semel licenter dictum est Il. υ, 121. *δοίη τε κράτος.* *Κρέας.* Od. ο, 98. *ὀπτῆσαί τε κρεῶν.* Hes. Op. et D. 591. *ὑλοφάγοιο κρέας.* Il. λ, 697. *εἵλετο κρινάμενος.* Est hoc in versu illo famoso, quem, qualem nunc legimus, Homericum esse vehementer dubito. *Κρόνος.* Hac in voce, utpote nomine proprio, cum syllaba priore non producta

in casibus obliquis numero aptior reddita esset, aliquantum plus libertatis sibi indulserunt poëtae. In causa autem, quod haec admittebantur, numerum fuisse apparebit, raro enim prima forma *Κρόνος*, velut Il. *θ*, 479. *Ἰαπετός τε Κρόνος τε*, Hes. Theog. 459. raro *Κρόνου* et *Κρόνῳ* ita reperiuntur, hoc solum apud Hes. Theog. 453. 476. illud in Hymn. Hom. in Cer. 18. et Hymn. XXIX, 15. multo autem crebrius, quippe quae, si minus voluissent, non fuissent usurpanda, in formula *Κρόνου παῖς*, vid. Il. *β*, 205. *ζ*, 109. *θ*, 415. *ι*, 37. *ο*, 91. *π*, 431. *σ*, 293. Od. *φ*, 415. denique Il. *ξ*, 194. *μεγάλοιο Κρόνοιο*. Patronymici *Κρονίων* mediam varia mensura nunc produci, nunc corripi, veteres jam docuerunt. cf. Dracon. de metr. poët. p. 60. l. 18. Eustath. ad Il. *λ*, 750. p. 882. l. 4. et Clark. notam ad Il. *α*, 397. Quam vero lubenter poëtae antiquissimi varias unius et ejusdem vocabuli formas metrorum facilitati accommodatas sibi finxerint, easque usu frequentaverint, hoc verbum insigne praebet exemplum. Nam vocis ejus nominativus ubique, maxime in versus clausula, duabus ultimis productis apparet, cum aliter in metrum cogi non possit, et longum *ω* huic sedi inprimis aptum censeri queat. vid. Il. *β*, 419. *δ*, 249. *ε*, 522. *η*, 209. *θ*, 175. *λ*, 27. 406. *ν*, 242. 319. 783. *ο*, 254. *ρ*, 441. *υ*, 306. *ω*, 611. neque parcius in Odyssea, Hymnis, Hesiodeis idem evenit; in medio autem versu bis modo adest, scilicet in Il. *ρ*, 269. *λαμπρῇσιν κορύθεσσι Κρονίων*: et in Od. *ρ*, 424. *τ*, 80. *ἀλλὰ Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονίων, ἤθελε γάρ που*. Dativus contra et Accusativus *Κρονίωνι* et *Κρονίωνα* semper corripiunt secundam, brevemque antecedentem syllabam producunt, velut Il. *α*, 753. 906. *ζ*, 267. Hes. Scut. 53. 56. alibi, et unus genitivus, qui, cum in literam consonam terminetur, plus negotii exhibet, fluctuat, ut nunc *Κρονίωνος* paeonem tertium, ut in Il. *φ*, 184. *ἐρισθενέος Κρονίωνος*, cll. 230. nunc secundum efficiat, eaque de causa correptionem inferri non vetet, idque duobus in locis: Il. *ξ*, 247. — *ἔγωγε Κρονίονος ἆσσον ἵκοιμι*. Od. *λ*, 620. *Ζηνὸς μὲν παῖς ἦε Κρονίονος*. *Κρυφηδόν*. Od. *ξ*, 330. *τ*, 299. Aliter metro includi non poterat. Od. *ε*, 488. *ἐνέκρυψε*. Si *ἔγκρυψε* esset, (Hermanno ad Orphic. p. 756. *ἔκρυψε* placuit,) neminem offenderet. Attamen etiam Apoll. Rhod. I, 170. *ἐνέκρυψε*. ubi vero Cod. Guelferbyt. *ἔγκρυψε*, quod autem Hoerstelius, tam multis hujus libri pravis

lectionibus in Apollonium inductis, recipere non ausus est. Porro in Od. ψ, 110. νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων. Hymn. in Merc. 394. ἀπέκρυψε. In quibus etiam alia quaedam cum Homeri consuetudine minus congrua reperiuntur, ut in Hymn. in Cer. 178. αἴσσοντο κροκηΐῳ. 426. μίγδα κρόκον. quodque magis etiam alienum est, Hymn. Hom. VII, 12. πικρήν iambi mensura adscitum. Attamen et Od. κ, 122. δακρυπλώειν.

§. 5.

Quae vocabula a literis πρ inchoant, inter ea maxime praepositiones πρὸ et πρὸς juxta atque aliquot eorum, quae ex his vel composita vel derivata sunt, cum longae syllabae impedimento objecto nonnisi difficillime plures in locos a poëtis recipi potuissent, usum supra memoratum persaepe tenent. Propterea πρὸ brevitati antegressae nullam infert mutationem in his locis: Il. ν, 799. ο, 351. ρ, 726. Od. κ, 105. ω, 468. Πρόσσω, quod inde ortum ducit. Il. ρ, 598. σ, 388. Od. ι, 542. φ, 369. Hinc etiam lux accenditur illis: Od. γ, 320. ὅντινα πρῶτον. Od. ρ, 275. ἠὲ σὺ πρῶτος. Hymn. in Ven. 180. οἴχην δή με τὸ πρῶτον. Quamquam in duobus postremis medicina in promtu esset, eaque leviter corrupta Hermannus, Vir eximius, ad Hymn. Hom. versum laudatum putabat. Composita hujus praepositionis sententiam nostram egregie adjuvant. Il. ρ, 545. καταβᾶσα· προῆκε. Od. μ, 205. ἐρετμὰ προὔχεα. Il. β, 588. ἧσι προθυμίῃσι. Od. ρ, 352. ἀνδρὶ προΐκτῃ. 449. ἐσσὶ προΐκτης. Il. ι, 91. Od. α, 149. et saepius ἑτοῖμα προκείμενα. Il. β, 493. νῆάς τε προπάσας. Hes. Scut. 154. ἐν δὲ προΐωξις. Op. et D. 48. 86. Theog. 521. 546. Προμηθεύς. Praepositioni alteri πρὸς major etiam hac in re venia concessa est, cum in consonam terminata, ea demta, multo difficilius, quam πρό, adhiberi potuisset. Hinc simplex cum adsit, ampla correptionum seges procrevit; velut Il. α, 609. Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος. γ, 155. ε, 274. 431. ζ, 456. η, 464. ϑ, 74. 212. 364. λ, 643. μ, 239. ν, 81. et saepius pariter in Iliade atque in Odyssea, Hymnis et Hesiodi poëmatis, velut Op. 519. Theog. 779. Compositorum loci: Od. χ, 337. λίσσοιτο προσαΐξας, cll. 342. 365. et similia, nullum autem crebrius, quam προσαυδᾶν, tertia inprimis imperfecti per-

sona προσηύδα, observatur. Il. α, 201. β, 7. alia. Il. λ, 136. κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα. Od. ο, 440. μή τίς με προσαυδάτω ἐπέεσσιν. Hymn. in Cer. 413. με προσηνάγκασσε. Od. υ, 73. δία προσέστιχε. Hes. Op. et D. 353. προσίοντι προσεῖναι. Od. ϑ, 85. ο, 332. σ, 173. υ, 352. Hymn. in Ven. 184. Hymn. Hom. IX, 2. XXXI, 12. Il. σ, 24. 414. τ, 285. Hesiod. Op. et D. 594. πρόσωπον et alii ejusdem vocabuli casus. Deinde ejusdem forma protracta. Od. σ, 192. πρῶτα προσώπατα. Il. η, 212. μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι. Il. ε, 831. ἀλλοπρόσαλλον. Quantopere numerus eam licentiam pepererit et excusaverit, ex eo intelligendum est, quod, si ab exemplis allatis et aliis, quibus par necessitatis causa inhaeret. Il. η, 112. Ἕκτορι Πριαμίδῃ, cll. ϑ, 216. ν, 40. 80. 517. ξ, 375. ο, 604. discesseris, perpauci, ubi facilius evitandum erat, restant loci. Od. ρ, 597. τοὺς Ζεὺς ἐξολέσειε, πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι. cui annon emendatione, nisi codices aliam suppeditent lectionem, subveniendum sit, haud scio. At ita etiam Il. α, 97. οὐδ' ὅγε πρίν.

§. 6.

Ubi literae τ et ρ conjunctae efferuntur, ibi quoque nonnullis in vocabulis, quae, si secus dicta essent, heroico versui inutilia fuissent, productionem omissam videmus. Attamen in his alia inveniuntur, quae, licentia semel invecta, cum declinare potuissent, poëtae remanere passi sunt. Sed ex ordine exponamus. τράπεζα ita deprehenditur in Il. ι, 216. λ, 628. 636. ω, 625. et multo saepius in Odyssea, veluti α, 111. 138. Unde etiam vox, quae ab eo ortum trahit, Il. χ, 69. οὔς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς. cll. ψ, 173. τράγος. Od. ι, 239. ἀρνειούς τε τράγους τε. At minus versus necessitate impulsus poëta dixit Od. λ, 527. δάκρυά τ' ὠμόργνυντο, τρέμον. Neque aliter τρέπω et τρέφω, cum haud semel e numeri mandato sine productione dicta essent, interdum etiam, ubi evitanda erat correptio, eam non excludunt. Occurrunt autem vel haec vocabula, vel nonnulla, quae ejusdem et unius stirpis sunt, in his: Il. γ, 441. ξ, 314. φιλότητι τραπείομεν. Od. ϑ, 292. λέκτρονδε τραπείομεν. Od. ε, 350. κ, 528. ἀπονόσφι τράπεσθαι. Il. ψ, 53. ἐπὶ ἔργα τράπωνται. Hes. Op. et D. 727. ἠελίοιο τετραμμένος. Odyss.

θ, 782. θ, 53. ἑρετμὰ τροποῖς. Hes. Op. et D. 479. ἠελίοιο τροπαῖς. Tum alterius loci: Hom. Il. φ, 84. ὥς ἐτράφημεν. Od. ε, 422. πολλὰ τρέφει. ν, 410. ὕεσσι τρέφει. τ, 489. οὔδὲ τροφοῦ. Τρίτος, quaeque inde formantur, pari modo brevem syllabam saepius non tollunt, ubi tamen saepe altera voce τρίτατος declinari potuisset, velut Il. μ, 95. υἷε δύω Πριάμοιο· τρίτος δ' ἦν. μ, 94. τῶν δὲ τρίτων. π, 193. τῆς δὲ τρίτης. Od. κ, 556. ἡ δὲ τρίτη. Hinc etiam Hes. Op. et D. 578. ἔργοιο τρίτην ferri poterit. Similiter sunt inde deducta. Il. β, 516. 680. 733. τοῖς δὲ τριήκοντα. cll. Hes. Op. 696. Od. ν, 390. ξ, 20. φ, 19. Hes. Theog. 715. τριηκόσιοι. Hes. Op. 766. τριηκάδα. 814. τριςεινάδα. Ib. 425. τε τρίπηχυν. Od. τ, 177. Δωριέες τε τριχάϊκες. Od. δ, 506. ἔπειτα τρίαιναν. cll. ε, 292. Il. μ, 27. Il. δ, 202. ἕποντο Τρίκης. Od. κ, 239. φωνήν τε τρίχας τε. Hymn. in Ap. 296. ἔθηκε Τροφώνιος. 55. οὐδὲ τρύγην. 529. οὔτε τρυγηφόρος. Hes. Scut. 293. ὑπὸ τρυγητήρων. Quorum ad similitudinem in ejusdem carminis versu 292. οἱ δὲ τρύγων οἴνας scribendum erit. Mediis in vocabulis etiam non prorsus desideratur illa correptio, velut in Hom. Od. α, 160. ξ, 86. Hes. Op. et D. 34. et saepius ἀλλότριος. Il. ζ, 479. καί ποτέ τις εἴπῃσι· πατρός δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων. υ, 383. 4. ἐσθλὸν Ὀτρυντείδην. θ, 323. φαρέτρης. ω, 324. τετράκυκλον. (nam de illo Il. β, 537. Εἰρετρίαν, quod etiam alia premitur difficultate, supra Cap. II. Sect. I. §. 4. sermo fuit.) Hymn. in Merc. 86. αὐτοτροπήσας. Hes. Scut. 2. 37. 165. Ἀμφιτρύων. Multo plus difficultatis est in ejusdem carminis v. 3. Ἠλεκτρύωνος, v. 35. Ἠλεκτρυώνης, in quibus non tam correptionem, quam crasin inesse statuo, uti Hermannus ad Orphic. p. 757. etiam de vocabulo βότρυας Hes. Scut. 294. obvio censuit.

§. 7.

Litera canina cum adspiratis φ et χ connexa, in quibusdam modo vocabulis brevem antecedere syllabam poëtae antiquissimi admiserunt, vel quod alio modo vocabulum in heroicum metrum cadere non poterat, vel quod negligentiam quandam ad versus facilius componendos aptam judicabant. In Homericis quidem unicum Ἀφροδίτη hanc veniam sibi petere non moleste ferimus, idemque, aliter enim ne dici quidem poterat, Hesiodus fre-

quentat Op. et D. 65. Scut. 8. Praeter hoc autem vocabulum modo φράζω in nonnullis locis eandem profert mensuram, in Homericis semel Od. ο, 444. ὑμῖν δ' ἐπιφράσσετ' ὄλεθρον. Hes. Theog. 160. κακὴν ἐπεφράσσατο τέχνην. Hymn. in Ap. 388. θυμὸν ἐφράζετο. Haec necessario vel invitis nobis ferenda erunt, et habent, quo excusentur. Multo plus dubitationis in aliis moveri potest, ut Hymn. in Merc. 294. σὺν δ' ἄρα φρασσάμενος; de quo ingeniosa extat Hermanni conjectura ad Orph. p. 757.; in Ger. 257. καὶ ἀφράδμονες; at cf. eundem virum doctum ad h. l. in Homer. Hymn. edit.; denique in Hes. Op. et D. 655. προπεφραδμένα. Cod. Vitebergens. προπεφασμένα exhibet. Alterius adspiratae cum eadem liquida sociatae haec inveniuntur exempla. Il. ψ, 186. ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλ. Od. ϑ, 353. οἴχοιτο χρέος. Hymn. in Ap. 253. 293. θεμιστεύοιμι, χρείων. In his quidem ad synaloepham confugere possimus, at vereor, ne illa versuum numerus etiam durior esset, et similiter in Hymn. in Merc. 332. τόδε χρῆμα. Neque autem mihi incertum est, in Hymno in Ap. 439. cum Hermanno ἀμάθοις ἐχρίμψατο reponendum esse. Hes. Op. 588. αὐαλέος δέ τε χρώς secundam particulam e versu 586. male repetitam censeo, et in ejusdem poëtae Scut. v. 199. ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσί, χρυσείην τε τρυφάλειαν vel prosodia vocis χρύσειος, quamquam nemo editorum, quoad cognovi, in ea haesit, violata vitiositatem prodit; ideo restituo χερσὶν ἔχουσ' ἔγχος χρυσείην τ. τρ. Praepositionem in his omitti posse, non eget testimoniis, at, si quis dubitaret, conferat Il. ϑ, 248. ι, 86. Od. α, 104. β, 10. Denique in Hymn. Hom. VII, 1. βρισάρματε, χρυσεοπήληξ. At nemo, qui hoc carmen Homerica aetate multo inferius esse non putet, inveniatur.

§. 8.

Huc fere redeant, quae moneri possunt de litera φ cum alia muta juncta, ubi syllabam antegressam ad solemnem usum non protrahit: satis autem vel ex iis, vetustissimos heroïcae poëseos cultores haud temere libertati ei locum reliquisse, perspectum iri censeam. In aliis contra literis liquidis hasce correptiones longe cautius adscitas esse, Homerica poëmata testantur. Cujus rei causa in eo quaerenda est, quod quidem ρ, si nulla alia

cum litera conjunctum vocabulorum capiti solum praefigatur, ob adspirationem semper propemodum ei adnexam multo difficilius, quam reliquae omnes liquidae, pronuntiatu est; ubi vero mutua ei adjiciatur, plane contrarium evenire, et multo facilius ac celerius, quam omnes alias liquidas, mutis adhaerentibus, idem proferri posse, res ipsa docet. Quamobrem, ut necesse est, in his maximam diversitatem cernere licet, dum enim *ρ* simplex ob eum, quo praeditus est, spiritum brevem syllabam, quae anteit, non ita gravatim longa mensura instruit, ubi idem cum alia litera conjunctum sit, brevem syllabam remanere aegre quidem, sed omnium literarum cognatarum facillime concedit. Deinde *λ* et in hoc et in illo (cf. Cap. II. Sect. I. §. 3.) medium occupat locum. At *μ* et *ν* muta apposita vix uno alterove vocabulo apud heroicos poëtas principes brevitatem non immutant. Jam vero alterius exempla Homeri cognoscamus; et quidem *λ* cum *κ* compositum in his, ubi alia via haud patebat, obtinet. Il. *β*, 570. *ἐϋκτιμένας τε Κλεώνας*. Od. *μ*, 421. *λῦσε κλύδων*. Od. *υ*, 120. *χαῖρεν δὲ κλεηδόνι*. Tum *κλίνω* in nonnullis ejus temporibus. Od. *α*, 366. *σ*, 213. *παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι*. *τ*, 470. *) *ἑτέρωσ' ἐκλίθη*. Unde quoque *φ*, 138. 165. *καλῇ προσέκλινε κορώνῃ*, nisi ibi augmentum omittere placet, certe Hes. Op. et D. 262. *παρκλίνουσι*. Il. *α*, 113. Od. *λ*, 422. 439. *Κλυταιμνήστρη*. Od. *μ*, 215. *τύπτετε κληΐδεσσιν*. (Hic locus Censoris Homeric. Wolf. l. l. p. 126., ubi reliqua afferuntur, diligentiae se subduxit.) Il. *τ*, 287. *Πάτροκλε*, quod nomen hoc uno in versu dactylum efficit. Hes. Op. et D. 726. *τοίγε κλύουσιν*. Theog. 32. *ὥστε κλύοιμι*. *Πλ* in ali-

---

*) Ut hoc loco *ἑτέρωσε κλίνεσθαι*, eadem locutio legitur Il. *ν*, 543. Od. *τ*, 470. *χ*, 17. *ἑτέρωσε βάλλειν* vel *βάλλεσθαι* Il. *ϑ*, 306. *ψ*, 697. Od. *π*, 179. Quare et Odyss. *α*, 234. *νῦν δ' ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες*, si quid sapio, melius erit *ἑτέρωσ' ἐβάλοντο*, aliam in partem Dii verterunt. Hoc autem imagini, uti Eustath. p. 1414. l. 2—9. docet, a talorum ludo depromtae magis, quam vulgaris scriptura, concinat, idemque habet totidem verbis Quint. Smyrn. X, 427. At forsitan in ejusdem libr. VIII, 412. 13. — — *παρακλίνας ἑτέρωθεν Ὃν δέμας*, *ἑτέρωσε* accommodatius videri potest.

quot vocabulis brevem syllabam non auget. Il. β, 504. οἵ τε Πλάταιαν. Il. η, 88. νηῒ πολυκληῗδι πλέων. Od. δ, 474. ἵκοιο, πλέων. Il. ι, 360. πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλέουσα, cl. Od. μ, 70. ϑ, 35. πρωτόπλοον. Il. ε, 31. 455. alibi τειχεσι-πλῆτα. Il. κ, 257. δὲ πλέων νύξ. Od. υ, 355. εἰδώλων δὲ πλέ-ον πρόθυρον; in quo autem synaloepham esse, putare possumus, quae certe est Hymn. in Ap. 408. ὡς ἔπλεον. verum etiam in Hes. Op. et D. 690. ἀλλὰ πλέω. Minus necessitate jussae productiones sunt: Od. λ, 583. προσ-έπλαζε, quod mutationem non respuit, et Il. ξ, 468. οὐδεὶ πλῆντ' ἤπερ scribendum esse, jam docuit Cens. Wolf. Hom. l. l. Il. ι, 382. Od. δ, 127. ὅθι πλεῖστα. Il. δ, 329. ὁ πλησίον. De loco Hymn. in Cer. 345. ἐπ' ἀτλήτων jam Hermann. ad Orphic. p. 767. locutus est. et Il. γ, 414. μή μ' ἔρεθε σχετλίη. Od. ξ, 529. ἀμφὶ δὲ χλαῖναν. Od. κ, 324. Hymn. in Merc. 560. μέλι χλωρόν.

§. 9.

Alterae duae liquidae μ et ν nunquam, ut videtur, in Homericis correptionem concedunt. Nam Od. κ, 204. ἠρίθμευν legendum esse jam pridem Clarkius et Barnes. observarunt. Od. η, 89. σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι ἐν χαλκέῳ ἕστα-σαν οὐδῷ idem Barnes. non male proposuit, quod enim nunc legitur ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ, vix epicum decet, vid. Censor. Wolf. Homer. l. l. p. 126. Pariter duo ultimi exempla in Il. ω, 274. et Od. λ, 144. Wolfii cura recte removit. Quam graves et locupletes testes mutationem priorem confirment, vid. ap. Heyn. Vol. VIII. p. 651. de altera pariter sensit Hermann. ad Orph. p. 756. Idem vir doctus et Homeri Wolf. Censor l. l. Od. ρ, 375. ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα mentionem fecerunt, sed in eo, neque minus in Il. υ, 220. ὃς δὴ ἀφνειότατος, crasin inesse, mihi persuasum est. In Hymn. denique in Ap. 209. nescio an melius quid, quam quod Wolfius dedit, ὅππως μνωόμενος excogitari possit. Hanc vero correptionem Hesiodus duobus in locis habet. Op. et D. 567. ἀκροκνέφαιος, nisi ἀκρονέφαιος mavis. Theog. 319. ἔτικτε, πνέουσαν. Quae, quamquam in ejus carminibus vel in minutiis multae sordes a Thierschio V. C., ut spero, eluendae relictae sint, ferenda esse existimo. Unum modo hujus generis locum e Scut. 242. 3. hic tangam. Ibi adest: αἱ δὲ γυναῖκες εὔ-

ἀμήτων ἀπὸ πύργων Χάλκεον ὀξὺ βόων. Heinrichius in annotationibus illud χάλκεον indefessum clamorem explicat, quam recte, ipse videat, nam (Il. ε, 785.) χαλκεόφωνος alta et ferrea quasi voce praeditum significare cogitandum erat. Ferreum autem clamorem in muliebres querimonias et ejulatus cadere non posse, sua sponte apparet: recte iis tribuitur ὀξὺ βόων, clamor acutus, ille enim feminis peculiaris, quare in Apoll. Rhod. IV, 41. 42. — θυρέων ὑπόειξαν ὀχῆες Ὠκείαις ἄψοῤῥοι ἀναθρώσκοντες ἀοιδαῖς, non male ὀξείαις scriberetur (velut IV, 624. ὀξὺς γόος et alia apud eundem poëtam). In Hesiodi autem loco χάλκεαι ὀξὺ βόων legam, nam de imaginibus in Herculis scuto expressis poëta narrat. Postremo, ut reliquas correptiones antiquissimorum poëtarum enumeremus, etiam ante duas mutas et literam compositam ζ paucae, quas numerorum necessitatem peperisse perspicitur, inveniuntur. Il. β, 824. οἱ δὲ Ζέλειαν, cll. δ, 103. 123. Il. β, 634. οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον, quod in pluribus Odysseae locis, sicuti α, 246. π, 123. et saepius, non minus adest. Crebrius etiam v. c. Il. β, 465. 67. Hes. Theog. 345. Σκάμανδρος. Od. ε, 237. ἔπειτα σκέπαρνον. Neque aliter dicenda fuerunt Il. β, 537. Ἱστίαιαν. et Il. ι, 382. Od. δ, 127. 229. ξ, 286. Αἰγύπτιος, quod postremum ea de causa Eustath. quoque dactylum ab initio numeratum defendit. vid. p. 758. l. 27. et pluribus p. 1488. l. 49. At si accuratius haec intueamur, ea magis ad synaloepham, quam ad correptionem referenda esse, videri possit.

§. 10.

Jam vero, quod ad recentiores attinet poëtas, in iis, vid. Herm. ad Orph. p. 758. sqq. pro ea, qua quilibet et aetate et peritia erat, varium hac in re usum viguisse, in confesso est. Qui enim diligenti Homeri studio innutriti carminum numeros leves et teretes esse volebant, iisque Homerici sermonis castitatem et elegantiam referre, syllabas mutae cum liquida conjunctae praegressas haud facile in aliis, atque in Homericis verbis et formis corripiunt. At qui Atticorum sermone decepti, inde parvum damnum epicae poëseos gravitati et ponderi inferri opinati sunt, ii non modo in vocabulorum clausulis, ubi res minus incommodi habet, verum etiam me-

diis in verbis multas ejusmodi adsciverunt correptiones. Ex hisce autem correptionibus de aetate, qua quilibet poëtarum scripserit, judicium quoddam fieri posse, Hermannus demonstravit, et profecto hac in re minus mobilem a singulis poëtis legem servatam animadvertimus. Quamquam non solum poëtarum singulorum aetas, verum etiam carminum genus et peritiam atque artem, qua quilibet erat instructus, respiciamus necesse est. Minus enim molestiae in carmine heroico, et eo didactico, quam in aliis hanc rem habere, Nicandri et aliorum poëmatis intelligimus. Qui autem poëtarum epicorum recentiorum ex Alexandrina familia profecti ad Homeri exemplar se totos componerent, ii vix in singulis ab Homero recesserunt, temporis autem decursu, ut fieri solet in plurimis, major invasit libido, veteresque epici sermonis carceres egressi hac quoque in re multum licentiae sibi sumserunt. Quodsi res ita se habeat, eos, qui sive artis imperitia, sive temporum culpa longe ab aliis distant, jam non moror. Etenim ex eorum operibus nonnulla jam exempla Hermannus dedit l. c., plurimaque his adjicere possem, ex quibus autem tenues modo fructus lectorem percepturum esse apparet. Sunt vero potissimum hi: Nicander, Orpheus in Lithicis, Oppianus Cynegeticorum poëta, Quintus, Maximus, Manetho, poëta de viribus herbarum, iisque Moschum et Dionysium Periegetam addo, quorum uterque, etsi hic in aliis elegantissimus perraro fecit, non modo in vocabulorum clausulis, verum etiam in mediis verbis eam veniam sibi indulsit. Qnorum poëtarum aliquot, neque autem omnes locos Hermannus in Orphic. enumeravit. vid. in Moschi Europa v. 51. *φαιδρύνοιτο χρόα.* 59. *πολυανθεῖ χροιῇ.* 156. *δὲ κλυτούς.* ex Megara v. 88. 93. His igitur remotis ad quos oratio nostra pertinet, Aratus, Apollonius Rhodius, Oppianus Halieuticorum scriptor, Nonnus, Tryphiodorus, Coluthus supersunt. Quorum ut quisque castissimus et optimus poëta censeri potest, ita rarissime tale quid versibus inferri passus est. Ubi vero admissum videmus, vel in exemplis Homerico usu sancitis, vel ad ejus similitudinem compositis, vel denique aliter numeris non aptis, correptionem obtinere videbimus.

§. 11.

Quorum modo poëtarum fecimus mentionem, eorum jam singulos locos eodem, quo supra Homericos, ordine perlustremus. Unde Nonnum et Apollonium ut in aliis, ita in correptionibus purissimos esse, Aratum contra et Oppianum, quorum priorem ab hac negligentia purum Hermannus ad Orphic. p. 759. minus recte nuncupat, jam paullulum ab Homerica consuetudine, utpote poëtas didacticos, distare, clare perspectum iri spero. In illo Homerico recensu primo loco laudabam *βραχίων*. in Opp. Hal. III, 306. *τε βραχίονες*, cll. ib. 337. IV, 159. Nonn. Dionys. XXVIII, 127. *ἤμησε βραχίονος* alibi. *Βροτός* jam apud Apoll. Rhod. Arg. II, 230. *μίνυνθα βροτῶν*. Nonn. Dionys. VIII, 120. Quae aliter metro non conveniebant, eorum modo pauca illarum literarum apud eosdem poëtas extant exempla: Opp. Halieut. II, 270. *ἐρητύσειε βρόχοισιν*. Nonn. Dionys. XIV, 233. *καὶ Καλύκη γελόωσα, Βρύουσά τε σύννομος αὔραις*. Haec sunt Baccharum nomina, idcirco *Βρύουσα*, quod Latini interpretis stupor non intellexit, litera majuscula scribenda erat. *Δρ*. In his literis jam apud Aratum Phaen. 46. *θαῦμα Δράκων*, cll. 70. 187. obvium habemus, et similia in Ap. Rh. Arg. II, 405. III, 1178. Opp. in Hal. I, 169. Nonn. Dionys. I, 16. et saepius, quare et derivatis et compositis haud aliter utuntur. velut Nonn. XVIII, 249. *κομόωσα δρακοντείῃσι κορύμβοις*. V, 35. *οὐδὲ δρακοντοφόνων*. V, 4. *γυῖα δρακοντοβότῳ παρὰ Δίρκῃ*. Pari modo; I, 18. XXXI, 81. *δρακοντοκόμος*. quae composita, ut plurima Nonno excusa vocabula, a Lexicis absunt. In eodem poëmate X, 396. XXXVII, 105. *Τέρμα δρόμου*. V, 45. *κομόωντα δροσιζομένοισι*. Cujus libri v. 387. *ὅλον δόμον ἔβρεχεν ἠχώ*, corrige: *Συμφερτῷ βαρύδουπος ὅλος δόμος ἔβρεμεν* (vel *ἔβραχεν*) *ἠχῷ*. quod loci supra C. II. Sect. I. §. 10. similes allati defendent. Fideliter transtulit Latinus interpres: domum irrigabat sonus. *Θρ*. Cujus simplex antea cognovimus, compositum dixit Opp. Halieut. I, 112. *τε θρασύφρονες*. *Θρόνος* in formis Homero similibus Apoll. Rh. IV, 692. 719. at idem, quod Coluthus Helen. raptus v. 281. insuper adscivit. Arg. I, 799. *τηνίκα Θρηϊκίης* (ita enim legendum censeo, cum nunc loco vulgatae *Θρηϊκίῃ* ex Hoelzlini emendatione *Θρηϊκίων* circumfertur). *Κρ*. Invenitur in his: Opp. Hal. I, 310.

ἀμφὶ κράδῃσιν. Ap. Rh. IV, 829. κλείουσι Κραταιΐν. III, 1228. ἐπὶ κρατί. Ib. 202. σειρῇσι κρέμανται. III, 357. Ἰήσονα Κρηθείδαο. At I, 1208. III, 1392. bene emaculavit Hermannus ad Orph. p. 759. Tryphiod. Il. expugn. 348. προχέουσα κρόκῳ. Tum Κρονίων, Apollonius enim ab eo nomine prorsus abstinuit, Op. Hal. IV, 413. Nonn. I, 298. VIII, 247. alibi. Apoll. Rh. I, 170. ἐνέκρυψε, Codic. Guelf. ἔγκρυψε praebere supra §. 4. monitum est: at alios etiam locos haec forma similiter tenet, vid. Herm. ad Orph. p. 762. de Musaeo disputantem. Denique Apoll. III, 805. ab Hermanno ad Orphic. p. 759. et allatum et correctum video.

§. 12.

In Homericis §. 5. de praepositionibus πρὸ et πρὸς supra vidimus, eandem fere harum rationem in posteriorum epicorum operibus esse jam monstrabo. Simplex quidem πρὸ ita invenitur in Apoll. Rhod. Arg. II, 809. III, 1198. IV, 84. Nonn. Dionys. XXVI, 370. XXXV, 105. et alibi. Hinc quoque in Apoll. Rhod. II, 126. ὅτι πρῶτον non prorsus cum Hermanno ad Orphic. p. 759. condemno, nam in eodem carmine III, 1230. ὅτε πρῶτον. IV, 1080. ὅτε πρῶτον. Ejusdem composita, quae aliter cum metro non concordabant, multa inveniuntur, uti Προμηθεὺς Apoll. Rh. Arg. II, 1249. alibi, Op. Hal. V, 6. Nonn. Dionys. II, 300. et adjectivum Apoll. Rh. III, 845. ἔνθα Προμήθειον. Apoll. I, 983. πεύθοντο Προποντίδος. Alia pauca hisce addamus: Nonn. VII, 202. Ζεφύροιο προάγγελος. Coluth. Rapt. Hel. 59. Apoll. Rh. III, 1182. μαντοσύνῃσι προηγήτειραν. Nonn. VII, 288. προθεσπίζουσα. Ap. Rh. IV, 1553. ἀριστήεσσι προΐσχετο. Nonn. XXII, 386. Id. III, 199. κοιρανίης ἀλύτοιο προμάντιες. VII, 179. idem vocabulum pariter ac superiore in loco de Horis dicitur. Ib. 211. δι' ἔρωτα προφόριος. In fine ejus libri v. 367. ὀλβίη θεοῖσι καὶ ἀνδράσι χάρμα λοχεύεις in edit. Hanov. legitur: versui manco e latinae interpretationis: „Felix, *quod* „Diis et hominibus gaudium paris," vestigiis post primum vocabulum ὅττι adjiciendum censeo. Πρὸς simplex positum non inveni, saepe πρόσωπον, vid. Arat. Dios. 737. (5.) Opp. Hal. V, 233. Nonn. II, 459. III, 252. alibi, Coluth. Rapt. Hel. 274. cll. 174. tum προσέννεπεν Ap. I,

711. alibi. Homericum ἀλλοπρόσαλλος apud Nonnum Dionys. I, 532. VIII, 116. saepius, Tryph. Il. Exp. 565. Praeterea Opp. Hal. I, 146. ἠδὲ πρέποντες. Ib. 715. ὄγε πρίν. nam tertiam Nonni correptionem XLI, 97. Κύπριος recte sustulit Hermann. ad Orphic. p. 762., quem vide. Τρ. In his quoque plurima Homero jam trita exempla esse intelligimus. Ita τράπεζα apud Apoll. Arg. III, 377. ἤψασθε τραπέζης. cll. Opp. Hal. II, 221. III, 225. Nonn. Dionys. I, 501. II, 532. et saepius, Tryph. Il. Exp. 658. Opp. Hal. III, 88. τριγλώχινι τριαίνῃ, cl. V, 151. ubi piscis eodem nomine appellatus intelligitur, Nonn. VIII, 242. Tryph. 346. porro in Opp. Hal. I, 83. ἀλλὰ τριηκοσίων. et idem apud Nonnum passim reperitur. Opp. Hal. I, 326. ἀλλοτρίοισιν. II, 245. et in Nonn. XVI, 328. Apoll. Rh. II, 955. ἔνθα δὲ Τρικκαίοιο. Opp. Hal. II, 139. εἰσόκε τρυχόμενον. Φρ. Ter in Apollonio legitur II, 1151. θέτο Φρίξος, 1155. δὲ Φρόντις, quae cum nominibus propriis insint, nihil molestiae afferunt, et III, 1315. προπεφραδμένον; quod quidem Hermannus sollicitavit, at ferendum puto. Χρ. Opp. Hal. I, 112. ἠδὲ χρέμητες. ib. 133. αἴθοπι χροιῇ. Tryph. in Il. Exp. 71. ἀμαρύγμασι χροιῆς. Novum apud eundem 63. τρίχα χρυσῷ. et Nonni χρόνος, quod ad similitudinem vocabuli Κρόνος (idque V, 84. vere ejus in locum restituendum erit) ab ipso admissum non semel in Dionysiacis deprehenditur., cf. II, 425. πτερόεντι χρόνου, XXXV, 77. et aliis in locis. Eodem autem in libro v. 46. ἄπνοος οἶστρος ἔχει με ἔμπνοον, εἰ θέμις εἰπεῖν, ad numeri integritatem restituendam post με omissa particula καὶ e fuga futuro editori retrahenda erit.

§. 13.

In reliquis vel liquidis cum mutis junctis vel aliis literis perpaucas modo correptiones iidem poëtae suppeditant. Ita, ubi Homerus praeivit, Apoll. Rh. Arg. II, 73. τοίχοιο κλύδωνος. III, 1395. πίπτον δ' οἱ μὲν ὀκλάξ, τετρηχότα βῶλον ὀδοῦσιν λαζόμενοι πρηνεῖς. Illud ὀκλάξ, (erat antea ὀδάξ) Brunckius, cujus notam ad h. l. inspice, ex Abreschii conjectura in textum sumsit, correptionem autem Theocriteo adverbio ἀπρίξ defendit. At alia bucolicae, alia heroicae dictionis ratio est, neque, quantum ὀκλάξ habet, tantum offensionis illi inest. Qua de causa

merito jam Hermannus ὀδὰξ tuitus, ut repetitio unius et ejusdem rei molesta sane expellatur, in fine scribendum judicavit ἀρούρης, et omnino βῶλος tale additamentum efflagitare videtur. Cujus ut sententiae accedam, etiam eo moveor, quod poëtae illo adverbio tam crebro in similibus usi sunt. Notum est jam Homericum illud γαῖαν ὀδὰξ εἷλον. Pariter Euripides loquitur Phoen. 1423. γαῖαν ὀδὰξ ἑλόντες ἀλλήλοιν πέλας. Posteriores etiam δὰξ dixerunt, velut Opp. Hal. IV, 60. αὐτὰρ ὁ δὰξ μὲν ἔρεισεν, ὁ δ' ἔσπασεν Ἄϊδος ἔξω. Tum Opp. Hal. IV, 659. κυκλάμενον. quod etiam Nicand. Ther. 945. dixit. Leves aliquot hujus generis naevos e Nonni Dionysiacis abstersit Herm. ad Orph. p. 762. Πλ. In Ap. Arg. III, 226. θέρμετο Πληϊάδεσσιν. et Nonn. V, 79. ἔστι πλανήτων. id. XXXVIII, 225. Eadem in pagina male admodum intellexit Latinus interpres vers. 214. χερσὶ δὲ πατρῴης φλογερῆς ἔψαυσεν ὑπήνης, vertens: „manibus paternum flammantem tetigit currum," immo: mentum patris, qui gestus precantium Phaëthonti currum a patre sibi expetituro apprime convenit: paullo superius v. 167. poëta de ipso Phaëthonte: ἔχων ἀνίουλον ὑπήνην. Ib. XIII, 70. τε Πλατειάς. In Opp. autem Hal. II, 257. ἐνεπλήσατο abjecto augmento ἐμπλήσατο legendum, quamquam idem I, 578. ὅπλων priori brevi admisit. Pariter in Apoll. Rh. III, 1350. ex editionibus antiquis ἐμπλήσατο revocandum erit. Denique in Apoll. Rh. Arg. III, 234. δέξατο, Φλεγραίῃ. Idem quoque III, 1310. ἔσφαλε γνὺξ ἐπιόντα, quo ut nemo ad Abreschii conjecturam defendendam a nobis improbatam abutatur, monendum est, meram Brunckii esse conjecturam. Nam vulgo ita se habet: σφῆλε γνὺξ ἐπ. Sed Arat. in Dios., cum carmen illud didactici sit generis, 1034. (302.) μαραινομένοιο λύχνοιο. et 1142. (410.) κατύχνησο. In Nonno locum ejus generis correctum video ab Hermanno l. antea allato; restat autem apud eundem XXXIII, 249. οὐ προχοαῖς ἐρίδμαινε πυριγλώχινι κεραυνῷ, cui sine negotio succurres legendo: ἐρίδαινε. Sed paullo ante in eodem libro, si quid intelligo, 218—25. non bene inter se conveniunt. Sermo est de Hydaspe, qui iratus fluctus contra Dionysi exercitum armatur, eumque diluvio abripere conatur, cui vero Dionysus non cedit, sed postea flammis exurit, et ita domat. Leguntur autem versus illi vulgo sic:

Καὶ ῥόος ἐγρεκύδοιμος ἔχων ἀντίπνοον αὔρην
Ἀγχινεφὴς ὑψοῦτο διάβροχον ἠέρα φαίνων
Οἴδματι παφλάζοντι καταθρώσκων Διονύσου.
Οὐχ οὕτω Διόνυσος ἀρειμανὲς ἔτρεμεν ὕδωρ,
Οὐχ οὕτω ῥόος ἔσκεν ἐγερσιμόθοιο Σκαμάνδρου,
Χεύματι κυματόεντι κατακλύζων Διονύσου,
Ὡς τότε Βακχείην στρατιὴν ἐδίωξεν Ὑδάσπης.
Καὶ ποταμῷ Διόνυσος ἀνήρυγε θυάδα φωνήν.

In his vero non depravationem genuinae scripturae solum, verum etiam luxationem inesse statuo. Quemlibet enim, neque Scamandri mentione facta v. 221. postea Bacchum satis apte nominari, neque versum hunc *Οὐχ οὕτω Διόνυσος* et alterum, qui eum excipit, idonea compage contineri, intellecturum esse spero. Quae cum ita sint, lego *Χεύματι κυματόεντι κατακλύζων Ἀχιλῆος,* nomen autem illud librarii oscitatione Bacchus, quia ille tam saepe memoratur, statione movit; deinde versus ille *οὐχ οὕτω Διόνυσος* aptius collocabitur post 221. *Ὡς τότε Βακ.* et fortasse Homerica formula legendum *Ἀλλ᾽ οὐχ ὡς Διώνυσος ἀρειμανὲς ἔτρεμεν ὕδωρ.* quamquam par illorum versuum initium corruptelae ansam dedisse videri potest. Aliter sese res habet in illo Nonni, quod aliter dici non potuit, XVIII, 80. *Ἀσσυρίη δὲ σμάραγδος* et saepius, quodque in loco supra allato et alibi adest, *Σκάμανδρος.* Cui non dissimilia sunt Oppiani exempla Hal. I, 132. *ἠδὲ σκίαιναν,* IV, 596. 616. et ibidem I, 367. *βλοσυρή τε ζύγαινα.* Tum Nonnus ex Homerica consuetudine saepius *Αἰγύπτιος* dixit, veluti III, 300. IV, 265. 69. et aliis in locis.

CAP. IV.

De hiatu in versu Homerico.

§. 1.

Hiatum (χασμῳδίαν), quem intelligimus, quum in eo definiendo viri docti valde inter se discrepent, paucis explicandum erit. Heynius in Excurs. de hiatu Vol. VII. p. 130—7. allatis Eustathii quibusdam locis, qui autem ab ejus opinione mirum quantum distant, hiatum proprie locum habere dicit, ubi vocalis in fine vocabuli posita aliam vocem a vocali incipientem antecedat, neque elisa sit, uti Il. α, 565. κάθησο, ἐμῷ. Excludendos autem illos esse non recte hiatus appellatos, quando diphthongus vel vocalis longa aliam vocalem sive diphthongum in fine vocabuli positam antecedat. Eam autem diphthongum modo corripi, modo produci, sive tonum a caesura habeat, sive eo careat. Quam hiatus definitionem Censor acutissimus in judicio, quod de hac editione tulit, in Ephemerid. literar. 1803. N. 126. p. 266. sqq. impugnavit, omnemque in fine et initio vocabulorum concursum literarum sonantium, sive longa, sive brevis vocalis antecedat, hiatum appellandum esse, statuit. Eundem secutus Thierschius Grammatic. Homeric. dial. §. 129. hactenus tantummodo a priore sententia alienus est, quod locos ejusmodi, Il. β, 231. ὅν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν, et Od. α, 2. πλάγχθη, ἐπεὶ, versui non officere existimat. Profecto autem, si haec ita sint, Hermanni definitionem ad Orphic. p. 720. dicentis, eum tantum hiatum esse in epicis, si vocabuli in vocalem exeuntis ultima syllaba ante vocalem non est in arsi, neque, si longa est, corripitur, amplecti satius erit. Novam quidem illius affectus doctrinam Apelius in Metric.

§. 461. sqq. proposuit, cui etsi nonnulla utilia, resque apta insint, veluti, quae de hiatu in interpunctione admisso, eaque defenso §. 467. monentur, plurima tamen incommoda et inepta sunt. Nam si Apelius ibidem Hermannum vituperat, quod ille non versus principium examinare, sed principia ad exempla oblata accommodare voluerit, jure multo majore dicere licebit, Apelium non exempla ubivis obvia respicere, sed illis prorsus neglectis hiatus doctrinam, quomodo sibi finxerit, proposuisse. Hac enim in re, neque omnium linguarum, neque unius et ejusdem linguae carminum diversorum, neque ad unum omnium poëtarum eandem esse rationem, videre in promtu est. At haec omnia nihil moratus doctrinam composuit, ac si omnes versus, linguas, populos ad illius normam et locuti essent, et scripsissent. Quam injuste Hermannum in his saepe carpat, unicum exemplum doceat; Hermannus dixerat, et quidem recte, vocali sive diphthongo correpta alia sequenti hiatum tolli; hoc §. 469. ridiculum esse, Apelius demonstrare conatur, duoque ab Hermanno allata exempla, ex suis praeceptis definit. At scire velim, quomodo sexcentos alios hujus generis in Homericis locos defendat, qui omnes ab eo excogitatas rationes respuunt, uti Od. α, 26. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, plura enim afferre piget. Neque in his umquam veteres offensi sunt, neque vulgari hiatui annumerarunt. cf. Drac. de Metr. p. 144. 5. Multa in ea disputatione non majoris pretii aestimanda sunt, v. c. quae dicuntur §. 466. Ut enim in Germanicam linguam quadrent, Graecae plurima disconveniunt. Sed ne multa, ex Apelii doctrina Homerus poëta esset pessimus, plurimos enim admisit hiatus, qui, vel multis ejusdem cautelis adscitis, ne minimam tantum partem obvelari possint, vereor. At mitto haec, nam qui Homerum numerosque ejus cognovit, placita illa numquam rata habebit; qui autem hac cognitione destitutus illorum signa secutus fuerit, illi sententiam et gustum suum haud invideo. Neque tamen loci, in quibus vel vocalis vel diphthongus, in thesi collocata producatur, admodum rari sunt; hunc vero hiatum esse, Heynius negabat, et Thierschius ne verbulo quidem de eo monuit. Jam vero de hoc vocalium longarum hiatu paucis videamus. Hermannus ad Orphic. p. 728. observat, καὶ et alia nonnulla etiam in

thesi collocata, ut a quarto pede caesura trochaica arceatur, produci. Quem vero locum ex Il. γ, 392. κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασιν· οὐδέ κε φαίης, laudat, ut taceam, ex ipsius sententia εἷμα apud Homerum digammate instructum esse, vid. eundem Hymn. in Vener. v. 86., ibi non in quarta, sed tertia regione posita est καὶ particula. Neque omnino insolens in hac regione est, et locis, ubi digamma in causa esse non potuit, velut Il. κ, 316. Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν. Sed ibi cum Bentlejo et Cod. Vratisl. vid. Heyn. ad Hom. Vol. VI, p. 429. εἰ καὶ legi possit. Hes. Theog. 64. πὰρ δ' αὐτῇς Χάριτές καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν. ubi autem τε interserere liceat. Quibus recentiorum adde locos. Opp. Hal. III, 2. Nic. Ther. 119. et maxime poëtarum infimae aetatis, sicut Maxim. Καταρχ. 521. Poëta de Virib. Herb. 108. Maneth. Apotelesm. I, 106. 204. et alibi. At apud antiquissimos de hac particula in tertia regione producta dubitari licebit, loci enim laudati non satis certi sunt, ac, si recte observavi, ibidem nonnisi longissimae syllabae ab Homero producuntur, maxime particula disjunctiva ἤ, quae, cum verba dissecet, vocalium concursum minus sinit percipere. Ita Il. α, 27. ἢ ὕστερον. Od. α, 296. δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν, et creberrime. A qua vero si recesseris particula, modo Od. π, 438. ὅς κεν Τηλεμάχῳ σῷ υἱέϊ χεῖρας ἐποίσει, superest. Neque in recentiorum carminibus, maxime Alexandrinis epicis, hac in regione alia vocalis praeter η facile producitur, ut apud Arat. Phaen. 80. 106. alibi, Dionys. Perieg. 445. 672. At saepius, quam in illo pede, in primo et secundo hiatus ejus generis a poëtis omnibus admittuntur, neque semper interpunctione, qua vocalium concursus minus animadvertitur, voces distinentur. cf. Il. β, 253. ἢ εὖ, ἠὲ κακῶς. 209. ἠχῇ, ὡς ὅτε. Od. α, 329. δ, 840. et saepius κούρη Ἰκαρίοιο. α, 134. δείπνῳ ἀδδήσειεν. φ, 400. νωμᾷ ἔνθα. At Hes. Scut. 265. χλωρὴ, ἀϋσταλέη, et ibid. 195. δίφρῳ ἐπεμβεβαώς, ubi nunc ἐμβεβαὼς legendum erit. Saepius inprimis genitivi declinationis alterius hoc modo obveniunt. Il. β, 145. 352. ε, 666. Od. γ, 123. alibi. De secunda regione vid. Il. ρ, 9. ψ, 431. Hinc intelligitur, artificio infelici Il. θ, 479. γαίης καὶ πόντοιο, ἵν' Ἰαπετός, Heynium Vol. V. p. 498. πόντοι', ἵνα τ' Ἰαπ. suasisse. Nam si in hac genitivi forma, quod Hermannus ad Orphic. p. 723. merito negavit, apostropho locus concedi possit,

haud dubie in supra allatis μηροῦ ἐξερύσαι, et aliis adsciscendus fuisset, numquam vero haec ita scripta deprehenduntur, sed hiatum admittunt. Quarta etiam in regione extra caesuram longae vocales mensura retenta ejus generis hiatus in Homericis bene multos suppeditant, cf. Il. δ, 410. ὁμοίῃ ἔνθεο. ρ, 663. τρεῖ ἐσσυμένος. ψ, 441. ὅρκου οἴσῃ. Eae autem potissimum vocales mensuram ante vocalem aliam numero cadente vel quiescente longam reservant, quas apostrophi interventu ejicere poëtis haud permissum erat; hinc αι modo perraro ita apparet, et tum quidem potissimum, cum interpunctione a sequenti vocali disjungitur; velut Il. ε, 685. κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον. Od. ξ, 41. ἧμαι, ἄλλοισιν δέ. Heynius usum illum nullum incommodum versui parere adeo sibi persuasum habebat, ut Il. θ, 514. ἔγχεϊ ὀξυόεντι aliaque similia ἔγχει ὀξυόεντι, quo quidem nihil juvamur, scribendum censeret. Recentiores epici praeter particulas ἤ et raro καί in tertium pedem aperto sono, ut monebamus, illatas hoc loco hiatum ejus generis Homeri ad similitudinem vix passi, aliis etiam in regionibus multo parcius iis usi sunt, maxime in prima et quarta versus regione, perraro in secunda, et nonnumquam levi emendatione succurrendum est. Aratus habet Phaen. 166. τοίῃ ἢ κεφαλῇ. Dios. 1019. (287.) αὐτῇ ἐν χώρῃ. Phaen. 291. ἔλθοι, ἤ. Hos omnes bene ferri posse non ambigo, at Diosem. 1002. (207.) ὥρῃ ἐν ἑσπερίῃ; Homerus quoque frequentat, ut infra videbimus, ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ; quae est lectio non unius Codicis, cf. Buhlii observat., recipiendum est. Apud Ap. Rhod. I, 251. δειλὴ Ἀλκιμέδη, velut Homericum κούρη Ἰκαρίοιο, in nomine proprio bene locum tenet, at non ita alia hujus poëtae, I, 470. IV, 141. In primo loco ex Homeri Il. κ, 246., unde petitus est, particulam interponi opus sit. Ἴδεω γ' ἑσπομένοιο; altero ἄλλη δ' αἰψ' ἑτέρη ἐπιτέλλεται ante Brunckium erat, et esse debebat, vid. Beck. V. C. ad h. l. et III, 745. ναῦται τὶς Ἑλίκην, Porsonius apposite suasit ναυτίλοι ad Eurip. Phoen. 849. Nicand. Ther. 673. Κάνθῳ ἐν ῥαντῆρσι legendum Κάνθῳ ἐνὶ ῥαντῆρσι, ut jam supra duos Quinti locos Cap. II. Sect. I. §. 8. emendavimus: at Ther. 92. ἐσθλοῦ ἀβροτόνοιο sollicitari nequit. Mosch. Meg. 68. θάρσει· οὐ et interpunctio et Homer. Od. τ, 546. tuentur. Opp. Hal. I, 349. πομποί τ' ἰθύνουσι recte Schneiderus in editione recentissima dedit.

In carmine de Lapidibus Orpheo tributo v. 246. πέτρῃ' ἀλλ' ἔμπης displicere non potest, uti nec Quint. Smyrn. IV, 208. Λοκροί' αἶψα. Idemque cadit in ejusdem poëtae IV, 99. et Manethon. locos II, 349. 564. alibi, quamquam in eo et similibus scriptoribus nos tam anxios esse non oportet. Denique in Nonno XII, 380. μούνῳ οἰνοποτῆρι ex Homerico usu dictum est. Rarius etiam in pede secundo tales hiatus invenias. In Hymn. in Ap. 30. Κρήτη ἐντός Hermannus, quem confer ad h. l., sustulit. Insuper Quint. III, 253. οὔτοι οἶδα nihil molestiae habet, at ibidem 295. ἀχνύμενος δὴ αἰὲν in hoc quidem scriptore δηρὸν αἰὲν longe praestantius erit. Quarto pedi major iterum quodammodo libertas etiam apud poëtas seriores concessa est; neque tamen facile ab Homerico usu in his nimium recedunt. Sufficiant pauca exempla. Arat. Phaen. 753. φαεινοῦ ἠελίοιο. Apoll. Rh. I, 774. φαεινῷ ἀστέρι, ex Homerico Il. ε, 215. φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην. et saepius particula καί. Arat. Dios. 859. (127.) 1024. (292.) Dionys. Perieg. 705. Sed jam de hoc monitum est ab Hermanno ad Orphic. p. 728. Haec quidem de longarum syllabarum hiatu satis sunto. Brevium vocalium hiatus, quos tales esse omnes uno ore profitentur, apud Homerum perscrutatio iis, quae ex Britannorum aliquot doctorum praeceptis de Aeolicae aspirationis sive digammatis doctrina Heynius potissimum operose firmare studuit, multo fit difficilior atque impeditior. Jam vero de his accuratius exponamus.

§. 2.

Qui autem hanc Dawesii, Knightii, Bentleji, Heynii, sive doctrinam, sive cum Heynio ipso ariolationem appellare velis, plenius cognoscere cupit, ei adeundi sunt Heyn. Excurs. tres ad Il. τ, 384. Vol. VII. p. 708—772. et de re universa Fischer. ad Weller. Spec. I. p. 239. sqq. et recentissimus ejus defensor Valpyus in libro Anglico inscripto Classical Journal for 1814. fasciculo XVIII, p. 361—381. Heynius loco commemorato, quae ad Homerum spectant, omnia congessit. At sententia illa, qua censetur, multas tum in antiqua Ionum dialecto, tum in Homerico sermone fuisse voces, quibus spiritus quidam literae consonae vicem in se recipiens inhaeserit, quo

quidem et concursus vocalium defenderetur, et syllabis multis brevibus longa adderetur mensura, ut multos inter Germanos fautores nacta est, veluti Hermannum ad Orphic. p. 688. 774. ad Hymn. Hom. in Ven. v. 86. Buttmannum in Graec. Grammat. §. 6. Annotat. III. Thierschium Gramm. Homer. dial. §. 129., ita aliquot graves invenit impugnatores, ut Wolfium in censura Hom. Iliad. ab Heynio edit. Ephemerid. literar. l. l. inprimis N. 128. et in Prolegomen. Nov. ed. p. LXIV. Ilgenium in praef. ad Hymn. Homer. p. XVII. Matthiae Grammat. Graec. §. 41. Quodsi autem Grammatici de illius adspirationis in carminibus Homericis vigore prorsus taceant, et insuper multi Homeri versus ei contradicant, quaestionem illam accuratius excutere, rem multis, iisque gravibus difficultatibus obseptam esse, quivis perspiciet. Thierschius l. l. jam quodammodo ab Heynio et aliis discrepat, existimans, digamma illud, prouti metri necessitas requireret, ab Homero modo additum, modo abjectum esse, simili modo, quo εἴβειν et λείβειν, aliaque invenirentur. Quam si amplectimur sententiam, omnis sollicitudinis et angustiarum, quibus alias istius defensores innecti solent, expertes erimus atque immunes, immo omnes propemodum alios hiatus, dicentes, digamma ibi fuisse, removere poterimus, at altera ex parte, licentiam illam eo in immensum fere augeri ac crescere, non minus certum est. Quamobrem Heynius et Hermannus sibi magis constiterunt, dum prior omnes spiritui Aeolico adversarios locos vel emendandos, vel abjiciendos censeret, posterior ejus neglectum signum interpolationis et serioris originis diceret ad Hymn. Hom. l. l. Eam autem, qui digamma Homero cognitum volunt, exinde potissimum oriri utilitatem jactant, quod fide huic invento addicta hiatuum numerus mirum in modum imminuatur (cf. Buttm. l. l.); quae si vera essent, ut non sunt, libenter addidissem iis meum calculum, at secus se rem habere, diligenter instituta lectio docet, immo sexcentos hiatus expellas illo adminiculo, centum certe resident, neque ante eas, quibus digamma adhaesisse fertur, voces solas productiones inveniuntur brevium syllabarum, verum ante multas alias. Quo fit, ut subtilitate ista in Homeri opera illata emolumenta exigua, incommoda magna exoriantur, quum multas easque pessimas muta-

tiones, et versuum genuinorum notationem progenuerit; de quibus infra commemorabimus. Heynium autem ipsum, cum de digammate scribere, idque in Iliade restituere conaretur, nondum trutina satis librata omnia expendisse, indicare possunt multa. Quo ex genere illud est, quod Vol. VII. p. 717. de usu digammatis apud Hesiodum perpetuo dubitat, alio loco Vol. VII. p. 136. Hesiodum pariter atque Homerum istum constanter observasse docet. Il. β, 732. ἰητῆρ' ἀγαθὼ in versus initio digamma adpingit, aliis in locis, ubi habere non potest, veluti Il. θ, 190. 4. omittit, nec quidquam ea de re in observationibus profert, demum Vol. VII. p. 756. ait, ἰάομαι, ἰατρὸς nusquam cum digammate, Bentlejus tamen aliquoties inserebat, oblitus, se idem loco allato fecisse. Il. γ, 334. ἀργυρόηλος distinguit vocales per digamma, ib. β, 45. omittit, et Vol. VII. p. 754. vocem ἧλος usum eum agnoscere ex Il. λ, 29. ἐν δέ οἱ ἧλοι negat. Pari inconstantia in ἑκατόμβοιος, ἑκατόμβη versatur. Il. ζ, 236. digamma appinxit, Il. ι, 532. θαίνυσθ' ἑκατόμβας tacet, et eodem in vocabulo Vol. IV. p. 55. et ἑκατὸν iterum rejicit, vid. Vol. VII. p. 743. Plura similis sive inconstantiae, sive festinationis testimonia hic illic apud acerrimum digammatis defensorem deprehenduntur. Ex his autem manifestum redditur, quaestioni nostrae de hiatu in versu Homerico duplicem, id quod nolim, esse partem, unam, in qua vocalium concursus in ejusmodi verbis, quibus antiquitus digamma adfuisse dicitur, reperitur, alteram, ubi idem in aliis vocabulis evenisse intelligimus. Jam vero certum est, in quibusdam vocabulis multo crebrius, quam in aliis, vocalium concursum observari; haec potissimum a digammate praesidium petiisse censuerunt; quamquam eundem spiritum aliis interdum, quae perraro hiatu efferuntur, adjecerint. At et in prioribus loci ii, qui consonam in fronte vel ab Homero iis non adjectam, vel a Grammaticis omissam demonstrant, haud exigui sunt. Quos recensere et deinde alteram de hiatu quaestionem adjicere in animo est. Sequar autem in eo Heynii, cum alium certiorem, cui me in his addicerem, ducem frustra circumspexerim, vocum Homericarum, quae digammatis vestigia servare videntur, ad Homer. Vol. VII. p. 726. sqq. recensum compositum, iis vocabulis, ubi judicio incerto huc et illuc fluctuat, omissis. In locis

autem Homericis, qui opinioni illi adversantur, enumerandis illos, qui litera demta, vel alia levi modo mutatione facta cum adspiratione hac concordent, lubenter silentio praeteream. Nam ex iis et parum fructus ad alterutram sententiam redundare potest, et his ipsis remotis satis multi, qui contradicant, relicti sunt. Ista enim locorum enumeratione diligenter instituta eam opinionem vel confirmatum vel labefactatum iri crediderim.

§. 5.

De prima, cui in capite appositum fertur digamma, voce ἀγή, littus, priore producta, nihil certi ex Homericis constat. Verbum autem ἄγω ἄγνυμι saepius hiatum admittit, ut Il. ε, 161. θ, 403. ψ, 341. Od. κ, 123. Praeterea Heynius putabat, cf. Observat. Vol. IV. p. 526. 7. primam ejus syllabam semper longam esse, hinc vult ἐαγώς, ubi anapaestum constituit, corrigere. cf. eundem in Observ. singulis, maxime ad Il. γ, 367. ἐν χείρεσσ' ἐάγη ξίφος. Similia vero inveniuntur Il. ν, 162. ρ, 607. Od. κ, 560. λ, 65. Il. π, 807. ἐν χείρεσσιν ἄγη. δ, 214. πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι. De suis emendationibus et vocis mensura omnibus fere locis Heynius monuit, confer autem cum hisce censuram laudatam p. 254. At nullum excitare potuit locum, in quo ἄγη longa adsit mensura. Operosa autem molestia his omnibus succurrere studet, atque Il. δ, 214. qui pertinaciter renititur, a sciolo adjectum conjecit. Si quid vero momenti recentiorum consuetudo est, etiam Apollonius Rh. III, 954. ἦ θαμὰ δὴ στηθέων ἐάγη κέαρ. neque aliter alii. Digammatis vero hi impatientes sunt loci: Od. τ, 539. πᾶσι κατ' αὐχένας ἦξε. Hesiod. Scut. 203. ἕδος ἄγνυτ' Ὄλυμπος. Nam ejusdem Oper. 434. emendandus est.

Ἄλημι s. ἄλημι, colligo me, ex ἀλέω deductum. Vox ista plerumque quidem ante se hiatum passa est. Il. π, 403. χ, 308. ε, 823. σ, 286. χ, 47. ζ, 201. τὸ Ἀλήϊον. At φ, 556. δείδια γάρ, μὴ οὗλος ἀνὴρ εἰς τεῖχος ἄληται. Heynius quidem Vol. VIII. p. 213. ad h. l. contra Schol. Venet. auctoritatem aliud esse vocabulum, ab ἄλλομαι, *salio*, originem trahens, affirmat, sed, ut haec aliis etiam persuaderet, certiora afferre debebat.

"Αλις. vid. Il. ι, 137. β, 90. ξ, 122. φ, 352. Hymn. in Ven. 140. Od. π, 389. Facile removeas Il. ε, 349. alibi ἢ οὐχ ἅλις. Plus laboris creant Il. ρ, 54. ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ. φ, 236. οἵ ῥα κατ' αὐτὸν ἅλις ἔσαν. Hunc transponendo, (sed, nisi fallor, Homerus, ubi arcte cohaeret cum verbo, ἅλις anteponere amat,) illum mutando Heynius restituere vult, lectione Bentleji ὃ ἅλις, vel versus serioris commatis est, adjicit Vol. VII. p. 301.

"Αλωμι. Quam plurimum illud in hexametri fine apertum habet sonum, Il. ι, 592. μ, 172. φ, 495. Od. ε, 312. ω, 34. At ibidem κ, 250. σῇ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις. Heynius ἅλω, cujus aliud testimonium non novi.

"Αναξ et ἀνάσσω. In eorum, quibus vocalis plerumque praecedit, classem referenda sunt. vid. Il. α, 7. 36. 38. 452. Od. α, 397. γ, 54. θ, 87. ε, 445. Qui loci repugnant, jam antea collegerat Dawesius Miscell. Crit. p. 144. sqq. Leguntur vero in utroque carmine haec: Il. β, 672. Χαρόποιό τ' ἄνακτος. η, 162. ψ, 288. ὦρτο πολὺ πρῶτος μὲν ἄναξ. ι, 73. πολέεσσι δ' ἀνάσσεις. Aristarchi editio, vid. Venet. Schol. p. 203. adeo: πόλεσιν γὰρ ἀνάσσεις, quod Heynius manifestam interpolationem appellat. ο, 453. κροτέοντες, ἄναξ. 639. Εὐρυσθῆος ἄνακτος, ibi autem V. L. Eustathii et codicum nonnullorum ἀέθλων praebet, vid. Heyn. V. VII. p. 76. At Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγγελίης οἴχνεσκε βίη Ἡρακληείη, nisi prorsus diversam, certe ambiguam contineret sententiam, intelligendi enim essent non labores ab Eurystheo Herculi mandati, sed ab Eurystheo peracti, et nescio, annon vulgatae Hymn. Hom. XIV. 5. πομπῇσιν ὑπ' Εὐρυσθῆος ἄνακτος faveat. π, 371. ἅρματ' ἀνάκτων. Heyn. Vol. VII. p. 200. rejecta Dawesii et Bentleji emendatione ἅρμα ἀνάκτων, quum plurium curruum mentio omnino opus sit, addit, mihi liquere videtur, versus 370. 1. rhapsodo deberi. τ, 124. οὔ οἱ ἀεικὲς ἀνασσέμεν. υ, 67. ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος. Bentlejus mutatione expulit Ποσειδάωνι scribens, quod vero conjunctioni repugnat. Heynius, Dawesium secutus, Vol. VIII. p. 24. pronunciat: totum locum a seriore rhapsodo profectum esse, suspicari licet. ψ, 49. ἠῶθεν δ' ὄτρυνον, ἄναξ. ω, 449. τὴν Μυρμιδόνες ποίησαν ἄνακτι. suaserunt: δείμαντο, πονέοντο, τεύξαντο, vel in fine ἀγαυοί. nullum satis aptum esse, facile demonstratu est. Heynius totum locum,

qui de Achillis agit tentorio, a seriore rhapsodo adscitum esse, opinatur Vol. VIII. p. 689. at cum illa castrorum Achilleorum descriptione totam narrationem arcte cohaerere neminem fugit. Odyssea praebet exempla haec: Rhaps. ι, 452. ἢ σύγ' ἄνακτος. ξ, 40. ἀντίθεον γὰρ ἄνακτα. 395. εἰ μέν κεν νοστήσῃ ἄναξ. 438. θυμὸν ἄνακτος. ρ, 189. χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων. φ, 56. τόξον ἄνακτος. ω, 30. ἥσπερ ἀνασσες. Hymn. Hom. in Ap. 15. Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα. 59. δηρὸν, ἄναξ. v. 181. μέγ' ἀνάσσεις. et insuper 593. 437. in Merc. 500. ἀγλαὸς υἱὸς, ἄναξ. id. 574. Hymn. in Cer. 75. Δήμητερ ἄνασσα. 430. ἔχθορ' ἄναξ. 440. ἔπλετ' ἄνασσα. 492. Δηοῖ ἄνασσα. Hesiodea carmina item non multis in locis Bentleji opinioni haud favent. Theog. 347. ξὺν ἄνακτι. 486. μέγ' ἄνακτι. 543. ἀριδείκετ' ἀνάκτων. De verbi forma ἤνασσον Heyn. dixit Vol. VII. p. 755.

Ἁνδάνω et imperf. ἥνδανον. Forma altera hiatum habet Il. α, 24. 378. Od. ε, 153. quare in eo vel ἄνδανον vel ἑάνδανον, digammate postposito, fuisse, Heyn. Vol. VII. p. 755. conjicit. In breviore, ab ἄδω, ἅδω derivato, ad duplicem, quarum una habuerit, altera caruerit adspiratione, formam confugit. Quare non cum ejus praeceptis sine mutatione componi potest Od. κ, 373. ἐμῷ δ' οὐχ ἥνδανε θυμῷ.

Ἀραιὸς non multum ab Homero frequentatur: pauci, qui praebent, loci hiatu efferuntur. Il. ε, 425. σ, 411. ψ, 37. Ille vero ν interjecto abest ab Il. π, 161. Od. κ, 90.

Ἄριστον duobus modo in locis Il. ω, 124. Od. π, 2. legitur. Clark. utroque in versu ἐντύνοντ' ἄριστον voluit, quia ἄριστον apud alios poëtas primam syllabam producit, at cf. Heyn. Vol. VIII. p. 616. 7.

Ἄρνες interdum hiatum patitur, cf. Il. δ, 158. 435. θ, 131. ubi semper in versus fine. At ne hoc quidem constanti, ut apparet, lege sancitum est. Il. γ, 103. οἴσετε δ' ἄρν' ἕτερον. β, 550. ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς. ubi Heynius nihil admonet. γ, 119. ἠδ' ἄρν' ἐκέλευεν. χ, 263. λύκοι τε καὶ ἄρνες. Ad quem locum Vol. VIII. p. 295. ab Heynio et Odysseae loci α, 25. δ, 85. ι, 226. 444. 463. κ, 527. commemorantur, et pro more ejus emendantur.

Ἄστυ cum alias voces, tum praepositiones διά, κατά, προτί, alias, in vocalem terminatas, ante se habet, nihilque eo crebrius animadvertitur. Il. β, 803. ζ, 392. ρ, 191. Od. κ, 108. 118. At Il. γ, 140. ἀνδρός τε προτέροιο καὶ

ἄστεος. λ, 733. ἀμφίσταντο δὴ ἄστυ. ο, 455. τοὺς μὲν ὅγ' Ἀστυνόῳ. σ, 274. ἔξομεν ἄστυ. Heyn. Vol. VII. p. 472. ait: „ eclarat poëtam non Homericum." Quamquam autem hiatus ante ἄστυ plerumque occurrit, productionem talem, qualem Bentlejus et Heynius l. l. Il. λ, 733. ἀμφίσταντο ἄστυ volunt, ullo in loco legi, non memini.

§. 4.

In iis, quae editor Gottingensis in fronte vocalis *E*, de digammate vocabulis a duplici ε inchoantibus, veluti ἔεδνον, ἐέλδομαι, et verborum praeteritis ἔοικα, aliis, addito, disseruit, rationem, qua usum illum stabilit, satis imbecillam invenit. Nam si digamma augmenti instar in praeteritis Homerus praeponere solitus fuisset, certo nunc omitti, nunc adjici non potuisset. Sed contrarium accidisse apparet; modo enim legitur, ut Il. β, 58. ἄγχιστα ἐῴκει. modo, ut υ, 371. χεῖρας ἔοικε. Optime quidem hac opinione adspirationis patronis subsidio veniri potest; at illud Graecae linguae usui repugnat. Neque subtilitati isti admodum patrocinari videtur, quod ante vocabula illa saepius ε anteponitur, et, idem ante alias consonas pariter factum esse, nulla cernuntur vestigia. Sed haec a proposito aliena sunt. Videamus voces eas, quibus digamma a capite praefixum fuisse, ab iis, qui ejus causam agunt, docetur.

Ἑανός. Interdum quidem brevis syllaba isti vocabulo antecedens producta invenitur, neque autem hiatum et habet et habere potest. Heyn. Vol. V. 131. et VII. 737. et de vocis mensura et de digammate diversa tradit.

Ἔαρ, ἐαρινός. Nisi vis Od. τ, 519. ἀείδῃσιν, ἔαρος digamma approbare, unicus locus, qui tueatur, adjectivi est. Il. θ, 307. νοτίῃσι τε εἰαρινῇσιν. Il. β, 471. Od. σ, 367. χ, 301. ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ. et Hymn. in Cer. 174. εἴαρος ὥρῃ. Quod Heynius, qui in l. l. Iliados β. ἐν praepositionem amoliri vult, ad fidem sibi parandam afferre potuisset. At nihilominus praepositionem, quum aliis etiam in locis constanter adjecta sit, tuendam arbitror.

Ἕδνον, ἔεδνον. Il. π, 190. Od. λ, 282. τ, 529. et alibi prima forma hiatum habet, in altera digamma postpositum esse duplicem inter vocalem, Heynius putat, itaque

et Od. π, 391. μνάσθω ἐέδνοισιν, et ζ, 159. σ' ἐέδνοισι recte se haberent.

Ἔθειραι. Il. π, 795. Hymn. in Ven. 229. Il. τ, 382. περισσείοντο δ' ἔθειραι Χρύσεαι. cui versui una cum sequenti maxime ob digammatis neglectum Heynius spuriae originis notam inussit. vid. Vol. VII. p. 689.

Ἔθνος. Plurimi adsunt versus, in quibus illa vox hiatum habet, cui digammatis auxilio occurrere voluerunt, v. c. Il. β, 87. η, 115. μ, 330. ρ, 581. 680. Od. κ, 526. λ, 34. 632. ξ, 73. Cujus locum contrarium apud Homerum nullum inveni.

Ἔθω, εἴωθα, ortum e stirpe non obvia, digamma habuisse docent. Quare mutatione opus in Il. ε, 766. μάλιστ' εἴωθε. Od. ρ, 394. Ἀντίνοος δ' εἴωθε.

Εἴδω, εἰδέω, εἶδος, εἴδομαι, εἴδωλον. Haec quoque, sicut ἔθνος, vocalem praecedentem habent plurimis in locis, velut Il. α, 363. δ, 218. Od. β, 268. 401. χ, 206. ρ, 508. Verum Il. γ, 224. ἀγάσσαμεθ' εἶδος, versus a Gottingensi interprete rhapsodi pannus nominatur Vol. IV. p. 499. θ, 406. ὄφρ' εἰδῇ et similia v. 420., et Od. ι, 348. in formula saepius repetita, cum Bentlejo ὄφρα ἴδῃς scribendum pronuntiat, quod vero alia majore premitur difficultate. Il. θ, 559. πάντα δέ τ' εἴδεται ἄστρα. cll. Od. θ, 169. Il. ι, 128. 270. τ, 245. ψ, 263. cll. Od. ν, 289. ο, 418. π, 158. ω, 278. Il. ξ, 472. οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται. υ, 224. ἵππῳ δ' εἰσάμενος. Heyn. Vol. VIII. p. 55.: „usui digammi repugnat, etsi Bentlejus non prorsus damnat." Haec etiam Hermanni est sententia, particulam istam vel ante digamma apostropho ε elidere posse, τε autem, si ante vocalem hujusmodi elisa legatur, male se habere. Causam hujus praecepti me nullam perspicere, ingenue profiteor. Ceterum suasit Heynius ἵππῳ ἐεισάμενος. Od. α, 428. κέδν' εἰδυῖα. et similia π, 346. υ, 57. ψ, 182. Hymn. in Ap. 313. in Ven. 44. in Cer. 195. 201. et Od. λ, 432. λύγρ' εἰδυῖα. cll. Hes. Theog. 313. Od. ν, 417. πάντ' εἰδυῖα. cf. Hes. Op. et D. 521. Theog. 264. Od. β, 111. ἵν' εἰδῇς. ε, 206. εἴγε μὲν εἰδείης. θ, 174. αὖτ' εἶδος. ι, 182. σπέος εἴδομεν. λ, 162. οὐδ' εἶδες. Ex Hesiodo praeterea inspice Op. et D. 63. 187. 714. Theog. 619. 700. 908. ex Hymnis in Cer. 66. 316. in Merc. 466. minorum XI, 2. XXXI, 16. εἴδωλον in his non passum est adspirationem. Il. ε, 451. ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδώλῳ. Od. λ, 213. ἦ τί μοι εἴδωλον.

Εἴκοσι et *ἐείκοσι* Homerica lingua profert. Utramque formam digammate instrui affirmant, illique in capite, huic post primam literam additum volunt. At illud hiatum in hoc uno Odyss. versu ι, 209. *ἀνὰ εἴκοσι.* ac, quod in hujus rei testimonium transferri possit, Il. β, 748. Od. β, 212. π, 249. *καὶ* antepositam particulam producit. Od μ, 78. *χεῖρές τε ἐείκοσι.* ρ, 327. *Ὀδυσῆα ἐεικοστῷ.* Alia, quae certius contradicant, reperiuntur Il. ι, 379. *τέ καὶ εἰκοσάκις.* λ, 25. *χρυσοῖο, καὶ εἴκοσι.* χ, 349. *δεκάκις τε κ. εἰκοσινήριτ᾽ ἄποινα.* Od. ε, 34. *ἤματί κ᾽ εἰκοστῷ.* π, 206. 249. ω, 322. quae quemadmodum ad digammatis normam exigi possint, nondum intelligere possum. Hes. Op. 820. *μετ᾽ εἰκάδα.*

Εἴκω, ἔοικα, ἐΐσκω, εἴκελος, ἴκελος. Magna licentia haec omnia ad adspirationem ferendam accommodata esse video, et insuper *ἔοικα*, nunc unam, nunc duplicem illam habere putatur. Hiatum vero adesse non dubium est, cf. Il. γ, 197. ε, 604. ν, 53. σ, 154. in his omnibus, nisi quod *ἴκελος* vocalem praemissam necessario producat, Il. δ, 86. et saepius brevis in consonam terminata syllaba ante hoc longa sit. Quare cum tam multiplici modo digamma adponatur, et talia, Il. γ, 459. *ἥντιν᾽ ἔοικεν*, β, 233. υ, 372. Od. ϑ, 146. ρ, 511. nullum ejusdem neglectum testantur. Neque illud Od. δ, 796. ν, 288. π, 157. υ, 31. *δέμας δ᾽ ἤϊκτο γυναικί.* fuit enim digammate interjecto *δέμας δὲ εἶκτο.* At, ut haec omnia largiamur, nondum eo omnes nobis erepti sunt loci, quibus praesidium contrariis quaeramus. Il. ψ, 66. *ὄμματα καλ᾽ εἰκυῖα.* Hymn. in Ven. 136. *ἀλλ᾽ εἰκυῖα.* Od. β, 383. *Τηλεμάχῳ δ᾽ εἰκυῖα.* λ, 363. *οὔτι σ᾽ ἐΐσκομεν.* ι, 321. *τὸ μὲν ἄμμες ἐΐσκομεν.* λ, 207. *σκιῇ εἴκελον.* Il. τ, 282. *Βρισηῒς δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτ᾽ ἰκέλη.* Rejecta Bentleji emendatione Heynius fuisse vult *Βρ. δέ τ᾽ ἄρα ἰκέλη.* At gravem ei insidere dicit suspicionem, totam de Briseide *ῥῆσιν* esse posterioris rhapsodi commentum, inesse plura vitia, totum locum ex Homericis flosculis compositum, vid. Vol. VII. p. 668. Quod ad illud in digamma admissum peccatum attinet, parem certe cum Homero sibi contraxit culpam Hes. Scut. 345. *προγένοντ᾽ ἴκελοι.*

Ἑκάς, ἕκαθεν, ἑκάτερθε, ἑκαστέρω, ἑκαστάτω, ἑκάστοθι, Ἕκατος, ἑκάεργος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης. Communi fonte formas prognatas omnes digamma habuisse

volunt. Saepe in iis hiatus conspicitur, Il. ε, 54. 791. Od. γ, 8. ρ, 73. Hymn. in Ap. 45. alibi. Partem obnitentium locorum ad spiritus illius amussim exegit Heyn. Vol. IV. p. 17. Il. α, 21. υἱὸν ἑκηβόλον. 438. βῆσαν ἑκηβόλῳ. χ, 302. υἱεῖ, ἑκηβόλῳ, supersunt: Il. ν, 107. νῦν δ' ἑκαθεν. ρ, 333. Αἰνείας δ' ἑκατηβόλον. υ, 155. ὡς οἱ μέν ῥ' ἑκάτερθε. ω, 273. τρὶς δ' ἑκάτερθεν. cll. Od. η, 91. Il. υ, 422. δηρὸν ἑκάς. Od. η, 32. πολλὸν ἑκαστέρω. Hymn. in Ap. 177. λήξω ἑκηβόλον. 275. 6. Hymn. in Merc. 464. 509. 522. 472. Hymn. VI, 29. et ex Hesiodo vid. Scut. 217. οὐδ' ἑκάς. Theog. 94.

Ἕκαστος. Il. α, 607. β, 127. 610. ψ, 350. et multis aliis in locis hiatu admisso profertur. Sed in hoc multa, eaque importuna exempla digammatis usum dubium reddunt. Il. β, 719. ἐν ἑκάστῃ. ε, 470. ζ, 72. Od. θ, 15. et alibi ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου. ι, 88. δόρπον ἕκαστος. (Aristarcheam lectionem in eo δόρπα fuisse, Venet. Schol. p. 215. testantur.) 180. δενδίλλων ἐς ἕκαστον. Heyn. Vol. V. p. 568. haec: „Bentlej. conjicit, δενδίλλων ὁ ἑκάστῳ, nisi dicendum est, totum versum serioris rhapsodi fetum esse." v. 203. δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ. 384. ἀν' ἑκάστην. Schol. Venet. p. 228. monent, Aristarchum ἀν' ἑκάστας scripsisse, cum Homerus numquam numero singulari dixerit πύλη, certe vero obvium est Il. ε, 397. ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσιν. Attamen haec ipsa lectio vitio nondum liberatur, peccat enim in digamma, vid. Heyn. Vol. V. p. 609. itaque dicendum est, aut locum esse corruptum, aut non Homeri, sed rhapsodi. Bentlej. conjecit διηκόσιαι δὲ ἑκάστῳ. fortasse Homericis propius διηκόσιαι δὲ ἑκάστας, praepositione subintellecta, Heynius addit, more Homerico. Magnopere autem vereor, ut hic mos Homericus sit, quantumvis enim in verbis motum indicantibus praepositio πρὸς et ἐς apud Homerum saepe diserte non adjiciantur, tamen tum motum in locum, non per locum dirigi significant. Prioris usus exempla quaevis Iliados vel Odysseae pagina suppeditat, posterioris nullum mihi adest, neque, cum ipsis cogitandi legibus contrarium sit, adesse potest; adjicitur quidem praepositio in his quoque verbis, et substantivum ea caret, at prorsus abesse non potest. Jam si, quod nondum credo, mutatione necessario opus esset, multo rectius scripturi simus haec ita: διηκόσιοι δὲ ἑκάστης Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι,

velut Il. η, 1. πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ. κ, 388. ρ, 252. διασκοπιᾶσθαι ἕκαστα. λ, 11. ξ, 151. ἔμβαλ' ἑκάστῳ. Bentlej. utroque in loco ex Il. β, 451. ὦρσε ἑκάστῳ. Praeclara quidem haec videntur Heynio, at hoc ipsum in digamma peccatum arguit interpolatorem seriorem rhapsodum, et ita versus deleatur una cum sequenti in rhapsodia decima quarta. Aliena est ab h. l. vociferatio Neptuni, aliena a Deo: hinc totum locum 148—152. ab interpolatione rhapsodi profectum et ex ε, 860. 1. et Il. β, 451. 2. consutum suspicio ipsi insita est. Vol. VI. p. 531. Conferant lectores a fide magnis nominibus temere habenda alieni, et videant, cum toti rerum seriei, tum adhortationibus heroum ipsorum saepissime in Iliade obviis hanc quoque Neptuni orationem optime convenire. κ, 214. οἱ ἕκαστοι. Hunc quoque versum suspectum reddit Heyn. Vol. VI. p. 41. Il. λ, 634. 748. ἀμφὶς ἕκαστον. Od. χ, 46. ἀμφὶς ἕκαστα. In his omnibus mutatio facilis videri possit, si ἀμφὶ scribatur, et uno certe in loco Heynius, qui ita dedit, apud Eustathium ut variam scripturam invenit. Neque autem illi mutationi satis confido. Quamquam enim ἀμφὶς multis in locis, (Grammatici nostri nullum fere statuunt discrimen, uti, qui nuperrime de hisce praecepit, Güntherus in libello peculiari de Homericis praepositionibus §. 21.) modo eo ab ἀμφὶ differt, quod vel ob rotundiorem versus numerum, vel ob vocales concurrentes dictum esse intelligatur, ut Od. η, 4. 5. κασίγνητοι δέ μιν ἀμφὶς Ἵσταντ', cl. Il. χ, 473. Od. ι, 399. οἵ ῥά μιν ἀμφὶς Ὤικεον, cl. Od. γ, 292.; quam ob causam Wolf. Homer. Censor in Ephemerid. literar. Jenens. N. 243. 1809. et in aliis, ubi nunc est ἀμφί, ut ἀμφὶς scribatur, praecepit; attamen aliis in locis ἀμφὶς diversum esse, merito, ut videtur, jam Schneiderus in Lexico notavit, saepe enim est utrinque, ab utraque parte, et exinde oriuntur varia alia, ut nunc sit undique, nunc seorsum, divisim. Priori modo explicandi esse videntur loci ex Il. λ. allati, δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον Χρύσειαι νεμέθοντο. et 748. δύο δ' ἀμφὶς ἕκαστον Φῶτες ὀδὰξ ἕλον οὖδας. Columbarum enim illarum quaelibet ab una ansae parte seorsum efficta erat, altero autem loco viros illos unum in una, alterum in altera currus regione prostratos jacuisse dicitur. Jam, si in vulgati locum ἀμφὶ substituas, nec columbas, nec viros

separatos, sed conjunctos cogitandos esse, facile perspectu est. Vere autem ἀμφὶς hanc significationem habere, ostendunt loci Il. μ, 434. σ, 502. Od. ϑ, 476. Tum ἀμφὶς esse potest, quod inter duas res interest spatium, ut notum illud Il. γ, 115. ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρουρα. η, 342. aut quod in duas partes vergit, abit. Il. ψ, 393. οἱ δὲ οἱ ἵπποι Ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην. Ita etiam explicandum est Hes. Theog. 748. ὅϑι Νύξ τε καὶ Ἡμέρη ἀμφὶς ἰοῦσαι, non prope euntes, sed in diversum locum tendentes. Hinc Il. ο, 709. οὐδ' ἄρα τοίγε Τόξων ἀϊκὰς ἀμφὶς μένον. Od. π, 267. Similiter multa sunt, ut Il. β, 13. ϑ, 444. unde illud Od. ω, 218. ἦέ κεν ἀγνοίῃσι, πολὺν χρόνον ἀμφὶς ἐόντα (diu absentem). Ibid. vero τ, 46. ἡ δέ μ' ὀδυρομένη εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαστα retinenda videtur significatio seorsim a me percontabitur singula quaeque. Ita recte Vossius vertit (*alles und jedes*). Minus bene Homeri mentem Güntherus l. l. assecutus esse videtur; numquam enim in verbis interrogandi, consulendi, ac similibus in Homericis ἀμφὶ accusativo junctum causam indicat, tum enim cum dativo componitur, ut Od. ε, 287. ἦ μάλα δὴ μετεβούλευσαν ϑεοὶ ἄλλως Ἀμφ' Ὀδυσῆϊ. vid. ϱ, 555. ξ, 564. τ, 95. ω, 263. Quare et Od. λ, 510. ἀμφὶ πόλιν Τροίην φραζοίμεϑα βουλάς. non erit de urbe Troja consilium inire, sed ad, circa Trojam. Sed haec plenius edisserere non hujus loci est. Ceterum etiam Apoll. Rh. I, 498. haud aliter: νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριϑεν ἀμφὶς ἕκαστοι. Revertimur ad alios, qui digammati infesti sunt, Homericos locos. Il. ο, 189. δέδασται, ἕκαστος. 288. ϑυμὸς ἑκάστου. 505. γαῖαν ἕκαστος. τ, 302. Od. λ, 542. κήδε' ἑκάστη. Il. τ, 332. καί οἱ δείξειας ἕκαστα. Heyn. Vol. VII. p. 678. offendit versus ad digamma in ἕκαστα. Nisi itaque tota haec ῥῆσις loquacitati rhapsodi serioris debetur, emendandum est cum Bentlejo δείξειας ἅπαντα. ψ, 55. ἐφοπλίσσαντες ἑκάστῳ. 370. πάταςσε δὲ ϑυμὸς ἑκάστῳ. ω, 1. νῆας ἕκαστοι. Odyss. β, 258. σ, 428. ω, 188. δώμαϑ' ἕκαστος. γ, 7. ἐν ἑκάστῃ. ϑ, 259. ἐϋπρήσσεσκον ἕκαστα. 324. οἴκοι ἑκάστη. 392. φᾶρος ἕκαστος. ι, 60. ἀφ' ἑκάστης. 65. τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι, quae aliquoties repetuntur. 468. νεῶν ἑκάστῳ. μ, 130. πεντήκοντα δ' ἕκαστα. ξ, 128. ο, 377. καὶ ἕκαστα. τ, 501. εἴσομ' ἑκάστην. 592. τοι ἑκάστῳ. χ, 57. ἐεικοσάβοιον ἕκαστος. ω, 339. ἔειπες ἕκαστα. 417. ϑάπτον ἕκαστοι. Hymn. in Ap. 163. 535. in Cer. 303. in Merc. 428. Od. ο, 24.

ἐπιτρέψειας ἕκαστα. π, 313. εἴσῃ ἑκάστου. Hesiod. Op. et D. 393. Theog. 459. adde Od. ρ, 70. τ, 465.

Ἕκηλος hiatum habet Il. ε, 759. ζ, 70. Od. φ, 289. At illum adfuisse omnibus in locis parum verisimile est. Od. β, 311. εὐφραίνεσθαι ἕκηλον. ρ, 478. ἔσθι' ἕκηλος. Il. θ, 512. ἐπιβαῖεν ἕκηλοι. Versum quidem insititium, otiosum et reliqua interpellantem Heynius judicat.

Ἑκυρός. Il. γ, 172. φίλε, ἑκυρέ, digamma voci adfuisse certo ostendere non potest.

Ἑκών, ἕκητι. cf. Il. δ, 43. Od. γ, 214. δ, 372. ο, 319. π, 86. His vero aliisque congruis versibus non concordant Il. ψ, 434. αὐτὸς γὰρ ἑκών. 585. μὴ μὲν ἑκών. Od. β, 133. δ, 649. αὐτὸς ἑκών. ε, 100. τίς δ' ἂν ἑκών. Hymn. in Ven. 148. ἀθανάτοιο δ' ἕκητι. ubi vero Herm. ἀθανάτου δὲ ἕκητι voluit. Hesiod. Theog. 232. τις ἑκών.

Ἔλπω, ἔλπομαι, ἐλπίς. Vid. vocalem antecedentem Il. ι, 40. ν, 309. Od. β, 275. et passim. Contraria sunt: Il. ω, 491. ἐπί τ' ἔλπεται. Od. β, 91. ν, 380. πάντας μέν ῥ' ἔλπει. Il. θ, 526. εὔχομαι ἐλπόμενος. Hymn. in Cer. 37. τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε. Hymn. in Merc. 224. λασιαύχενος ἔλπομαι. Haud dubie, ut digammati una opituletur, alteram in hoc lectionem Hermann. ad h. l. defendit, at mihi veritas ejus multo minus perspicua est. Alios locos, quales sunt Od. θ, 315. σφέας ἔτ' ἔολπα, ω, 313. νῶϊν ἐώλπει, commemorare nolo, quum iis spiritu augmento postposito auxilium laturi sint, neque locis adversariis, ut Od. ψ, 345. Ὀδυσῆα ἐέλπετο, (ibi enim duplex aderat adspiratio,) moveantur. Porro eadem ratione, qua ἤϊκτο correctum habebamus, emendaturus, si in Iliad. lectum esset, Heynius fuisset. Od. ι, 419. οὕτω γάρ πού μ' ἤλπετ' ἐνὶ φρεσί. et Hymn. in Cer. 35.

Ἕλω, εἵλω, εἰλέω, εἰλύω, εἰλυφάζω, εἶλαρ. Omnia haec, e communi utpote stirpe prognata, spiritum Aeolicum adjunxisse crediderunt. Hiatus offertur Il. σ, 287. ω, 662. 696. υ, 492. neque autem crebro ita occurrit, nisi in ejus rei fidem nonnullos alios, qui productionem habent, locos adsciscere placeat, ut Od. ξ, 479. Quare mutatione egerent Il. λ, 156. πάντῃ τ' εἰλυφόων. σ, 294. θαλάσσῃ τ' ἔλσαι Ἀχαιούς. 522. ἵζοντ', εἰλύμενοι. Od. ε, 257. κύματος εἶλαρ. ζ, 179. εἴ τι που εἴλυμα. Hes. Scut. 275. σέλας εἰλύφαζε. Theog. 692. φλόγα θ' εἰλυφόωντες. Formam ἐλύω, ut Il. ψ, 393. γαῖαν ἐλύσθη, cl. Od. ι, 432.

cum εἰλύω etiam cohaerere, non est, quod moneamus, et ipse Heynius sensit.

Ἕλω, ἑλίσσω, ἕλιξ, ἑλίκωπες, εἰλίποδες. Hanc ultimam vocem, cum loci multi, qui digamma respuant, inveniantur, illud non agnoscere, Heynius confessus est, de prioribus non discernit, verbum autem habuisse docet. At in hoc quoque hiatuum exempla deprehenduntur non admodum multa, Il. θ, 340. μ, 74. σ, 372. Od. υ, 28. Hymn. in Ap. 361. Quorum numerum ea, in quibus mutatione demum digammatis aditus muniendus esset, fere superant, nihilominus Heynius Vol. VI. p. 407. ubique esse in Homericis digamma ait. Confer Il. ν, 204. σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος. Versus hujus libri 204. 5. a rhapsodo aliquo inserti dicuntur. ψ, 309. τέρμαθ' ἑλίσσομεν. 320. ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται, de quo etiam suspicatur Gotting. editor, eum et proximos rhapsodorum auctarium esse, Vol. VIII. p. 420. 846. ἡ δὲ θ' ἑλισσομένη. Od. υ, 24. αὐτὸς ἑλίσσετο. ut taceamus Hymn. Hom. XXXII, 3. VII, 6.

Ἕλω, ἕλωρ, ἑλώριον, ἑλεῖν. Verbum hoc nunquam digamma habet, idcirco Heynius substantiva illa, vid. Vol. IV. p. 8. ab ἕλω, εἴλω, εἰλύω, involvo, genus ducere tradit, digammatis scilicet originem declaraturus, in quo ne paucos modo sibi assentientes inveniat, magnum est periculum. Utcunque de his statuatur, vocales antegressas invenies Il. α, 4. ε, 684. ρ, 667. consonam vero Il. σ, 93. Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα, et Od. ν, 208. μήπως μοι ἕλωρ diphthongum.

Ἕννυμι, εἷμα, et aliae hujus stirpis formae hiatum saepissime antecedere sinunt, cf. Il. π, 670. σ, 451. ψ, 803. Od. κ, 542. τ, 237. 327. Qui digammati oppositi sunt in carminibus Homericis loci, eos adduxit Herm. Hymn. Hom. ad Ven. 86. In Hesiod. Op. et D. 556. κατὰ θ' εἵματα.

Ἕο, εὗ, οὗ, ἑός, ὅς. Excursus Heynii de his ad Iliad. Homer. Vol. IV. p. 180. sqq. rem non expedit, et inde in Observationibus denuo admonere saepe ipsi necessarium fuit; alia denique Vol. VII. p. 748., ubi triplicem formam ὅς, ἑός, simplici et duplici ante utramque vocalem instructam digammate, enumerat, praecepit. At profecto, si vocibus adspiratio ista adfuit, poëtae Homerici in ea adhibenda mirum quantum luserunt, ita, ut maxime in possessivo ἑός modo capiti addita putanda sit, modo

primam post vocalem necessario collocetur. Nam et cum hiatu dicitur, Il. μ, 84. ἔπειτα ἑῷ. et consona, Od. α, 216. τίς ἑὸν γόνον. et apostropho praeeunte, Od. β, 195. μητέρ' ἑήν. et triplex illa ratio pariter fere frequentata est. Sed largiamur, hanc triplicem rationem in poëtarum Homericorum ore obtinuisse, ne hoc quidem omnes loci emaculati erunt. Decurtatam enim formam non minus eo spiritu instructam censent, et revera vocalem nonnumquam praeeuntem monstrant, vid. Il. δ, 478. ε, 314. Od. α, 19. 330. ε, 285. ρ, 471. Vicissim observantur: Il. α, 609. πρὸς ὃν λέχος. Heyn. de illo versu Vol. IV. p. 166. dicendum adeo, aut versum esse a seriore rhapsodo, aut aliter olim scriptum fuisse. ε, 165. ἵππους δ' οἷς ἑτάροισιν. ζ, 474. αὐτὰρ ὅγ' ὃν φίλον υἱόν. λ, 403. εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. qui versus aliquoties repetitus legitur, velut Od. ε, 355. 464. alibi, Heyn. Vol. VI. p. 191. vult omittere, ut Il. μ, 60. 202. δὴ τότε Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς, Hectorem aggressus dixit, haec significant, illa, nihil aliud nisi animum dixit. Il. μ, 162. Od. ν, 198. καὶ ὣ πεπλήγετο μηρώ. π, 522. οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει. τ, 4. περικείμενον ὄν. ψ, 748. ἄεθλιον, οὗ ἑτάροιο. Od. λ, 273. ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας. Hymn. in Cer. 247. δείσασ' ᾧ περὶ παιδί. Hes. Op. et D. 131. νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. 358. τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν. 524. ἀνόστεος ὃν πόδα. De formis ἕο, οἷ et ἕ digammate instructis, locisque iis contrariis Hermannum ad Orphic. p. 774. sqq. disputasse, jam dictum est.

Ἔπω, εἶπον, ἔπος. Vocabulum hoc cum paucis aliis primam de digammate in Homerum reducendo suspicionem movit. Quamquam autem numerus versuum, qui illo indigere videntur, propemodum infinitus sit, ut Il. α, 85. ζ, 86. 406. Od. α, 64. 169. β, 304. γ, 19. χ, 343., tamen haud ultima pars contrarium affirmare videtur. Hos quidem breviter percurramus. Il. α, 64. cl. υ, 250. ὅς κ' εἴπῃ. α, 106. κρήγυον εἶπες. 230. ἀντίον εἴπῃ. 582. τόνγ' ἐπέεσσι. β, 213. ὅς ῥ' ἔπεα. cl. 342. ε, 683. υἱός, ἔπος. 893. δάμνημ' ἐπέεσσιν. Il. η, 68. θ, 6. et multis aliis tum Iliados tum Odysseae locis ὄφρ' εἴπω. Utroque loco versum a rhapsodis insertum Heynius dicit, alibi cum Bentlejo ὡς εἴπω, vel ὄφρ' αὐδῶ scribit. η, 108. χειρός, ἔπος. 277. σκῆπτρα σχέθον· εἶπε. v. 300. ὄφρα τις ὧδ' εἴπῃσιν. 375. τόδ' εἰπέμεναι. pariter ι, 688. τάδ' εἰπέμεν. Heyn.

Vol. V. p. 688. totum hunc locum suspectum reddit, tum vero addit: si ceteros versus retineas, hunc saltem rejiciendum dices. ι, 376. ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν. μ, 391. εὐχετοῷτ' ἐπέεσσιν, quo loco emendationem aliquam proponere Heynius oblitus est. ξ, 208. εἰ κείνω γ' ἐπέεσσιν. ο, 114. 398. δ' ἔπος ηὖδα. Ib. 127. ἢ δ' ἐπέεσσιν. 156. ὠκ' ἐπέεσσι. ρ, 260. οὐνόματ' εἴποι. Quos versus Zenodotus obelo notaverat, vid. Schol. Venet. p. 405. Idem, Scholiasta nondum inspecto, Heynio in mentem venerat, at reticet, quae Schol. adjicit: οὐδὲν δὲ ἔχουσιν εἰς ἐπαιτίασιν, ἀλλ' αὔξουσι τὸ μέγεθος τῆς ὑπὲρ Πατρόκλου μάχης. et certe neque Zenodotus neque Scholiasta vel minimum de digammate cogitaverant. υ, 200. μὴ δή μ' ἐπέεσσι. cl. 256. 211. οὐ γάρ φημ' ἐπέεσσι. ψ, 363. ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσι. ω, 102. εὔφρην' ἐπέεσσι. 771. τόνγ' ἐπέεσσι. Neque aliter in multis Odysseae locis. Od. α, 10. θυγάτηρ Διὸς, εἰπέ. β, 269. ε, 117. η, 236. θ, 442. ν, 290. ψ, 54. Il. ο, 35. φωνήσασ' ἔπεα. Od. β, 351. φ, 401. αὐτ' εἴπεσκε. et vide γ, 264. δ, 137. 461. 484. 706. ε, 96. ζ, 275. η, 17. θ, 91. ι, 224. 258. 279. 363. κ, 500. λ, 146. 297. 561. μ, 36. 266. ν, 323. ξ, 509. ο, 375. π, 193. 338. 469. ρ, 123. 374. 393. σ, 111. 244. τ, 214. φ, 192. 206. χ, 213. 350. ψ, 91. 216. ω, 161. 410. Hymn. in Ap. 106. 286. in Cer. 118. 199. 321. in Merc. 46. 182. 199. 218. 306. Ex Hesiodeis vero compara Scut. 326. 445. Op. et D. 186. 453. 710.

Ἔργον, ἐργάζομαι saepe hiatum patitur, v. c. Il. α, 573. β, 38. ε, 175. Od. υ, 72. ω, 210. Hinc autem iterum multi loci correctioni subjiciendi essent, quos vero, cum ab Hermanno ad Hymn. Hom. in Ven. 86. memoratos sciam, praetereo. Unum moneo, Il. β, 751. Τιταρήσιον ἔργα νέμονται, ob defectum illum Heynium v. 750—55. a rhapsodo illatos, saltem admodum interpolatos dicere. Verum Hesiodus quoque plurimis in versibus nullum digammatis vestigium habet. Op. et D. 28. ἀπ' ἔργων. 120. ἥσυχοι ἔργα. 151. χαλκῷ δ' ἐργάζοντο. cl. 306. 454. 623. v. 382. ἐπ' ἔργῳ. 422. ὥριον ἔργον. 438. τῷ ἐργάζεσθαι. 309. τ' ἐργαζόμενος. cl. 578. (nam v. 409. 412. δέ τε ἔργον legendum erit.) 443. ὅς κ' ἔργου. 579. καὶ ἔργον. Theog. 146. ἐπ' ἔργου. 440. δυσπέμφελον ἐργάζονται. 601. ξυνήονας ἔργων. 903. αἵτ' ἔργ' ὡρεύουσι. Vocabulum ἔργμα Homero serius, sed mox ab Homeridis inductum, etiam non ubique vocalem antecedentem tuetur. Hymn.

Hom. XXVII, 20. τε καὶ ἔργμασιν. XXIX, 12. εἰδότες ἔργματα. XXXII, 19. et Hes. Op. et D. 801. ἐπ' ἔργματι.

Ἔργω, ἐέργω, εἴργω, ἐργάθω, ἕρκος, ἑρκίον. Il. λ, 437. ψ, 72. Od. ξ, 73. 411. Il. ε, 90. ἄρα ἕρκεα. Od. σ, 102. ποτὶ ἑρκίον. Multo plura illis inveniri exempla haud crediderim. Heynius etiam nonnisi verbi digamma agnoscit, in substantivo autem ab eo tantum abest, ut loco Il. allato Vol. V. p. 18. hiatum etiam abstergere velit scribendo οὐδ' ἄρα θ' ἕρκεα ἴσχει. Hermannus contra ad Orphic. p. 742. digamma voci subnexum fuisse affirmat, at multi, qui huic opinioni refragantur, sunt loci: Il. ζ, 5. Τελαμώνιος ἕρκος Ἀχαιῶν. η, 211. πελώριος, ἕρκος Ἀχ. ι, 476. ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς. vid. insuper Od. η, 113. θ, 57. κ, 328. π, 341. ρ, 604. υ, 164. φ, 238. 384. χ, 442. ω, 224. Hymn. in Merc. 188. Hymn. VII, 3. Verbum respuit digamma Il. π, 481. φρένες ἔρχαται. ρ, 571. ἥτε καὶ ἐργομένη. 354. σακέεσσι γὰρ ἔρχατο. Quum verbum hoc tantopere fluctuet, quid de ipso statuendum sit, etiam Heynius parum discernere audet, versus contrarios vel proscribendos, vel mutandos esse, vel denique duplicem verbi fuisse formam, quarum altera adspirationem adjecerit, altera omiserit, judicat. cf. Vol. IV. p. 466. 7. Vol. VII. p. 544. et 750. Ita ambigue rem pronunciat loco tertio laudato, cum superius π, 481. ab interpolatore consutum dixerit.

Ἔρδω pronuntiatione dubia veteres dixisse, Heynius auctor est. Hiatum invenis Il. ξ, 261. ἀποθύμια ἔρδοι. Od. ο, 360. φίλα ἔρδοι. et apud Hes. Op. et D. 136. Ceterum plerumque non vocalis, sed consona litera huic voci praecedit in carminibus Homericis.

Ἐρέω et εἴρω duplici significatu diverso pronuntiata spiritu traduntur. Ubi innuit *dicere*, digamma habuisse, ubi autem *interrogare*, spiritu leni elocutum esse poëtam, Heynius testatur, locosque contrarios conjecturis ad hanc opinionem accommodare laborat. Confer Excurs. ad Il. κ laudatum Vol. VII. p. 751. e quo, nulla satis idonea ratione istam sententiam innixam esse, quemlibet intellecturum esse putaverim. Quod enim Od. α, 405. περὶ ξείνοιο ἔρεσθαι et in his similibus περὶ ξείνοι' ἐρέεσθαι legendum proponit, de eo jam supra sermo fuit.

Ἔρρω non ita saepe in Homericis carminibus legitur, tamen e locis paucis, ubi alias hiatus admissus esset,

Il. ϑ, 293. ι, 364. σ, 421. digamma inesse conjecerunt. At locorum numerus exiguus, qui hiatus alibi etiam obvios habent, etsi contrarium exemplum mihi nondum innotuerit, ad litem componendam vix valeat.

Ἐρύω, traho, digamma habere docet Heyn. et inde hiatum in hoc vocabulo, uti in aliis nonnullis, *ἄναξ, ἔργον, ἔπος*, valde frequentari; itaque pauca sufficiant exempla vid. Il. α, 190. 485. γ, 271. Od. δ, 666. Heynius cum vocem istam et mensura et significatu ab altero *ῥύεσθαι*, servare, semper differre statueret, magnam locorum Homericorum, qui vel metro, vel digammati, vel utrique adversari viderentur, copiam falce critica amputare instituit in Excurs. ad Il. α, 141. Vol. IV. p. 177—180.; qui autem emendandi periculo nulli cedunt, iis obelum appinxit. Cum in illo excursu Homerici loci valde confusi sint, modo eos breviter recensebo, qui digamma recusant. Il. α, 141. cll. Od. δ, 577. ϑ, 34. κ, 403. λ, 2. π, 348. et similia his Od. ι, 77. μ, 402. Il. δ, 467. ρ, 635. 713. ψ, 21. *Ἕκτορα δεῦρ' ἐρύσας*. vix tamen versus est Homericus, additur ab Heynio ad Il. Vol. VIII. p. 359. Hi sunt versus, qui vel illo discrimine duplicis vocabuli concesso consonae isti inimici relinquuntur, alii enim, ut Il. ϑ, 143. *Διὸς νόος εἰρύσσασθαι*, λ, 363. υ, 450. eo nobis ereptos esse, lubenter ferimus. Jam Odyssea aliquot nova exempla praebet β, 389. ρ, 479. Hymn. in Cer. 230. *ἐσθλὸν ἐρυσμόν*.

Ἔσθος cum *εἷμα* cohaeret, ergo digamma habuit, et leguntur etiam Il. ω, 94. *ἔπλετο ἔσθος*. Od. α, 165. *τε ἐσθῆτος*. At ex Od. ζ, 83. ξ, 510. ω, 67. Hymn. Hom. XXXI, 13. *λάμπεται ἔσθος*, si quis contrarium ostendere vellet, eum certe loci supra positi non refutent.

Ἕσπερος ex Od. α, 422. 3. *ἐπὶ ἕσπερον* digamma habuisse conjicitur, et alibi etiam in eodem carmine et Hes. Op. et D. 552. *ποτὶ ἕσπερον*.

Ἔτης. Non quidem saepe occurrit, at, uti praecedens, hiatum constanter habet, vid. Il. ζ, 239. η, 295. ι, 464. π, 456. 674. Od. δ, 16. ο, 273.

Ἔτος numquam certo deprehenditur hiatu, adeo Il. β, 328. *τοσσαῦτ' ἔτεα*. υ, 255. *πόλλ' ἔτεα*. qui vero versus a veteribus admodum varie scriptus est. Maxime in compositorum gratiam, *ἑξαέτης, αὐτοέτης*, digamma adscitum voluerunt viri docti.

Ἐτώσιος. Il. ε, 854. *δίφροιο ἐτώσιον*. ξ, 407. χ, 292. Od. χ, 256. 273. At in eadem ω, 283. *δῶρα δ' ἐτώσια*. Hymn. in Cer. 310. *πολλὸν δὲ κρῖ λευκὸν ἐτώσιον*. Hes. Op. et D. 402. *σὺ δ' ἐτώσια*. 411. *οὐ γὰρ ἐτωσιοεργός*. 440. *ἔργον ἐτώσιον*.

§. 5.

In vocabulis ab η incipientibus, quibus digamma adfuisse dicunt, primum tenet locum ἥ, forma muliebris sexus pronominis ὅς, i. q. ἑός. Vocali quidem antegressa legitur Od. ζ, 278. *κομίσσατο ἧς ἀπό*. ω, 167. *ὁ ἥν*. Hymn. in Ap. 320. *μετὰ ᾗσι*. At sunt exempla repugnantia. Il. θ, 535. *αὔριον ἣν ἀρετήν*. Schol. Venet. p. 209. refert, Grammaticos in h. l. improbasse vel versus 535—7., vel tres sequentes, cum eandem contineant sententiam. Zenodotus quidem tres priores non scripsit, Aristarchus autem posteriores. Zenodoti judicio freto, cum insuper vitium in digamma accedat, eos delere non multum negotii sit. Equidem autem, cur ulli horum versuum malam notam inurere velimus, non video. At habes, vel illo exstirpato, alia Odysseae exempla. α, 41. *τε καὶ ἧς ἱμείρεται*. η, 196. *πρίν γε τὸν ἧς*. ο, 93. *αὐτίκ' ἄρ' ᾗ ἀλόχῳ*. φ, 41. *φόρει δέ μιν ἧς ἐπὶ γαίης*. ψ, 165. *ἀντίον ἧς ἀλόχου*. 247. *τότ' ἄρ' ἥν*. Hes. Scut. 40. *γ' ἧς*.

Ἤιδειν, forma praeteriti ab εἴδω, velut Il. τ, 115. *ἄρα ᾔδη*. Od. ι, 189. *ἀθεμίστια ᾔδη*. At ψ, 29. *πάλαι ᾔδεεν* minus iterum digammatis voto respondet.

Ἡδύς, ἥδω, ἥδομαι. Od. δ, 746. η, 265. ι, 162. ρ, 533. Il. λ, 378. φ, 508. digamma commendare possunt. At controversiam injiciunt Il. δ, 131. *ὅθ' ἡδέϊ λέξεται ὕπνῳ*. Od. γ, 51. *δέπας ἡδέος*. θ, 64. *δ' ἡδεῖαν*. ν, 80. *νήγρετος, ἥδιστος*. τ, 510. *ἔσσεται ἡδέος*. Hymn. in Cer. 49. *νέκταρος ἡδυπότοιο*, in Merc. 241. *προκαλεύμενος ἥδυμον*.

Ἦθος digamma habuisse conjecerunt ex Od. ξ, 411. *κατὰ ἤθεα*. Hinc corrigendus esset Il. ζ, 511. *μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων*. qui vers. ο, 268. recurrit.

Ἦκα. Il. ω, 508. *ἀπώσατο ἦκα γέροντα*. Odysseae contra σ, 92. praebet *ἠέ μιν ἦκ' ἐλάσαι*.

Ἦνοψ haud frequenter hiatum habet. Il. σ, 349. Od. κ, 360. *ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ*. et pariter nomen proprium duobus in locis, Il. π, 401. *Θέστορα, Ἤνοπος υἱόν*. cl. ψ, 634.

Ἦρα, maxime ἦρα φέρειν, ut Od. γ, 164. Ἀγαμέμνονι ἦρα φέρειν, aliquoties invenitur.

Ἥρη. De hac voce, cum Dea modo πότνια Ἥρη, modo λευκώλενος Ἥρη apud Homerum appelletur, multa machinatus est Heynius. Legitur super ea Excursus Vol. IV. p. 173. 4. insertus, ubi locos, quibus digamma abest, aut serioris commatis, aut interpolatos ab aliquo, qui ob hiatum corruptos judicarit, dicit; postea in observationibus multos ob id ipsum corrigendos versus sub examen vocat, in Excursu de digammo Vol. VII. p. 756. iterum dubie loquitur; jam monuit de his Wolfius in Cens. laud. Ephemer. lit. N. 128. et ipse Hermannus ad Orphic. p. 755. in hac voce digamma regnasse negat. Ceterum πότνια epitheton est omnibus deabus adjectum. In Opp. Cyneg. I, 27. Ἵλαθι πότνια δῖα, Diana hisce appellatur: at desidero in his nomen, cujus in locum neutrum recte apud epicum sufficias, etsi posterius Tragici atque insuper Theocrit. in Id. XV, 14. et Callimach. Hymn. in Dian. 210. ita ponunt. In Oppiani vero loco epico sermoni convenientius scribatur Ἵλαθι πότνα θεά. vid. Hom. Od. ε, 215. ν, 391. υ, 61. Apoll. Rhod. III, 79. 467. et Opp. ipsum Cyneg. IV, 21.

Ἠχή, ἠχήεις. Ab Aeolica adspiratione ordiri, documenti instar sunt: Il. α, 157. θάλασσά τε ἠχήεσσα. Od. δ, 72. δώματα ἠχήεντα. Hymn. in Cer. 104. Hes. Scut. 548. Quod composita, velut ὑψηχής, jam recedunt, id nihil detrimenti parit, saepe enim illa variare docent. At etiam simplicia non satis firma esse Hesiodi docent loci hi: Theog. 767. δόμοι ἠχήεντες. cl. 835. Scut. 393. κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ.

Ἤια denique, vel praeda, vel ἐφόδια, non multum probant: prius ipse Heynius rejecit, quamquam enim Od. μ, 329. ἐξέφθιτο ἤια πάντα, tamen contraria adsunt. Il. ν, 103. Od. β, 289.

Ἤϊος, cognomen Apollinis, bis modo occurrit. Il. ο, 365. υ, 152. ἀμφὶ σύ, ἤϊε Φοῖβε. posteriori loco σέ, et insuper Hymn. in Ap. 120.

§. 6.

Ἰαχή, ἰάχω. Hae voces per se hiatum proprie dictum habere non possunt, at saepius ante illas syllaba brevis

et in consonam et in vocalem terminata producitur, ut Il. ξ, 1. δ, 456. et alibi, hinc, digammate eas munitas fuisse, visum est. Ut et mensuram vocis, cum ι nunc productum, nunc correptum offendatur, et digammatis neglectum adjuvaret, iis, quae passim in Observationibus admonuerat, rescissis, Heynius diu multumque disputat Vol. VII. p. 766. 7. neque in ipsis compositis, velut Il. ε, 860. ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, digamma abesse vult, scripturus ἐΐαχον, duplici consona ista post primam et secundam vocalem interserta, ita porro Il. β, 316. πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν, ἀνιαχυῖαν. Locos contrarios ipse excitavit. Quapropter nonnisi Hesiodi adjicio. Scut. 404. σφ' ἰαχῇ. 436. δ' ἰάχοντες. add. 382. Theog. 69. 708. Veteribus nihil in his de digammate interjecto suboluisse indicant Eustath. ad Il. ξ, v. 1. p. 963. Draco de Metr. Poët. p. 6. l. 15. p. 148. l. 9. Quod ad mensuram primae syllabae attinet, idem Draco p. 55. l. 21. eam ancipitem dixit, puto autem discrepantiam intercedere hanc: praesens habet ι breve, imperfectum longum, si in pedis initium incidat, sin minus, breve: hoc simplici modo et omnes lites componi et mutationes istas evitari, mihi persuasum est.

Ἴδον, ἴδεν, ἰδέειν, ἰδέσθαι, Ab εἴδω derivata digammate semper uti volunt, ne saepissime hiatus insit, vid. Il. δ, 223. Od. ε, 74. 333. λ, 561. At cum his compone: Il. α, 203. ἢ ἵνα ὕβριν ἴδῃ. β, 82. νῦν δ' ἴδεν. 269. ἀχρεῖον ἴδον. 384. εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶς ἰδών. Hic quoque ἀμφὶς accommodatius esse, quam ἀμφὶ, supra dicta §. 4. s. v. ἕκαστος demonstrent, et simili nexu Hes. Op. et D. 701. πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών. δ, 232. σπεύδοντας ἴδοι. 240. μεθιέντας ἴδοι. cl. 516. 374. οἵ μιν ἴδοντο. γ, 224. εἶδος ἰδόντες. 453. εἴ τις ἴδοιτο. ε, 166. 565. τὸν δ' ἴδεν. cl. ξ, 294. ϑ, 453. πόλεμόν τ' ἰδέειν. μ, 333. εἴ τιν' ἴδοιτο. ο, 155. σφωῒν ἰδών. χ, 450. ἕπεσθον, ἴδωμ', ὅτιν' ἔργα τέτυκται. Totum hunc versum ex Il. γ, 143. οὐκ οἴη· ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο serius adscitum esse, Heyn. Vol. VIII. p. 340. existimat. Quid autem inter utrumque versum similitudinis intercedat, nisi quod illic et hic duae servae dominam sequantur, idque ipsum multis aliis Homeri locis commune est, non intelligo. Immo, quum praecedat v. 449. δμωῇσιν ἐϋπλοκάμοισι μετηύδα, neque hoc, versu memorato deleto, quo referretur, haberet, nec inferius lecta v. 461.

ἅμα δ' ἀμφίπολοι κίον αὐτῇ. ω, 357. μήτ' ἄρ τις ἴδῃ. Od. γ, 233. ε, 220. θ, 466. ἦμαρ ἰδέσθαι. ζ, 311. ἦμαρ ἴδηαι. Od. β, 152. ἐς δ' ἰδέτην. τε apostropho innexo interponitur: Od. ε, 41. 114. η, 76. τ' ἰδέειν. δ, 475. ζ, 314. θ, 410. ι, 532. ε, 209. περ ἰδέσθαι. 486. μὲν ἰδών. ζ, 160. τοιοῦτον ἴδον. η, 234. εἵματ' ἰδοῦσα. κ, 44. θᾶσσον ἰδώμεθα. λ, 522. κάλλιστον ἴδον. μ, 244. τὴν δ' ἴδομεν. ν, 215. καὶ ἴδωμαι. ρ, 118. ἔνθ' ἴδον. 327. αὐτίκ' ἰδόντ' Ὀδυσῆα. σ, 375. τῷ κέ μ' ἴδοις. τ, 567. ὅτε κέν τις ἴδηται. cl. 228. φ, 122. πάντας ἰδόντας. ω, 504. μὲν ἰδών. Hymn. Hom. in Merc. 239. in Cer. 458. in Ven. 257. 279. in Apoll. 71. Minorum Hymnor. VI, 37. XVIII, 36. Hesiod. Op. et D. 738.

Ἴδμεν, ἴδρις, ἰδρείη, ἴσημι, ἴστω, ἴστωρ. Prius ex ἰδέειν contractum, reliqua ejusdem originis digammate aucta fuisse opinantur. Nonnumquam vocalem ei antecedere videmus: Il. β, 486. π, 359. σ, 420. Od. μ, 154. At Il. η, 198. οὐδὲ μὲν ἰδρείῃ. haec lectio Aristophanea, alii scripserunt οὐδέ τ' ἀϊδρείῃ. ζ, 151. ἄνδρες ἴσασι. Od. θ, 146. δέ σ' ἴδμεν. ρ, 78. τ' ἴδμεν. Od. λ, 124. ψ, 271. οὐδ' ἄρα τοίγ' ἴσασι. φ, 110. τόδε γ' ἴστε. Hymn. in Ap. 163. μιμεῖσθ' ἴσασιν. Hes. Op. et D. 40. οὐδ' ἴσασιν. cll. 814. 824. Scut. 351. ὀϊζύος ἴδριες. Theog. 370. ἕκαστοι ἴσασιν.

Ἰδομενεύς. Etsi nomen hoc ex eadem stirpe deducendum sit, tamen digammate non usum esse, cum major locorum numerus illud respuat, Heynius pronunciavit, et locos, ubi hiatus offerebatur, ut Il. μ, 117. ἔγχεϊ Ἰδομενῆος correxit.

Ἵεμαι. Il. β, 154. 588. λ, 537. ν, 424. Od. γ, 160. Quibuscum haud congruunt Od. β, 327. ἐπεί νύ περ ἵεται αἰνῶς. κ, 246. οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο ἔπος, ἱέμενός περ. quem versum Eurylochi tremorem egregie adumbrantem, et, sicut multa Homerica, plane ad naturae veritatem compositum Heynio sponsore futurus Odysseae editor ejiciat. ξ, 142. τόσσον ὀδύρομαι, ἱέμενός περ. Hes. Scut. 169. κοτεόντων θ' ἱεμένων τε. υ, 196. ἔσταυαν, ἱέμενοι. 251. πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο. cl. 304.

Ἰκμάς. In unico loco hiatum habet. Il. ρ, 392. ἄφαρ δέ τε ἰκμάς.

Ἰλαδόν, turmatim, et ἰλλάς, vinculum, modo versuum in fronte leguntur, et inde nihil dirimunt.

Ἴλιος, nomen urbis, sine controversia digamma agnoscere dictitant, sed ea tum modo, quum multos locos

immutaveris, nulla est. Saepissime quidem hiatum praegressum ostendit. Il. γ, 313. δ, 46. κ, 415. φ, 295. Altera ex parte Il. ε, 204. πεζὸς ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα, de cujus sinceritate dubitatur ab Heynio Vol. V p. 37. ζ, 386. ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη μέγαν Ἰλίου. Is una cum sequenti damnandus habetur. ζ, 493. ρ, 145. μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν. η, 345. ἀγορὴ γένετ' Ἰλίου ἐν πόλει ἄκρῃ. Enimvero tota, quae sequitur, narratio de Trojanorum concilio et legatione Idaei alium et recentiorem auctorem habere videtur. Sunt verba Heynii Vol. V. p. 367. λ, 166. οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα, et eadem in Odyss. α, 259. παρ' Ἴλου Μερμερίδαο. Il. ν, 349. λαὸν Ἀχαιϊκὸν Ἰλιόθι πρό. σ, 270. ἀφίξεται Ἴλιον. Ibi maxime ob digamma hic illic neglectum versus quatuordecim 268—283., vid. Heyn. Vol. VII. p. 480., delendi sunt. φ, 81. ὅτ' ἐς Ἴλιον. 128. κιχείομεν Ἰλίου. ω, 67. οἱ ἐν Ἰλίῳ εἰσίν. Od. θ, 578. ἠδ' Ἰλίου. ξ, 238. ρ, 104. ἐς Ἴλιον.

Ἴον, ἰοειδής. Obvenit fere in locis, de quibus judicium fieri nequit. Od. ι, 426. καλοί τε μεγάλοι τε ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχοντες. et Od. ξ, 50. δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγός.

Ἶπες, ἴψ, vermes, et ἴρη, turma, in recensum vocum istarum relata sunt, at parum efficiunt loci, ubi leguntur: hoc, modo versus in initio, Il. σ, 531. illud Od. φ, 395. μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν. At in hoc etiam alibi hiatus offenditur.

Ἶρις, Dea, Junonis et Jovis famula, digamma praefigere fertur, cum crebro legatur πόδας ὠκέα Ἶρις, uti Il. λ, 199. ο, 172. et θ, 399. ο, 158. βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα. Sunt autem et illius exempla, quae ab illa opinione te abstrahere possint. Il. ε, 365. πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε. 353. τὴν μὲν ἄρ' Ἶρις ἑλοῦσα. λ, 27. τρεῖς ἑκάτερθ' Ἴρισσιν. Heyn. Vol. VI. p. 122. conjicit τρεῖς ἕκαθεν Ἴρισσιν. quod nexui parum respondere videtur. ψ, 198. ὠκέα δ' Ἶρις. Hymn. in Apoll. 102. αἱ δ' Ἶριν.

Ἶσος vocali praeeunte creberrime legitur, vid. Il. α, 163. γ, 310. ε, 438. et alibi. Contraria his offeruntur: Il. ε, 467. ὄντ' ἶσον. ζ, 101. μένος ἰσοφαρίζοι. ι, 142. τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ. Il. λ, 704. μή τίς οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης. cll. Od. ι, 42. 549. In Iliadem, jam monente Schol. Venet. p. 287., versus ex Odyssea male invectus esse videtur, Zenodotusque eum plane omisit, at hanc ob causam non prorsus cum Heynio Vol. VI. p. 245. rejiciam. Il. λ, 101. αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἶσον. ν, 209. ὁππότ' ἂν ἰσόμορον.

ψ, 736. ἀέθλια δ' ἴα ἀνελόντες. Od. β, 203. οὐδέ ποτ' ἶσα. κ, 378. ἕζεαι ἶσος. λ, 304. λελόγχασ' ἶσα. 484. ἐτίομεν, ἶσα. Od. σ, 373. ἥλικες ἰσοφόροι. Hes. Op. et D. 490. πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζοι. 533. βροτῷ ἶσοι. add. versum 752.

Ἴς, ἶνες, ἰνίον. Il. ε, 73. η, 269. Od. ν, 276. variae illae formae in hiatu positae deprehenduntur. Verum enimvero ρ, 739. habemus ἐπιβρέμει ἲς ἀνέμοιο. φ, 556. καίετο δ' ἲς ἀνέμοιο.

Ἱστίη, focus, sicut Od. ξ, 159. tantum versu inchoante legitur.

Ἴτυς uno modo in loco hiatum ostendit, Il. δ, 486. ὄφρα ἴτυν, unde digammate subornatam vocem crediderunt. At Hes. Scut. 314. ἀμφὶ δ' ἴτυν.

Ἶφι. Cum proprie forma dativi poëtica a substantivo ἴς sit, necessario adspiratione Aeolica usum esse dicunt. Quare et nominibus inde exortis aut compositis eandem accessisse necesse sit, ut Ἴφικλος. Il. λ, 257. Ἰφιδάμας. ν, 698. Vocalis antecedit priori inter alia Il. ι, 466. τ, 417. α, 38. Od. σ, 156. Nonnumquam autem consonae brevi quoque mensura dictae sunt, ut Il. β, 720. εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι. δ, 287. ἀνώγετον ἶφι μάχεσθαι. λ, 261. τοῖο δ' ἐπ' Ἰφιδάμαντι. Vocalis non producta adest Il. ζ, 478. Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν. De hoc Heyn. Vol. V. p. 284. allata Bentleji correctione καὶ λαοῦ s. λαῶν: „Mihi, „inquit, satis liquet, versum expletivum a rhapsodis esse „confictum, interpretamenti loco, quo tempore usus τοῦ „digamma jam exoleverat. Absolutus est sensus versu „omisso, turbatus eo admisso, nec bene cohaeret καὶ „ἀνάσσειν, quo ad nomen Ἀστυάνακτος alludi debuit." Quas versus criminationes, si quis eum accuratius intueri velit, injustas esse intelliget, Od. λ, 284. Μινυήϊῳ ἶφι. Hymn. in Ven. 170.

Ἰωή digamma habuisse e locis talibus, quales sunt Il. δ, 276. Ζεφύροιο ἰωῆς, λ, 308. πολυπλάγκτοιο ἰωῆς, π, 127. δηΐοιο ἰωήν, intelligitur. Ex altera parte Il. κ, 139. Hymn. in Merc. 421. ἤλυθ' ἰωή. Hes. Theog. 683. αἰπεῖά τ' ἰωή.

Ἰῶκα, ἰώξ, ἰωκή. In his Heynium ipsum, ut fere semper, haerentem et trepidantem videmus. Nam Vol. VI. p. 223. 4, in observationibus ad Il. λ, 601. εἰσορόων πόνον αἰπὺν, ἰῶκά τε δακρυόεσσαν, aut πόλεμόν τε ἰῶκά τε δ. legendum suadet, aut versum a rhapsodis, digammi usum nescientibus, insertum perhibet. In Excursu autem de

digammo Vol. VII. p. 761. adspirationem istam admittere dubitat, etsi ε, 521. οὔτε ἰωκάς, 740. ἐν τε χρυόεσσα ἰωκή et similia legantur: „quid enim, inquit, si τ insertum fuit?“

§. 7.

Οἶδα hiatum monstrat Il. α, 85. ὅ,τι οἶσθα. β, 192. γ, 308. At non satis certum esse indicant Il. ζ, 367. οὐ γάρ τ' οἶδ', εἰ ἔτι σφιν. λ, 792. π, 860. τίς δ' οἶδ', εἰ. cll. Od. β, 332. γ, 216. Il. τ, 421. εὖ νύ τοι οἶδα, improba lectio secundum Heynium. Od. ρ, 573. λυγρ' ἔχω· οἶσθα καὶ αὐτός. Hymn. in Merc. 382. 535. Hes. Op. et D. 456.

Οἶδμα, οἰδάνω, de quo, quid statuerent, iterum frustra quaesitum est. Adest quidem Il. φ, 234. ὁ δ' ἐπέσσυτο, οἴδματι θύων. Sed neque Il. ι, 646. ἀλλά μοι οἰδάνεται, neque Hymn. in Cer. 14. ἁλμυρὸν οἶδμα, neque Hes. Theog. 109. ἀπείριτος οἴδματι quadrat.

Οἶκος, οἰκέω, οἰκίον, οἰκόνδε, οἴκαδε, οἴκοθεν. Constanter in his digamma fuisse tradunt, et plurima sane loca in eo convenire, apparet. Ex magna, quae in Homericis obviam se dat, exemplorum copia pauca adnoto. Il. β, 668. λ, 632. ν, 664. ρ, 738. Od. α, 232. Interdum autem in eo quoque vocabulo, quae dubium injiciunt, occurrunt. Il. α, 19. εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι. β, 750. περὶ Δωδώνην δυςχείμερον οἰκί' ἔθεντο. η, 364. καὶ ἔτ' οἴκοθεν. Il. ω, 572. Πηλείδης δ' οἴκοιο. Od. β, 52. πατρὸς μὲν ἐς οἶκον. idem Hes. Op. et D. 800. et Od. ξ, 318. ρ, 84. Od. β, 154. διά τ' οἰκία. δ, 596. οὐδέ κέ μ' οἴκου ἕλοι πόθος. η, 326. ἀπήνυσαν, οἴκαδ' ὀπίσσω. ι, 530. πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι. ν, 42. ἀμύμονα δ' οἴκοι ἄκοιτιν. 305. ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι. 125. αὖτ' οἰκόνδε πάλιν κίον. ο, 21. κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν. 66. ἐέλδεται οἴκαδ' ἱκέσθαι. π, 70. ὑποδέξομαι οἴκῳ. 303. μήτε τις οἰκήων. 465. εἰρύαται, οἴκαδ' ἰόντα. σ, 419. κατακείομεν οἴκαδ' ἰόντες. υ, 232. ἐλεύσεται οἴκαδ' Ὀδυσσεύς. φ, 211. ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι. ω, 208. ἔνθα οἱ οἶκος ἔην. et 446. μ' οἴκαδ'. Hymn. in Apoll. 46. φίλοι οἰκία. in Cer. 303. βὰν ῥ' ἴμεν οἴκαδ' ἕκαστος. in Merc. 285. σκευάζοντα κατ' οἶκον. Hes. Op. 376. πατρώϊον οἶκον. 632. ἵν' οἴκαδε. Th. 64. Ἵμερος οἶκοι ἔχουσιν.

Οἶνος, οἶνοψ, οἰνοποτάζω atque inde deducta nomina propria hiatum frequentant. cf. Il. λ, 775. υ, 84. 234. Od. δ, 474. Multo vero minus opportune cadunt Il. β,

641. οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος. ε, 813. δαΐφρονος Οἰνείδαο. 706. Αἰτώλιον, Οἰνόμαόν τε. η, 467. παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι. 472. ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο. ι, 224. πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας. κ, 497. τὴν νύκτ', Οἰνείδαο παῖς. At hic versus adventitius est. σ, 545. μελιηδέος οἴνου. In Odyssea α, 110. οἱ μὲν ἄρ' οἶνον. β, 379. ἔπειτά οἱ οἶνον. γ, 40. ζ, 77. υ, 260. ἐν δ' οἶνον ἔχευεν. γ, 46. μελιηδέος οἴνου. 507. κρειῶν τε καὶ οἴνου. σ, 396. ὁ δ' ἄρ' οἰνοχόον βάλε. 418. φ, 263. ἀλλ' ἄγετ', οἰνοχόος μέν. φ, 142. ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει. Hes. Op. et D. 589. βύβλινος οἶνος. 592. πινέμεν οἶνον. 596. ἱέμεν οἴνου. 744. ποτ' οἰνοχόην. Adde Od. ι, 454. τ, 122. λ, 61. ο, 334.

Οὐλαμός. Modo raro usurpat hoc vocabulum poëta, Il. δ, 251. κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν. et in nonnullis aliis locis invenitur, praeterea υ, 379. ἐδύσατο οὐλαμὸν ἀνδρῶν.

Οὖλος. Ubi est crispus, digamma stare Heynius narrat, neque autem, si pro ὁλοὸς dicatur. Quamquam Il. β, 8. adsit, Βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε. id enim fuisse Βάσκ' ἴθ' ὁλοόν, (adspiratione ista, eaque duplici post alterum ο inserta,) aliis persuasurus est.

Ὦλξ, sulcus, antiquitus cum digammate scriptum fuisse assertum est ex Il. ν, 707. ἱεμένω κατὰ ὦλκα. Cui opinioni Hermann. ad Orphic. p. 735. adstipulatur, vocabulumque αὖλαξ, quod eadem ex stirpe est, pari usu viguisse addit, quod ex Hes. Op. et D. 443. ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι sibi colligit. Quid vero? si poëta in his scripserat ἰθεῖαν ἀν' αὔλακ' ἐλ. Praepositio hac in re propria est, vid. Il. σ, 546. τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους. Od. ν, 32. νειὸν ἀν' ἕλκητον βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον. eamque facile absorberi potuisse, nemo infitias ibit.

Ὡς particulae Bentlejus, Heynio non assentiente, digamma praefigere voluit.

§. 8.

Quae vocabula enumeravi, iis Homerica aetate digamma adjectum fuisse, Heynius arbitratus est, multo plura in hunc numerum Dawesius, Payne Knight, Bentlejus retulerunt, eam ob causam in hanc sententiam delati, quod ita optimam hiatuum medelam inventam sperabant. Quae, quam imbecillis sit, quam multa alia novae mutationi subjicienda offerantur, ex iis, quae

congessi, omnes perspicient. Atque iis, quae attuli, justa lance pensitatis, si statuamus, Homerum usum illum digammatis vel prorsus nescivisse, vel mature in ejus carminibus necdum perscriptis exolevisse, nos a vero haud multum aberraturos esse crediderim. Omnes enim, qui illi renituntur versus, sive mutare velis, verendum erit, ne pessimae cuique lectioni, quales reapse Bentleji et Heynii multae sint, aditus in Homeri carmina pateat, sive versus istos spurios et a sciolis insertos judicare, ne tertia propemodum Iliados atque Odysseae parte resecta carminum illorum ambitus mirum in modum circumscribatur, et Homericum corpus quasi attenuetur, periculum existit. Sedulo eos notavimus versus, quos, cum correctio idonea subveniret nulla, Heynius aliique supposititios et Homeri ingenii et artis temerarios quasi comites dixere, et persaepe unicum, qui illo, quod opinantur, vitio laboret, magnam aliorum stragem secum ad interitum trahere, facile intellectu est. Veluti querela ista, qua Briseis Achillei restituta Patroclum interfectum prosequitur Il. Rhaps. *τ*, 283—302. Quae, sive affectuum veritatem, sive naturae convenientiam spectes, insigni arte atque egregia, eaque Homerico ore dignissima simplicitate composita est, et cum verissima Scholiastae Apoll. Rhod. ad Argon. I, v. 247. observatione congruit. Neque illud additamentum v. 301. 2. — — *ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη*, nos offendere potest, quum haec ipsa sincerum antiquitatis colorem nullo fuco insimulatum nobis demonstrent. Quem enim fugit similis illa, si rem compares, in Diomedis et Glauci congressu adjecta clausula Il. *ζ*, 234—6. Qui vero his indignantur, iis, quantumvis de Homero ex aetatis suae indole atque ratione explicando disputent, aetatis illius veram indolem nondum satis intellectam esse, facile mihi persuasum habeo. Praeterea versibus hisce, multi cum scriptores eos vel memoraverint, vel imitando expresserint, auctoritas externa accedit. Plutarchum quidem Heyn. Vol. VII. p. 672. adduxit, at idem valet de Heliodor. in Aethiopic. Libr. I. C. 18. Achill. Tat. II, 34. Chariton. VIII, 5. Res autem cum ita, ut dixi, se habeat, totam illam doctrinam de digammatis vestigiis apud Homerum indagandis, eoque iterum restituendo, critico provido, omnia dili-

genter circumspicienti, se commendare non posse, existimo. Huc accedit, quod vocabulorum illorum plurima, quibus digamma adfuisse, Grammatici diserte testantur, veluti Ἑλένη, Ἕνετος et alia, quae ab Heynio memorata inveniuntur, in Homericis secus apparent, immo saepissime contrarium demonstrant. At hiatus, inquiunt, exempla digammatis ope egregie compescuntur, atque ad exiguum numerum rediguntur. Qui ita disputant, iis Homerum et immortalia illa summae vetustatis monumenta satis cognita esse nego. Nam si vera essent, quae jactantur, hiatus illo adminiculo ex Homero exstirpari posse, profecto aliquantum plus fidei, quam feci, spiritui illi addicendum putavissem. Atqui ingens hiatuum numerus remanet, quorum quidem multos Heynii et Bentleji conatus deleturi erant, „tamen, ait Hermannus, usque recurrit." Jam, si ita est, et nos intelligimus, Homerum tum aliis in vocibus, quibus cum digammate commercium intercedit nullum, pariter hiatum habere, non video, cur, ut paucis incommodis liberemur ad auxilium, quod multo graviora detrimenta affert, confugiamus. Nec per se credibile est, si spiritus illius vis tanta, quanta eum instruere solent viri docti, apud Homerum viguisset, eum jam eo tempore, quo Homerica carmina collecta et in volumen redacta sint, oblivioni prorsus traditum fuisse. Jam ut iis, quae primum observabam, fidem adstruamus, singulos, ubi vel digammatis doctrina adscita hiatum nihilo secius relictum videmus, breviter percurramus locos, et ita quidem, quoniam, qui in singulis hexametri sedibus poëtas antiquissimos liberiore venia usos esse dicant, inveniuntur, ut disputationem nostram ad singulos versus Homerici pedes accommodemus. Quo intelligatur, in omnibus fere brevibus vocalibus pariter, atque in omnibus hexametri regionibus eandem fere veniam hiatui apud antiquissimos poetas datam fuisse. Saepe quidem voces singulae, quibus ille exoritur, interpunctione distinentur, quo quidem adminiculo hiatus non plane tollitur, at multo minus percipitur, plurimi tamen alii restant loci, qui hoc ipso auxilio carent; eoque Apelii doctrinae, qui omnem hiatum gravem putabat, Homeri carmina valde adversari manifestum est. Hiatum vero versui heroïco non dignitatem et gravitatem quandam, uti Hermannus

dixerat, sed levitatem conciliare Apelius Metr. p. 505. affirmat. Jam vero, si Hermannus erravit, veteres eodem errore deceptos fuisse, videmus. Quamquam enim illi quemlibet vocalium concursum hiatum appellent, neque ejus notionem ita arctis, uti nos fecimus, vinculis comprehendant, tamen Eustathius e veterum technicorum praeceptis non semel observat, poëtam ob soni gravitatem et pondus hiatus sectatum esse. vid. eum ad Il. α, v. 1. p. 11. β, 87. p. 178. ξ, 271. p. 985. „ἰστέον δὲ, ibi ait, καὶ ὅτι τὸ ἀάατος δὲ εὐφωνίαν." (vide, hoc vocabulum immerito videri Schneidero dubiae fidei.) tum inferius addit: προκρίνει γὰρ, ἐν πολλοῖς, ἡ ποίησις λείας φωνῆς τὸ χασμῶδες διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ὀγκηρόν. In aliis particulam ῥα et γε interponi testatur, non tam, ut recentiores sibi fingunt, hiatus vitandi causa, quam, maxime priorem, ob fortiorem et asperiorem heroicae poësi gratum sonitum, velut ad β, 632. p. 307. ν, 505. p. 956. l. 8. et alibi. Neque autem dissimulandum, nonnumquam has particulas vere ad hiatus medelam interpositas veteres statuisse, ut testatur Eustathius ad Il. π, 573. p. 1076. l. 52. τότε γ' ἐσθλὸν καὶ ἑξῆς, δηλοῖ τῇ ἐπενθέσει τοῦ γε συνδέσμου φορτικὴν καὶ Ὁμήρῳ εἶναι τὴν σκληρὰν χασμῳδίαν, εἰ καὶ ἄλλως αὐτοῖς χαίρει, ὅτε χασμᾶται καιρίως. Cur in his hiatus Grammaticis molestus visus sit, difficile dictu est: sonum vocalium earundem aequalem, et quidem numero quiescente, minus gratum sententiae ejus causam fuisse, arbitror. Quamquam, et hiatuum ejusmodi comparatorum exempla haud plane desiderantur. Ceterum haec modo in Homerum et priscae aetatis poëtas, neque in recentiores Graecorum epicos, valere, nulla eget admonitione, aliam enim seriorum, aliam Homeri rationem esse, nemo nescit. Illius vero linguam hiatus non molestos putavisse, ejus carmina etiamnunc satis edocere possunt, et quod dicebam in omnibus versus sedibus hujus κακοφωνίας multa offenduntur exempla. Haud pauca in primo pede obtinent, non ita multa quidem in secundo, non quia ibi poëta studiosius evitaverit, sed quia voces minus raro abrumpuntur, saepius continuantur, plurima fere in tertio, quia in eo e constanti versus heroici structura caesura legitima erat. Neque exiguus numerus in quarto, quod non tam ad caesuram trochaicam evitandam factum esse censeo, quam quia Homerus

saepe vel novam sententiam ibi orditur, vel certe additamento adjecto versum amplificat, eumque complet: rariora iterum quinta offert regio, neque autem ibi prorsus ab hiatu poëtae abstinuerunt. Jam vero singulis, ut comprobemus, exemplis opus est. Videamus igitur de hiatu in pede primo.

§. 9.

Nolo autem Bentleji et Heynii conjecturas et artificia, quibus in singulis locis hiatui occurrere studuerunt, afferre et refellere. Qui tanti aestiment, observationes edit. Heyn. comparent, et, si quid intelligo, mutationibus ab illis propositis castitati Homeri admodum male saepe prospectum esse, experientur. Sed in cursu, cui insistimus, progrediamur. Habes igitur literae α in terminationibus, quae eam brevem requirunt, multos apud Homerum hiatus. Il. α, 532. εἰς ἅλα ἄλτο. Od. δ, 654. Μέντορα, ἠέ. Nam porro leguntur quidem: Il. β, 115. ι, 22. δυσκλέα Ἄργος, Od. δ, 728. ἀκλέα, ἐκ, at forsitan inveniantur, qui nullum hiatum in his inesse putent. Nomina tertii generis et particulae hiatum passim admittunt. Parem excusationem, quam quae modo vidimus habent, e forma decurtata inferas hisce: Il. δ, 109. τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς. Od. υ, 153. καὶ δέπα ἀμφικύπελλα. cf. τ, 62. At Il. ε, 725. χάλκεα ὀκτάκνημα. π, 404. ἡνία ἠΐχθησαν. τ, 194. δῶρα ἐμῆς. jam Eustath. ad h. l. p. 1179. l. 32. observat: γράφεται καὶ δῶρα δ' ἐμῆς εἰς θεραπείαν χασμωδίας. Volunt illud esse δή, de quo inferius sermo erit. Alia vide χ, 266. Hymn. in Ap. 537. Hes. Theog. 43. δώματα ἀθανάτων. Particulae sunt: Il. α, 203. ἦ ἵνα ὕβριν. ξ, 182. ἄρα ἕρματα et illi congrua. Hymn. in Ap. 391. Hes. Theog. 532. tum Il. ι, 247. ἀλλ' ἄνα, εἰ μέμονας. Verborum quaedam exempla minus molestiae habent, ut Od. δ, 744. η, 41. 274. Pronominum casus quartus et particulae secundam in vocalem finitae crebro leguntur hiatu: Il. ρ, 16. τῷ με ἔα, cf. χ, 339. (quo in verbo hiatum frequentari jam Hermannus de ellips. et pleonasm. p. 210. notavit.) ψ, 71. θάπτε με, ὅττι. Alterius generis nulla, quam quae δὲ offert, exempla saepius inveniuntur. Il. ι, 519. ἐν δὲ ἰῇ, cl. φ, 569. λ, 767. νῶϊ δὲ ἔνδον. Od. ζ, 296. ἄστυδε ἐλθώμεν. σ, 323. δὲ ὥς. Hes. Op. et D. 270.

νῦν δὲ ἐγώ. Il. β, 165. 181. μηδὲ ἔα. Od. γ, 480. ὄψα τε, οἶα. Hes. Op. et D. 550. ὅς τε ἀρυσσάμενος. Theog. 466. τῷ ὅγε οὐκ. Vocalis ι in dativo tertiae declinationis multos facit hiatus. Il. η, 272. ἀσπίδι ἐγχριμφθείς. cl. ρ, 45. μ, 117. ἔγχεϊ Ἰδομενῆος. cl. π, 309. ω, 335. ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι. Od. θ, 547. ἀνέρι, ὅστ' ὀλίγον. vid. praeterea Il. π, 583. ρ, 324. 583. ψ, 278. Od. ρ, 443. η, 154. πὰρ πυρί· οἱ δ' ἄρα. Nam Il. ω, 18. et Od. λ, 191. ubi κόνι adest, (de priore loco etiam Heynius nihil observat,) e Grammaticorum praeceptis haec nomina longa in exitu proferuntur vocali. Pronomen τι numquam elisum hiatu dicitur. Il. ε, 465. Od. κ, 246. Insuper adsunt Il. θ, 428. νῶϊ ἐῶ. Od. δ, 543. μηκέτι, Ἀτρέος. At in Hom. Hymn. in Ap. 330. uti Ilgen. p. 310. vulgatae loco τηλόθι οὖσα suasit, τηλόθ' ἐοῦσα scribi debere, non est dubium, et jampridum hoc monuit Hermann. ad Orphic. p. 824. Vocalis ο in articulo sive pronomine ὁ, praeeunte particula αὐτάρ, in prima versus regione hiatum efficit. Il. α, 333. θ, 446. αὐτὰρ ὁ ἔγνω. β, 105. 107. αὐτὰρ ὁ αὖτε. ϑ, 271. αὐτὰρ ὁ αὖτις ἰών. γ, 379. φ, 33. αὐτὰρ ὁ ἄψ. ε, 142. αὐτὰρ ὁ ἐμμεμαώς. cf. ex Odyssea ζ, 224. η, 230. ξ, 1. τ, 1. 51. 231. υ, 1. Heynius in his omnibus ὅγε per apostrophum scribendum esse judicavit, et ad Il. β, 107. neminem in hiatu offendisse miratur, nec profecto negandum est, Grammaticorum judicium in his diversum fuisse, nam in multis, qui, si sententiam spectes, nihil differunt, ita editur, in aliis, ubi nunc hiatus adest, in codicibus aut aliis, a quibus versus afferuntur, scriptoribus eadem lectio est, et e contrario, ubi nunc hiatus particula adjecta removetur, alii libri eundem offerunt. Vera haec esse, monstrabunt hi modo Iliados loci: ε, 308. κ, 154. λ, 483. ν, 164. φ, 367. ψ, 896. αὐτὰρ ὅγ' ἥρως. deinde Il. β, 667. ζ, 474. λ, 461. μ, 40. ν, 399. ο, 630. Quid igitur in his praeferendum sit, dijudicari vix potest. At antiquitus, si eos semoveris locos, ubi substantivum sequitur, ut illud αὐτὰρ ὅγ' ἥρως, simplex ὁ ubique et ad versus et ad sententiae integritatem satis videri potest, et altera litera demum a Grammaticis, vel temporis decursu, ubi vocalium concursus molestiae plus, quam Homerica aetate, auribus exhibuit, adjecta. Jam Hymn. Hom. in his plerumque hiatum repudiant, cf. Hymn. in Ven. 128. in Cer. 297. 372. Supra memoratis adde Il. ν, 100. δεινόν,

ὃ οὔποτ᾽ ἔγωγε. In aliis ejusdem vocalis hiatus rariores sunt, velut Il. ν, 300. ἕσπετο, ὄφρ᾽ ἐφόβησε. υ, 427. ἔπλετο, ὅττι. Od. η, 217. ο, 527. Denique Hymn. Hom. XXXII, 3. ἧς ἄπο αἴγλη. ubi si ἄπαι cuiquam scribere placeret, monendum est, hanc formam nonnisi in pedis arsi stare posse. Quibus postremum adjungantur hiatus in υ terminati. Il. α, 393. ἀλλὰ σύ, εἰ. ζ, 123. ο, 247. ω, 387. τίς δὲ σύ ἐσσι. Od. ν, 133. πάγχυ, ἐπεί. ξ, 69. πρόχνυ, ἐπεί.

§. 10.

Quot in primo heroici versus pede hiatus, tot quidem in secundo non apparent, at ejus expers illa versus regio haudquaquam invenitur. Quodsi autem non ita multi hiatus hoc in loco reperiuntur, data opera eum ibi vitasse poëtas, censeri non potest, ex eo enim res ortum habeat, quod incisiones et sententiarum clausulae, quibus hiatus progigni soleant, minus crebro illo loco determinentur. Hymn. Hom. in Cer. 194. ἀκέουσα ἔμιμνε, cujus simile exemplum in hac quidem parte totum Iliados et Odysseae volumen non praebet, et emendari possit ἀκέων παρέμιμνε, ut Il. δ, 22. vid. Schol. Venet. ad h. l. p. 108. at, cum et idem carmen 492. certe similem hiatum offerat, et in tertia regione multi ejus coloris occurrant, locum sollicitare nolim. In aliis vero multis breve α hiatum efficere animadvertimus. Il. θ, 75. ἀστέρα ἧκεν. ε, 118. ψ, 263. Od. τ, 185. Hes. Op. et D. 516. αἶγα ἄησι. porro Il. ε, 90. ἕρκεα ἴσχει. cll. β, 87. ξ, 182. Od. γ, 480. οἷα ἔδουσι. Il. λ, 24. δέκα οἶμοι. Ib. 109. παρὰ οὖς. cll. ε, 603. ν, 98. μ, 58. ῥέα ἵππους. Od. σ, 334. τάχα Ἴρου. Il. ψ, 820. ἔπειτα ὑπέρ. tum Od. β, 430. Hes. Op. et D. 372. ἄρα. Od. ω, 351. ῥα. θ, 580. ἵνα. Verbi unicum extat exemplum Od. ψ, 201. ἐτάνυσσα ἱμάντα. Variae in ε desinentes formae nonnumquam hiatum ostendunt. Il. β, 8. οὖλε Ὄνειρε. Pronominum: σε Il. τ, 288. Od. ζ, 151. Hymn. in Ap. 54. (ubi Hermanno correctio necessaria visa est.) Od. φ, 211. ἐμὲ αὖτις. Particularum: Il. γ, 46. τοιόσδε ἐών. ε, 310. λ, 356. ἀμφὶ δὲ ὄσσε. Od. α, 225. τίς δὲ ὅμιλος. δ, 805. οὐδὲ ἕωσι. κ, 536. μηδὲ ἐᾶν. σ, 420. δὲ ἔσπωμεν. Dativi: Il. γ, 244. ἐν Λακεδαίμονι αὖθι. cll. λ, 256. Od. ε, 287. Deinde ejusdem vocalis particulae: Il. η, 217. ρ, 354. ἔτι ἴσχε. θ, 54. οὔτι ἐγώ. (rectius Hermannum in

offerant, ut in primo Iliados loco Harlejanus, pluralem substituere ob pleniorem et numerosiorem sonum haud ineptum videri possit, vid. quae de illis Censor Wolf. Homer. Ephemerid. liter. Jenens. 1809. N. 243. in hexametri fine observat. Il. ω, 264. ἐπιθεῖτε, ἵνα. Od. ω, 329. εἰπὲ ἀριφραδές. Pronomina: Od. λ, 144. πῶς κέν με ἀναγνοίη. ω, 63. σε ὁμῶς. Particulae in multis deprehenduntur: Od. υ, 356. Ἔρεβόςδε ὑπό. υ, 367. θύραζε, ἐπεί. ι, 286. τοῖςδε ὑπέκφυγον. Il. γ, 442. ὧδε ἔρως. β, 528. γε ὅσος. φ, 495. τῇγε ἀλώμεναι. cll. ω, 784. Od. π, 142. ρ, 497. τ, 407. ω, 328. Od. κ, 41. αὖτε ὁμήν. ν, 14. αὖτε ἀγειρόμενοι. β, 120. Hes. Theog. 255. τε, ἐϋστέφανος. υ, 378. τε, ἔπειτα. ω, 374. τε ἀμείνονα. Hymn. Hom. in Ven. 10. τε ἄδον. Il. δ, 147. ζ, 469. θ, 162. μ, 311. φ, 351. χ, 469. Od. λ, 337. σ, 249. ψ, 289. Hes. Theog. 19. τε, ἰδέ. Heynius in omnibus Iliados locis τ᾽ ἠδὲ voluit, haec vero forma perraro in Homericis apparet, ubi metri necessitas eam protulisse videtur, velut Il. τ, 285. στήθεά τ᾽ ἠδ᾽ ἁπαλὴν δειρήν. Variam particulae ἰδὲ usum Quinti Smyrnaei notat Tychsen. in Commentat. de Quint. Sect. II. §. 10. not. 1. In Hesiodi Op. et D. Theog. 787. simplex δὲ ita in hiatu collocatum reperitur. Hiatus syllabarum in ι exeuntium tum aliarum tum dativi singularis satis multi adsunt. Il. κ, 285. πατρὶ ἅμ᾽ ἕσπεο. λ, 256. Κόωνι, ἔχων. δ, 134. ζωστῆρι ἀρηρότι. quibuscum compone Odysseae versus: ε, 125. ο, 160. 525. cll. Il. ν, 821. Od. ν, 305. φ, 195. et Il. τ, 179. υ, 322. 385. θ, 283. Alia exempla: Il. θ, 420. Γλαυκῶπι, ὅτ᾽ ἄν. ε, 896. ἐσσὶ, ἐμοί. ι, 57. ἐσσὶ, ἐμός. ξ, 209. ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι. Od. θ, 216. βάλοιμι, ὀϊστεύσας. ε, 290. φημὶ ἄδην. Il. χ, 206. ἐπὶ Ἕκτορι. ω, 593. ὅτι Ἕκτορα. Hymn. in Ap. 488. ἐπὶ ἠπείρου. quod postremum interpretes certatim emendaverunt, uti Hermann. Matthiae, quos adi. Hes. Scut. 110. οὔτι ἀτάρβητον. Ultima brevium vocalium ο tum in genitivis priorum declinationum, tum in verbis multa hiatus exempla in carminibus Homericis suppeditat. Prioris generis vide locos hos. Il. ψ, 76. Ἀΐδαο, ἐπήν. ρ, 610. Μηριόναο ὀπάονα. β, 625. Δουλιχίοιο, Ἐχινάων. η, 63. Ζεφύροιο ἐχεύατο. vid. ξ, 154. Hymn. in Venerem 293. in Cer. 105. Il. θ, 479. πόντοιο, ἵν᾽ Ἰάπετος. λ, 732. ποταμοῖο, ἀτάρ. π, 512. τ, 73. ψ, 224. 252. ω, 318. 717. Od. τ, 19. υ, 21. φ, 229. Hes. Theog. 644. Il. χ, 253. σεῖο ἕλοιμι. Od. ο, 251. εἵνεκα οἷο, ἵν᾽ αἰθ.

Il. φ, 112. ἐμεῖο Ἄρῃ. Posterioris usus: Il. δ, 412. ἧσο, ἐμῷ. cll. α, 565. 569. β, 571. ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην. 315. ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη. β, 211. ε, 388. ε, 3. γένοιτο ἰδέ. cll. 270. 637. δ, 91. 382. υ, 148. ζ, 501. ἔφαντο ὑπότροπον. ι, 127. 426. π, 848. ψ, 138. 332. Od. α, 112. προτίθεντο, ἰδέ. γ, 10. κατάγοντο, ἰδέ. (Cum in illa particula tam multi offerantur hiatus, in ea digamma non quaesitum esse, merito mirari subeat.) γ, 64. 388. λ, 52. μ, 199. τ, 542. Od. χ, 362. ἔκειτο ὑπό. Quare etiam praestantiorum Codicum lectio Il. φ, 426. κεῖντο ἐπὶ χθονί Heynium non eo permovere debebat, ut multo pejorem κεῖντο ποτὶ χθ. reciperet, in quo, si Bentleji πλῆντο simul recepisset, certe Homerica a lingua non deflexisset. Quamquam enim illud ipsum verbum ita junctum in Homericis numquam inveni, tamen similia vid. Il. δ, 112. 3. Od. η, 190. Ceterum in hac praepositione Il. φ, 507. τὴν δὲ προτὶ οἷ Ἕλε πατήρ, etsi nullam lectionis varietatem indagare potuerim, ποτὶ οἷ ad correptionem evitandam scribendum puto, et ita editur in loco simillimo Od. ω, 347. 8. τὸν δὲ ποτὶ οἷ Ἕλεν et q. s. In aliis hiatus adsunt: Od. μ, 258. κεῖνο ἐμοῖς. Il. ε, 303. υ, 286. 466. Od. γ, 146. ὅ οὐ. cl. 275. Il. ψ, 585. τὸ ἐμόν. ζ, 201. τὸ Ἀλήϊον. Il. δ, 156. κ, 286. πρὸ Ἀχαιῶν. Tum υ, ubi breve est, hiatum ibidem efficit. Il. η, 310. ἄστυ, ἀελπτέοντες. υ, 205. οὔτ' ἄρ πω σὺ ἐμούς. Od. δ, 746. ἡδύ ἐμεῦ.

§. 12.

Quarto in pede hiatum saepius ad trochaeum arcendum inveniri ex Hermanni sententia jam dictum est. At profecto multo rarius, quam in regione antecedente, animadvertitur, et quia trochaeum plerumque declinabant, maxime numero quiescente. Id quod omnia fere Homeri et Hesiodi exempla edocent. Hom. Il. β, 3. φρένα, ὡς. ε, 568. ἔγχεα ὀξυόεντα. υ, 170. ἰσχία ἀμφοτέρωθεν. ο, 232. Od. κ, 458. ἄλγεα ἰχθυόεντι. ε, 81. μεγαλήτορα ἔνδον. δ, 141. ρ, 301. χ, 249. ω, 273. 466. Hymn. in Ap. 190. in Cer. 12. Neque aliter apud Hesiodum Scut. 108. Ἀρήϊα, ὄφρα. Theog. 10. περικαλλέα ὄσσαν. cll. v. 65. 182. Verba et praepositiones habes: Il. κ, 70. πονεώμεθα ὧδε. 93. περιδείδια, οὐδέ. Od. μ, 252. κατὰ εἴδατα. τ, 233. κατὰ ἰσχαλέοιο. Tum ε reperitur in hiatu collocatum et in ver-

[illegible] saepius, ut Il. *β*, 218. *συνοχωκότε· αὐ-* [illegible] *ἐρύσσατε ἤπειρόνδε.* 404. *πελάσσατε,* [illegible] *σατε, ὅστις.* Il. *δ*, 138. *ε*, 538. *ρ*, 518. [illegible] *εἴσατο.* Ubique in his exemplis Hey- [illegible] *ἐείσατο*, a quo poëta, ut vel hiatu re- [illegible] seviret sono, consulto abstinuisse videtur. [illegible] 142. *δὲ ἄντα.* At recte nunc sublatum in [illegible] *ὅδε, ὃν σὺ κελεύεις* ex Harlej. Codicis [illegible] et Hermanni monitu ad Hymn. in Cer. 66. [illegible] *Ὀρσίλοχον.* Od. *γ*, 293. *αἰπειά τε εἰς ἅλα.* Od. [illegible] *ο*, 536. *τε αἴθοπα. δ*, 831. *η*, 6. Hes. Op. [illegible] *τε ἱλάσκεσθαι.* Tum *ι* locum tenet: Il. *ε*, 50. [illegible] 384. *ο*, 536. 742. Od. *υ*, 306. *ἔγχεϊ ὀξυόεντι.* Il. [illegible] *ὄφρα.* cl. *ι*, 238. *β*, 6. *Ἀγαμέμνονι οὖλον.* Od. [illegible] *Ὑπερίονι ἄγγελος.* Il. *ζ*, 422. *ἤματι Ἄϊδος.* cll. [illegible] Merc. 17. Il. *λ*, 791. *ξ*, 130. *υ*, 22. Od. *φ*, 433. [illegible] Op. et D. 74. Scut. 345. Theog. 435. Aliae termi- [illegible] sunt: Od. *ε*, 87. *χρυσόῤῥαπι, εἰλήλουθας.* Od. *ν*, [illegible] *ἥμισυ. ο*, 83. *δέ τι ἔν.* Vocalis *ο* reperitur in his: Hes. Op. et D. 550. *ἀπὸ ἀεναόντων.* Il. *ε*, 221. *ἐπιβήσεο,* [illegible] 472. *κέκλιτο, εὖ. θ*, 66. *λ*, 84. *ἀέξετο ἱερόν. ψ*, [illegible] *ὑπέσχετο ἱερά. ψ*, 224. *ὀδύρετο ὀστέα.* vid. *λ*, 76. *ι*, [illegible] 100. Od. *α*, 61. 263. *ε*, 255. 391. *μ*, 168. *ι*, 438. Il. *δ*, 382. *πρὸ ὁδοῦ. κ*, 224. *πρὸ ὁ.*

§. 13.

Pervenimus tandem ad quintam Homerici versus regionem, in qua parcius vocalium concursum admissum esse, non mirum est, etenim in versuum clausula gravitati plurimum studuisse poëtas magnam habet probabilitatis speciem, vocalium vero et earum brevium concursus soni gravitatem imminuere solet. At nihilo secius in hac quoque Homerici versus sede, tum in vocibus, ubi digammatis interventu occulere voluerunt, tum in aliis, quas eo caruisse certum exploratumque est, hiatus deprehenditur. Monstrent exempla: Il. *ι*, 189. 524. *κλέα ἀνδρῶν. λ*, 678. *πώεα οἰῶν. ν*, 22. *σ*, 4. Od. *γ*, 290. *ο*, 360. Hes. Theog. 399. Hymn. in Ven. 224. *πότνια Ἠώς.* quod si in Iliade lectum fuisset, vix dubito, quin digamma ei appinxissent, ut in isto, *πότνια Ἥρη*, voluerunt, et Il. *δ*, 2. *πότνια Ἥβη* immutare. Od. *ξ*, 233. *καί ῥα ἔπειτα.*

ω, 430. ὦκα ἱκέσθαι. Tum ε in particulis potissimum sic offertur. Il. ω, 528. δὲ, ἑάων. Od. ε, 135. η, 256. ψ, 335. ἠδὲ ἔφασκεν. ω, 209. ἠδὲ ἴανον. Od. δ, 236. ἄλλοτε ἄλλῳ. cl. Hes. Op. et D. 713. Il. β, 90. αἱ δέ τε ἔνθα. Od. κ, 68. φ, 216. Hes. Op. 586. Tum vocalis tertiae hiatus sunt: Il. π, 522. παιδὶ ἀμύνει. ρ, 196. παιδὶ ὄπασσεν. φ, 21. Od. μ, 372. λ, 515. οὐδενὶ εἴκων. ν, 143. κάρτεϊ εἴκων. Il. ξ, 358. ἔτι εὕδει. Od. ϑ, 136. Hes. Op. et D. 544. Porro ο legitur: Il. ψ, 73. ποταμοῖο ἐῶσιν. ω, 349. Ἴλοιο ἔλασσαν, β, 332. Od. α, 135. γ, 77. alibi. Verba: Il. α, 344. μαχέοιντο Ἀχαιοί. ξ, 285. σείετο ὕλη. Od. ε, 257. 262. ι, 553. κ, 320. χ, 186. Hes. Scut. 294. ἀπὸ ὄρχων. Il. κ, 348. ἄστυ ἀλύξῃ. Jam vero cum tam immensa hiatuum copia, etsi digammati fidem habere velis, remaneat, mihi quidem suspicio nondum ademta est, illam literam Homero incognitam, hiatum vero usu vetustissimo non interdictum fuisse. Quamquam enim isti, quod putabant, Homericae poëseos vitio subvenire conati sunt, et plurima illa exempla maxime usu particularum abolere voluerunt, tamen studium illud parum feliciter successisse videtur. Quales enim, quas supra §. 11. memorabamus, plurimae hujus generis conjecturae sunt, tales immortalia Homeri carmina non exornant, sed deteriorem in partem corrumpunt. Multa autem praeter illam exemplorum copiam sunt, quae Homerum hiatum non tantopere fugisse testari possint, nam et in mediis verbis literarum sonantium multitudo neque epicos poëtas, neque Herodoti linguam offendere multis exemplis demonstrari possit, immo vix ambiguum esse videtur, quin veteres Grammatici Atticorum linguae et lectioni assuefacti haud exiguam hiatuum partem deleverint, atque oblivioni tradiderint. Cujus rei vestigia non raro in libris et apud Grammaticos apparent, ut Il. ε, 748. vid. Clark. Eustathius dedit ἐπεμαίετο ἵππους. Od. χ, 330. Apollon. Sophista *) in Lex. p. 92. ita recitat: Τερπιάδης δὲ ἀοιδὸς

*) Illud autem Apollonii Sophistae Lexicon iterum probat, quantopere ex antiquis Glossographis et Grammaticis nostra vocabularia ditari possint. Subjiciam hic, quae a Schneideri Lexico vocabula Apollonii absunt: in iis quidem aliquot inveniuntur, modo ad Homericae orationis etymologiam vel significationem

ἀλύσκανε κ. μ. et ejusdem generis multa alia in libris aliis extant exempla. Quod vero Apelius observat, interpun-

---

illustrandam ab ipso excusa, quae asterisco notabo, plurima tamen bona fide accipienda esse videntur. Neque autem fieri potuit, quin nonnulla horum vocabulorum jam ab aliis viris doctis annotata legantur. Quae, quatenus indagare potui primum afferam. p. 68. *Αἰετηδόν* memoravit Passow. in libello de consilio Lex. Graec. Germanice scripto p. 76. p. 163. *Ἔντμησις.* vid. Bast. Append. ad Ep. Crit. p. 22. Apoll. p. 2. *Κακοτράχηλος.* Bast. ad Greg. p. 344. Apoll. p. 23. *Παρακελευστικῶς.* Schaef. ad Greg. Cor. p. 88. Apoll. p. 2. *Ἰσολεχής.* Schaef. ad Greg. Cor. p. 894. Apoll. p. 496. *Τροχώδης.* Schaef. ad Apoll. Rhod. Vol. II. p. 316. Passow. lib. laud. p. 136. et idem ibid. *Ζωνοειδής* ex Ap. Lex. p. 369. attulit p. 122. Haec mihi innotuerunt: alia fortasse jam ab aliis observata esse suspicor, ut certum exploratumque est, nonnulla Schaefer. ad Dionys. Halic. de Compos. verb. referre, at in tanta, quanta nunc literariae supellectilis infelicissima haec urbs premitur penuria, (quam nisi Schleussneri V. S. V. egregia in me voluntate et divino paene studio levatam sensissem, saepe mihi desperandum fuisset,) librum illum, ut conferrem, frustra quaesivi. Sed, ut nonnulla hic et illic jam notata sequentibus immixta lector eruditus animadvertat, certe id laudis me manebit, quod, quaecunque ex Apollonio Sophista Lexica nostra augere possint, unum in locum congesserim. Jam haec videamus. Apoll. Lex. p. 194. *Ἀβλέννης.* p. 22. * *Ἀγρόεσθις.* p. 475. *Ἀδιέκδυτος.* p. 327. *Ἀερόπλανος.* Hoc e Lexico Sangermanensi petitum affert Villois. in nota: ei simile est Eustath. p. 1503. l. 10. *ἀερόδρομος* (*δένδρον*). p. 37. **Ἀκουσιδτητι.* p. 705. *Ἀκρατόφρων.* p. 494. *Ἀκριόεις.* p. 422. **Ἀκτιλος.* vid. Villois. et quod laudat Etymolog. Magn. p. 102. **Ἀμφοτερόχωλος.* p. 154. 435. *Ἀναθεματικός* (votivus). p. 403. **Ἀνάκλιντρον* ex correctione Villois. quem vide. p. 150. *Ἀπακηδιάζω.* p. 419. *Ἀποκρηπίδωμα.* (quamquam hoc, cf. Tollium, certum videri non potest.) p. 322. *Ἀποῤῥηματικός.* p. 146. **Ἀπιντίω.* p. 89. *Ἀπολύσιμος.* inest quidem Lexicis, at significatio, eaque propria, qua affert Apollonius, desideratur. p. 227. **Ἀρματινός.* p. 2. Idem legitur in Statyll. Flacc. Ep. V, 2. Anal. T. II, p. 263. *Ἀτράχηλος* (memoratur Bastio ad Gregor. Cor. p. 344. at a Schneider. Lexic. abesse notatum non video.) p. 177. *Αὐτόληπτος.* p. 178. *Αὐτοχώνευτος.* p. 481. * *Ἄωπος.*

ctionem, ut hiatus minus audiatur, efficere, multi Homerici loci approbare videntur, quamquam ea neque

---

p. 5. *Βλαβεσίφρων.* p. 196. *Βούσυκον*, quod Villois. monente etiam Hesychius habet, similia hucusque in Lexica nondum relata sunt. Qu. Smyrn. V, 64. *βοοσσόος.* (*κέντρα.*) Tryph. Il. Exp. 361. *βοοῤῥαίστης.* p. 230. * *Δαύορπον.* p. 152. *Δοξασμός.* p. 239. *Δορύξεστις.* (Adde compositum ex iisdem *δορατοξόος.* Nicand. Ther. 170.) p. 170. *Δυσμεταστρέπτως.* adv. p. 254. *Δυσαχής.* ib. *Δύσθρηνος.* et Sophocl. Antig. 1210. *Δυσθρήνητος* abest a Schneideri Lexico, p. 232. *Δυσφυλακτέω.* p. 318. *Ἐγκοτητικός.* p. 466. *Ἐγχρονισμός.* p. 240. *Ἑδραστέος.* p. 243. *Εἰθισμένως.* p. 251. *Ἑκατόμπηχυς.* p. 368. *Ἐκκλησιαστήριον.* p. 363. *Ἐκτόμιον.* p. 255. *Ἑλικτήριον.* p. 260. *Ἐμπληκτικῶς.* p. 246. *Ἐνείλυμα.* (nisi cum Villois. legendum *ἐνείλημα.*) p. 425. *Ἔντευγμα.* p. 219. *Ἐντροπηματικός.* p. 533. *Ἐξαπατητικῶς.* p. 273. *Ἐξαμματίζω.* p. 272. *Ἐπιδεινοπαθέω.* p. 283. *Ἐπικατακλάω.* ib. *Ἐπικαταξύω.* p. 286. *Ἐπικουρητικός.* p. 288. *Ἐπιμεμιγμένως.* p. 640. *Ἐπιτελεστικός.* (appellat illud immerito Schneiderus dubium.) p. 295. *Ἑπτάβοειος.* p. 671. *Ἐρικταίνω.* (quod Aristarchus formam primitivam Homerici *ὑπερικταίνω* habuit.) p. 302. *Ἑρπυστάζω.* p. 511. * *Ἔρχαμος.* p. 260. *Εὐμεταβόλως.* p. 90. *Εὐέκπόρθητος.* p. 283. †) *Ἐφιππαστήρ.* p. 367. *Ἱπποπάρηος.* (hoc injuste suspectum reddit Tollius.) (Absunt et *Ἱππότις*, forma sexus feminini, obvia in Tryphiod. Il. Exp. 670. et Arat. Phaen. 438. *Ἱππούραιον.*) p. 491. *Ἰσοετής.* p. 372. *Ἰσχυρόψυχος.* p. 180. *Καθυποστρέφω.* p. 202. * *Καμφηλός.* p. 209. *Κατάξυσις.* p. 467. *Καταπαιγμός.* p. 270. *Καταπρεσβεία.* p. 387. *Κατωπίη.* p. 395. *Κηδεύσιμος.* p. 246. *Κινησίφυλλος.* p. 520. *Κλαυστικῶς.* p. 501. *Κλεϊστός.* (inclytus.) p. 424. *Κυνότερος.* p. 437. *Λεπάμνα.* (hoc loco Homerici Il. ε, 730. *λέπαδνα* suo aevo proprium dicit Apollonius.) p. 161. *Λευκάδους.* p. 515. *Μαζαβολία.* p. 367. *Μεγαλόβοτος.* p. 318. *Μεγαλόκοτος. ως.* p. 367. *Μεγαλοπάρηος.* p. 318. *Μεγαλόπνους.* p. 431. * *Μεγαλόϋφος.* p. 459. *Μιλτόπρωρος.* p. 462. *Μόλησις.* p. 194. *Μύλοθρος.* p. 466 * *Μώλυσις.* p. 474. ††) *Νεοαύξητος.* p. 471. *Νηκερύς.* p. 6.

†) Hoc laudavit Schaeferus V. C. ex Hesychio ad Apoll. Rh. Vol. II. p. 257.

††) Dedit Schaeferus ad Apoll. Rhod. Vol. II. p. 216.

omnes hiatus aufert, neque ejus adjumentum tanti putatum est, ut recentiores quoque hisce hiatum satis defensum duxissent.

§. 14.

Quae poëtarum recentiorum in hiatu admittendo viguerit consuetudo, ea, qua assolet, diligentia Hermannum in additamentis ad Orphei Argonautica exposuisse constat. Quare cum ille ad poëtarum singulorum aetatem quaestionem accommodaverit, eundem tenemus ordinem, paucaque, quae quam exigua sint, me non fugit, ab ipso omissa, corollarii quasi loco subnectimus. Ubi tamen ea hiatus exempla, quae in vocabulis Homericis eo modo persaepe dictis insunt, me sejunxisse, lectores admonitos volo. Arat. in Phaen. 685. 6. *οὐδέ τι Περσεύς, Οὐδέ τι ἄκρα κόρυμβα μένει.* Si lectio certa est, facile se tuebitur hiatus, etenim hac in vocula vocalem elidi non potuisse, et Hermannus in Orph. ad Quint. Smyrn. II, 384. et alii docuerunt. Homericis e carminibus depromta testimonia in superioribus passim habuimus, et plura aliorum adjici possint, ut Apoll. Arg. III, 976. *οὔτι ἐγὼν τοῖος,* quemadmodum Brunckius e duobus Codicib. regiis

---

Νηκικύς. p. 28. *Οἰονέμω.* p. 491. *Ὀϊστικός.* p. 495. * *Ὀλόβιας.* p. 86. *Ὁμόλεχος.* (de quo Schneiderus dubitat.) p. 621. *Ὁμοψυχία.* p. 521. *Ὀπτικῶς.* p. 509. *Ὀρθοκέφαλος.* p. 511. *Ὄρυχος.* vid. Villois. p. 528. *Παλίλληπτος.* p. 562. *Παράλλομαι.* p. 342. *Παρεκδοχή.* p. 28. *Παρέσχατος.* p. 632. *Παρηγμένως.* p. 540. *Πειρινθία.* p. 547. *Περικατακλάω.* p. 268. *Περικεκαλυμμένως.* p. 425. *Περικυφόω,* p. 543. * *Περίπελος.* p. 646. *Περιωσίως.* p. 719. *Πεσολόεντα.* p. 8. *Πολυβλής.* p. 10. *Πολυΐαχος.* p. 426. *Πορίσκω.* p. 570. * *Πρόγονυ.* p. 566. *Προεγκελεύομαι.* p. 569. *Προεκτείνω.* (addit Schneid. dubium, compositum simile Eustathio ad Homer. p. 943. l. 40. *αὐτοεκτανός.*) p. 385. 659. *Προενεκτέος.* p. 669. *Προκαταρχή.* p. 571. * *Προμενεστῖναι.* p. 574. *Προμολίσκω.* p. 342. *Προσυπακουστέος.* p. 601. *Σιγαλόω.* p. 628. *Σόωκος.* p. 621. *Συμπεριφορητός.* p. 643. *Τετράτροχος.* p. 383. *Τραχυόδους.* p. 631. *Τυροποιϊκός.* p. 674. *Ὑποκατανύω.* p. 672. *Ὑποκατεσθίω.* p. 477. *Χιονισμός.* p. 713. *Χλοεύνης.*

exhibuit. Qu. Sm. VII, 359. εἴ τι ἐνὶ μεγάροισι τετυγμένον ᾖεν ἄθυρμα. Verum enimvero in Arateis de genuina loci scriptura dubii quiddam mihi innatum est. Conjunctio haec est: poëta dicit, Capricorno oriente, neque Perseus, neque navis rostra diutius in coelo versantur, sed occidere incipiunt. Quae cum ita sint, ne scribendum sit, Οὐδ' ἔτι Περσεύς, Οὐδ' ἔτι γ' ἄκρα κόρυμβα μένει, magnopere vereor. Quam proni autem in vocabulis divellendis, eaque re veterum scriptis contaminandis et depravandis librarii fuerint, nemo Jacobsio V. C. in Appendice secunda ad Ricardi Porsonii Adversar. ed. Lips. p. 306. sqq., certius demonstravit. Diosem. 1049. 50. (317.)

Μηδὲ ἄδην ἔκπαγλα περιβρίθοιεν ἁπάντη,
Τηλοτέρω δ' αὐχμοῖο συνασταχύοιεν ἄρουραι.

In his scriptio Cod. Barb. et Vindob. μὴ μὲν ἄδην vulgatis multo melior atque aptior videtur, particula enim praegressa respondet insequenti δέ. Nam cum in ilicibus magna glandium copia progerminet, tum in posterum squalore aegrotare solent aristae, quam sententiam non quidem diserte proloquitur poëta, sed tanquam id, quod ipsi in votis est. Veram hanc esse loci sententiam, Scholia abunde docent, at interpretes non satis recte intellexerunt; latina enim Buhlii interpretatione: „Neque nimis insolenter gravidae fiant undequaque, sed magis procul a squalore compleantur arva.“ nemo, credo, poëtae mentem perspiciet: fortasse autem e Codic. Mosq. vestigiis μή μευ ἄδην accommodatius etiam rescribas: Μή μοι ἄδην et q. s.

Ib. v. 1051. (319.) τρισσαὶ δέ γε αὖξαι. iterum Codic. lectio τρισσαὶ δέ οἱ αὖξαι immerito rejecta est. Ita etiam non dubito, in Phaen. v. 82. ἀμφότεροι δ' ὄφιος πεπονείαται lectionem Codic. Mosq. πεπονήαται revocandam esse, cf. de his Iados formis Gregor. p. 484. 5. Fischer. ad Weller. Spec. II. p. 408. 9. Mihi enim in praeterito melius videtur maxime in verbis contractis η, quam ει, quamquam in verbis aliis diphthongus obtinuit, habeoque hujus rei sponsorem Schol. Venet. ad Il. γ, 183. p. 95. Sed de his alias.

Apoll. Rhod. I, 881.

— — — τοὶ δὲ γλυκὺν ἄλλοτε ἄλλον
Καρπὸν ἀμέργουσιν.

Hermannus in his ἄλλόθεν ἄλλον. et eam conjecturam neque Nonn. Dionys. V, 244. 5.

Ἥτις ἔσω λειμῶνος ἀπ' ἄνθεος ἄνθος ἀμείβει
Εἰς φυτὸν ἀγλαόκαρπον — —

neque Epigr. Adesp. in Anthol. T. IV. DLXXV. p. 240. de Oribasio medico v. 3. 4. (Brunck. Analect. T. III, p. 275.)

Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
Ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

dissuadeant, quamquam, si Hymn. Hom. in Merc. 558. ἐντεῦθεν δὴ ἔπειτα ποτώμεναι ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλη recordatus eris, altera ex parte Rutgers. emendatio ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλο, (vulgata enim erat ἄλλοτε τ' ἄλλον,) magis placere possit. Unum addo, hiatum in hac locutione jam Homericum esse, (Hermannus nonnisi Hesiodi et Theognidos auctoritatem attulit,) ut supra §. 12. ex Odysseae δ, 236. exemplum memorabam. Eadem ex Oppiani Halieut., vid. Herm. Orph. p. 758. 9., prorsus removeri non possunt. Quamquam enim Hermannus l. l. unum oblatorum exemplorum corrigat, alteri autem, Schneidero in nova editione adstipulante, lectionem vulgatam reducat, tamen tria alia ejusdem poëtae, quae idem continent, proferri possunt, lib. II, 268. 566. IV, 290.

πτύσσεται, ἄλλοτε ἄλλον ἔχων κλάδον.

Quo argumento inductus si quis de aliis locis judicium ferre velit, ei non adversabor.

Apoll. Arg. II, 779. Hermannus ex edit. Florent. et Codic. aliquot monstrantibus in locum vulgatae

— ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰούλους.

χνοάοντος ἰούλου substituit. Quod Antholog. Tom. IV. Epigr. Ad. DCXCV. v. 1. 2. p. 260. (Brunck. Anal. T. III. p. 300.)

Πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου
Λευόμενον — — —

haud leviter sustentare queat.

Apoll. Arg. IV, 747. μηδ' ἐμὲ γουνάσσαιο ἐφέστιος. in medio versu inest.

Ib. 1479.

τὼς ἰδέειν, ὥς τίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μήνην.

cll. 1502. Orphic. editor in medium non protulit. Poste-

riori autem, cujus insuper Maximus, perpetuus Apollonii sectator, *Καταρχ.* 171. exemplum suppeditat, praesidium feratur II, 669. cl. 945. *ὁμῶς δ' ἐπὶ ἤματι νύκτα,* quod mihi certe multo lenius et suavius profluere videtur, quam Hermanni *ὁμῶς δέ τ' ἐπ' ἤματι νύκτα.*

In Nicandri Theriac. 332.

Ἄψεα δὲ τροχόεντα ἐπιστίζουσι μὲν ἀλφοί.

τροχόεντες ἐπιστ. legendum erit, cum rectius ad pustulas (*ἀλφούς*) quam ad artus hoc referas.

Ib. 846.

Ἀχραίς τ' ἀδίαντον, ὃ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος
Λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει.

In quibus hiatum quidem exempla Hom. supra §. 11. allata satis excusant, et similibus admiserunt alii. Quint. Smyrn. I, 93.

— *ὑπέσχετο ἔργον, ὃ οὔποτε θνητὸς ἐώλπει.*

Sed leve mendum in Nicandri versu laudato eluendum est. Corrige *Ἀχραίς ἠδ' ἀδίαντον,* purum et aridum.

Ib. 326.

τῆς δ' ἤτοι ὀλοὸν καὶ ἐπώδυνον ἔπλετο ἕλκος.

vid. Il. ξ, 94.

In Alexipharm. 562.

φύλλα καθεψηθέντα, ὅσους ἐθρέψατο πεύκη.

nescio, annon hiatus distinctione et intercapedine lenitus mollior sit, quam si dura emendatione substituere velis: *καθεψηθένθ', ὅσσους.*

Dionys. Perieg. 871.

κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον.

natum ex Il. Hom. ζ, 201.

In Marcellini Inscript. v. 2. *θυοσκόα ἱρά.* et ipse cum Hermanno ad Orphic. p. 738. emendationem *θυοσκόοι ἱρά* praefero: at illa non Jacobsio, qui adeo eam reprobat, sed Salmasio accepta refertur. cf. Jac. ad h. l. Comment. in Anthol. Vol. II. Part. II. p. 386.

§. 15.

Quae apud Oppianum deprehenduntur supra, memorata sunt. In nova editione Schneiderus Halieut. II, 194.

— — — καὶ ἔνδον ἐφράσσατο ἄγρην cum Cod. Palat. scripsit, quod mihi quidem triplici de causa minus probatum est, quam olim lecta: κ. ἐνδόθεν ἐφράσσατ᾽ ἄγρην. Aliam ejusdem poëmatis lectionem ab eodem recens inductam III, 202. γαστὴρ δὲ θήρεσσι καὶ ἑρπυστῆρσιν ἀνάσσει non magis amplector: quamquam enim particulae, quae praegreditur, δὲ accommodatius videri queat, quam καὶ, olim e nonnullis Codicibus invectum, tamen productio ejusmodi vix excusationem admittat. Hinc lego: γαστὴρ δ᾽ ἐν θήρεσσι καὶ ἑρπ. ἀνάσσει, quique insequitur versus, huic scripturae patrocinatur.

Quint. Smyrnaeus in Posthomericis, quae exemplis ab Hermanno congestis adderem, pauca tantum subministravit. II, 142.

Τρωῒ δ᾽ Ἐριχθόνιος μεγαλήτορι. αὐτὰρ ὁ Ἶλον.

III, 454. περὶ υἱέος, quod e libr. II, 174. jam notum est. IV, 22.

Ἐν Τροίῃ Ἀχιλῆα δεδουπότα· ἦ γὰρ ὀΐω.

VI, 151. ἔνθ᾽ ἄρα ἥστο. In vulgatis olim erat ἔνθ᾽ ἄρ᾽ ἥστο. unde Rhodomannus recte scribi jussit ἐνθάδ᾽ ἄρ᾽ ἥστο.
VI, 531.

εὖτε σύες μέσῳ ἕρκεϊ ἠδὲ λέοντες.

et quae sequuntur. Suspicari possis, cujus in Quinti carmine passim omissae exempla attulit Hermannus, particulam τε inserendam esse. Sed tota oratio non conjunctionem, sed disjunctionem requirit, poëta enim de proelio bestias inter et servos iis projectos commisso exponit. Propterea ne ἠδὲ quidem sedem suam satis bene obtinere potest. Lego ἠὲ λέοντες. Hoc autem non uno loco particulas hasce apud Quintum librarii confuderunt: aliquot ejusdem negligentiae exempla allata vide in Supplement. Ephemerid. literar. Jenens. 1814. N. 196. Idem error obtinet in Manethon. Apotelesm. IV, 615. 16.

Ὧν σάρκας δαίσονται ὀρέστεροι ἠὲ λέοντες
Ἢ σύες ἀργιόδοντες — —

ubi primo in versu Gronovius ἠδὲ edidit. In Quinti autem versu allato hiatum et ipsa, cui inest, forma et interpunctio satis superque defendunt.

IX. 469.

> Ἀθανάτων ἰότητι κατέφθιτο· οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν
> Τέρποντ' εἰσορόωντες. — — —

In his lege: τοὶ δ' ἀνὰ θυμόν.

X, 192—4.

> Ἐν δὲ βίη Φαέθοντος ἀνὰ ῥόον Ἠριδανοῖο
> Βλήμενος ἐκ δίφροιο· καταιθομένης δ' ἄρα γαίης
> Ὡς ἐτεὸν καύσαιτο, μέγας ἐνὶ ἠέρι καπνός.

Hiatus quidem in versu ultimo ob Apollonii et Maximi exempla jam allata tolerandus, at versus tertius naevo inductus est. Emenda cum Hermanno ad Orphic. p. 715. μέλας ἐνὶ ἠέρι καπνός.

XII, 164.

> οὐρανόθεν φορέοντο ποτὶ χθόνα,

quod Rhodomannus altero loco proposuit, restituendum censeo. Ita in Hom. Il. φ, 426. κεῖντο ἐπὶ χθονί, olim ποτί lectum est, quod vero minus probo.

§. 16.

Ex Maximi et Manethonis carminibus, etsi post Dorvillii et Wesselingii operam nemo fere iis manum admoverit emendatricem, tamen hiatus libertas Hermanni beneficio fere exstirpata est. Quamobrem a locis in additamentis ad Orphei, quae feruntur Argonautica p. 749. sqq. persanatis abstineo. Maximus autem insuper haec praebet exempla:

Καταρχ. v. 57. 8.

> Θάρσησας ξείνης ἐπὶ ἤθεα καλὰ πόληος
> Στειχέμεναι.

Cum poëtae non solum hi, verum etiam alii plurimi in verbis, quibus consuetudo ab Homero inde deducta et per manus quasi tradita hiatum sanxisset, vocalium concursum non exhorruerint, hoc in versu nihil mutem. Ipse enim Homer. Od. ζ, 411. κατὰ ἤθεα.

Inde pari forsitan venia fruatur v. 69.

> Οὕνεκεν ἤμασι τοῖσδε πορὼν περικαλλέα ἕδνα,

nisi ibi forma Ionum linguae propria περικαλλέ' ἔεδνα magis placeat.

V. 171.

Μὴ μὲν δὴ πρώτῳ ἐνὶ ἤματι τῷδε λεχωῒς,
Ἀμβλώοι.

quo de versu ad Apollonii Rhodii auctoritatem, ut videtur, composito jam supra ad Apoll. Arg, IV, 1479. mentionem feci.

V. 493.

Μνωομένη ὅσα λυγρὰ Διωνύσοιο ἔχητε.

quam locutionem et Homeri et aliorum poëtarum usus stabilit, idem dixit Apoll. Rhod. I, 116. Hinc etiam vocabulum *ἔργον* juxta atque apud alios poëtas hiatum frequentat, vid. versus hos: 320. 467. 528. 536. 543. Quem novissimum versum sequuntur verba haec:

Εἰ δ' ἄρα καὶ δεσμοῖσιν ἀεικέσιν αἰχμάζοιτο
Δειλὸς ἀνὴρ κριῷ μὲν ἔχων ἐριώπεα μήνην
Δυναίην εὕροι κε λύσιν δυερῶν ὀδυνάων.

ubi sine controversia rescribendum erit *ἐριωπίδα μήνην*; nam in iis adjectivorum compositionibus alterum sexum hanc sibi poscere formam docuit Eust. ad Od. *α*. v. 44. p. 1388. 9. l. 53. sqq. Quorum compositorum haud ultimam partem Lexica nostra ignorant, veluti *Ἀντωπής*. Maneth. Apot. IV, 536. cl. Dorv. ad Charit. p. 657. *Ἐρίωψ*. Maxim. *Κατ.* 52. *Κερατῶπις*. Man. IV, 91. *Σκολιωπός*. Id. IV, 78. *Ταυρῶπις*. Max. 50. 509. *Φαίνωψ*. Man. IV, 239. *Φαινῶπις*. Id. IV, 177. Manethonis poëma praeter eos, quos Hermannus memoravit, vocalium concursus habet: I, 97. 8.

Νικᾶται γὰρ Ἄρης ὑπὸ αὐγαῖς ἠελίοιο,
Αἰδεῖται δ' Ἄρης καθαρῶν φάος ἠελίοιο.

Una particularum excidisse videtur, qua restituta omnis evanescit difficultas: *νικᾶται γὰρ Ἄρης μὲν ὑπ' αὐγαῖς ἠελίοιο*. neque versus, qui insequitur, ei emendationi obest. Formula autem *ὑπ' αὐγαῖς* aliis in locis a poëta nostro praefertur. cll. VI, 712. v. 186. *μίμνῃ ἀπήμαντος κείνων φλογέῃσιν ὑπ' αὐγαῖς*. e quo versu lib. II. v. 6. medicinam petendam statuo. Totus locus ita se habet: v. 6—8.

Πολλοὶ δ' αὖτ' αἴγλῃσι φαεινόμενοι βλοσυροῖσι
Ἀστέρες, οἷς καὶ φέγγος ἐπὶ χθονὸς ἡμερίοισιν
Φαίνειν, εὖτ' ἀσέληνον ἔχῃ δρόμον ἀμβροσίη νύξ.

Cur enim ibi terribilis siderum splendor (βλοσυρὸς) dicatur, nullam satis idoneam causam subesse crediderim. Hinc reddendum censeo poëtae φλογερῇσιν. Quae enim stellae radios pellucidos in terram spargunt, antea memoratis, quarum lumen obtusum et obnubilum dicitur, a poëta h. l. opponuntur.

I, 178.

Λύπας καὶ θορύβους ἐγκλήματα ἢ οἶνος αἰνόν.

et similis I, 187.

Ἄρεϊ συμβάλλουσαν ἀνηλεῖ ἢ Κρόνῳ αἰνῷ.

utrumque locum particula mutata hiatu liberabis, recipiendum enim est καὶ, idque sententiae ipsi magis convenit.

II, 339.

Ἦν δὲ μεσουρανέῃ νυκτὸς βασιλῆα ἔθηκεν,

βασιλῆας ἔθηκεν esse debere, tum Hermannus ad Orph. p. 749. tum *) Dorvill. ad Charit. p. 648., qui e libro V, v. 35. conferre jubet, jam ante me monstrarunt. Multo vero propior et loco et re versui allato libr. II, v. 389. est: κέντρον δ' αὖτε τυχὼν βασιλῆας ἔτευξεν.

III, 230. 1.

Πάντα μὲν οὖν οὐκ ἄν τις ἑῷ φράσσαιτ' ἐνὶ θυμῷ
Οὐδ' ἐνέποι. τὰ γὰρ ἄσπετ' ἄπειρά τέ ἐστι κατ' αἴθρην.

Scite Hermannus ad Orph. p. 750. hiatum removit, versus autem antegressi clausula totidem literis restituenda est lib. II, 83. ubi nunc satis incommode, φράσσατ' ἐνὶ θυμῷ, scribitur. Nam saepe parva mutatione mendis librariorum inscitia Manethoni illatis succurri potest.

---

*) Affero haec, ut ipse similis erroris veniam mihi parem. Velut enim Hermannus l. l. Dorvillii emendationem suam dixit, ita supra duos locos, unum Nonni Dionys. XLVIII, 576. p. 58. alterum Maximi v. 347—49. p. 45. 46. paullo emendatius, quam in libris editis circumferuntur, exhibui. Intellexi vero serius, Dorvillium eandem medicinam, proprio Marte a me repertam, jamdudum hisce versibus admovisse. cf. ejus Observ. ad Charit. p. 657 et 680.

Quae quam vera sint, paucis exemplis confirmabo. II, 303. ὅρκων οὐδ' ὅσσων βιότῳ κρυερῷ ἀλέγοντες. Gronovius transfert: „Jurisjurandi cujuscunque in frigido victu immemores." Cui sententiae ineptiam quandam et perversitatem inhaerere nemo infitias ibit. Sed parvo negotio eam eximere possumus scribentes: ὅρκων οὐδ' ὅσσον βιότῳ κρυερῷ ἀλέγοντες. Ne tantillum quidem jurisjurandi in vita frigida memores. Persaepe autem epici eam formam loquendi sectantur, velut Ap. Rh. II, 181. — οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ. Poëta noster Apot. III, 371: — οὐδ' ὅσσον ὑπείκοντας νόῳ ἄλλοις. cl. III, 22. Ejusdem libri 320. Πολλάκι καὶ πτώσεις ὀρόφων κατὰ κράτος ἀφῆκεν. Interpres, dum verba κατὰ κράτος *per vim* redderet, non cogitavit de vitio metrico, quod eo modo huic loco admisceretur. Quod non minus tollitur, quam commoda sententiae junctura adjuvatur, levi accentus mutatione admissa, κατὰ κρατὸς ἀφῆκεν in caput demisit.

III, 288.

Καὶ λαλίης ἐπέδησ', ἧπερ μοι φοίνιος Ἄρης.

et q. s. Ibi, si unam literam, eamque subscriptam, deleveris, genuinam poëtae manum restitutam habebis. Nam λαλίης ἐπέδησε solemnis horum vocabulorum desiderat ratio, a qua Manethonem non descivisse, probat v. 420. ὅσσους μοῖρ' ἐπέδησε βροτῶν μογεροῦ βιότοιο.

IV, 191. 2.

Κεδροχαρεῖς, σορόεργα τέχνης καινίσματ' ἔχοντας
Νεκρυτάφους.

Gronovius vertit: „Cedro gaudentes, pyra artificio novo exstruenda callentes, vespillones." Dorvill. ad Charit. p. 327. explicat de sepulcrorum instauratione. Neutrum satisfacit. Equidem paullo audacior locum ita sanandum judico: σορόεργα τέχνης κανονίσματ' ἔχοντας. Sed mitto haec reversus ad hiatus exempla, quae apud Manethonem deprehenduntur.

III, 337.

Οἱ δὲ καὶ αἰσχρὰ ἔτλησαν ἐν ἀλλοτρίοισι δόμοισιν.

Corrige: αἴσχρ' ἔτλησαν.

V. 145. 6.

Καὶ σὺν τῷδε γένοιτο ἰοβλέφαρος Κυθέρεια,
Καλοβάτην σχοίνων ἰδὲ ἠερόφοιτον ἔθηκεν.

Qui priori horum versuum inest hiatus, eum, cum in Homericis carminibus similes occurrant, retinendum dixerim, in altero autem particulam muto, ἠδ' ἠερόφοιτον ἔθηκεν. Vulgata quidem praebet ἱερόφοιτον, verum hoc corruptum esse Dorvillius ad Charit. p. 361. pluribus exposuit, similique modo IV, 509. lectum ἱερόπλαγκτον, ἠερόπλαγκτον scribendum esse docuit. Meliori de nota alia ejusdem stirpis compositio se commendat: IV, 227. ἱερόληπτος, quod sicut ἠερόπλαγκτος ex hisce Manethonis locis Lexicis accedat.

V, 194.

Ἢ γὰρ καπρίοιο ὑφίσταται λευκὸν ὀδόντα.

Hunc versum Dorvillius ad Charit. p. 666. conturbatissimum appellat, nec mihi apta satis emendandi ratio, qua duplex vitium emaculari possit, hucusque succurrit.

V, 261.

Κὴν Μήνης ἐσίδοι ὑψώμασιν οὖσαν ἑαυτῆς

scribi oportet.

VI, 57.

Ἦν δὲ ὅλως Φαίνων λεύσῃ περιφεγγέα μήνην.

Hermannus ad Orph. p. 750. ἢν δ' ἄρ' ὅλως Φαίνων rescribit. Dorvill. ad Charit. p. 671. ἢν δ' ὀλοὸς, quod, quo saepius noxia Saturni in vitam humanam efficacitas Manethoni memoratur, eo magis mihi arridet. Insuper Dorvillius monet, illo adjectivo περιφεγγὴς haud deteriora esse πυριφεγγὴς et ἐριφεγγὴς, quorum novissimum apud Manethon. VI, 22. eadem de luna dictum, (habet etiam Proclus Anthol. T. III. p. 148. et 150. Carm. I, 6. et II, 12.,) Schneideri vocabularium augeat. Cujus coloris multa insuper alia ex hisce scriptoribus congeras. Maxim Καταρχ. v. 189. ἀγλαοφεγγής. Maneth. II, 148. κλυτοφεγγής. cl. Dorv. ad Charit. p. 646. Id. II, 489. νεοφεγγής. III, 393. νυκτεροφεγγής. et verbum φεγγοβολεῖν quater apud Manethonem lectum, IV, 264. 367. 527. 571.

Jam quae in Nonni Dionysiacis alias ab omni propemodum hiatu puris mihi observata sint, brevi apponam exempla. Dion. II, 159. 60.

Ἔσσομαι ὡς Νιόβη καὶ ἐγὼ λίθος· ὄφρα δὲ αὐτὴν
Λαϊνέην στενάχουσαν ἐποικτείρουσιν ὁδῖται.

corrige ὄφρα καὶ αὐτὴν et ἐποικτείρωσιν. Eadem medela adhibenda V, 543.

Κεῖνο μόγις φυτὸν εὗρε μιαιφόνον· εὗρε δὲ αὐτὴν
Ἰοδόκην καὶ τόξον ἐρημαίῳ παρὰ δένδρῳ.

ubi poëta de parentibus Actaeonis per somnium admonitis, corpusque dilacerati filii indagantibus narrat.

V, 233.

Ὄρθια ὀξυκέλευθον ἐπὶ δρόμον οὔατα τείνων.

cum antecedentibus particulae beneficio copulandum erit: *ὄρθια δ' ὀξυκέλευθον.*

XI, 375. 6.

— — — — *ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἰεὶ*
Κάλλος ὀϊστεύοντι ἑκηβόλος ἔῤῥεεν αἴγλη.

Ex Homerico more positum est, ut etiam XXXIV, 275. *ἔστασο κοσμηθεῖσα πρὸ ἄστεος.*

XLVII, 27.

πῆχυν ἐπικλίνουσα ἐῇ Πακτωλίδι νύμφη.

Hoc etiam sollicitare nolim, quamquam duobus aliis in locis, ubi legebatur, XXIV, 71. XLIV, 313. Orphicorum editor Rhodomanni auctoritate statione movit. At, si quid intelligo, locus a me allatus quamlibet mutationem respuit.

Thryphiodoro maculas illatas Hermannus abstersit. V. 184. *δὴ ἔπειτα*, quod nunc *δὲ* est, congrue cum epicorum consuetudine legendum esse, quivis vel me non dicente intelliget. Joannes Gazaeus neque productionem neque hiatum sibi umquam permisit, qua de causa v. 479. *σηπίη ἑρπύζουσα* forma Ionica, quam Oppianus non semel posuit, vid. Hal. I, 313. II, 455. in posterum edendum erit. Ac pari modo apud Quintum II, 421. *εἰδὼς μητέρα δῖαν, ὅσον προφερεστέρα ἐστίν*, Ionicum *προφερεστέρη* reducendum est.

In Batrachomyomachia liberiorem quendam, qui autem licentia non abutitur, usum deprehendis. vid. vers. 46. 141. 193. 205. 206. 304. nam alios in Homericis formulis obvios memorare nolim. Ita etiam de illis, quorum nil nisi fragmenta tenemus, certum judicium vix ferri potest; veluti in Empedoclis reliquiis nunc quidem multi sunt hiatus, at haud ultima eorum pars recentioribus debetur criticis. Quare ab his abstineo.

CAP. V.

De Apostropho sive Elisione in versu Homerico.

§. 1.

Apostrophi doctrinam apud Tragicos Lobeckius meus peculiari libello enucleare et expromere studuit inscripto de usu apostrophi apud Tragicos Viteb. 1804. Quo cum libello Matthiae V. C., de apostropho Graec. Gramm. §. 45. sqq. praecepturus, careret, ipsi ejus doctrinae detrimentum quoddam allatum est. Veteres autem Grammaticos apostrophum ad synaloephae genus numerasse, ibi pluribus monstratum est, quo quidem nomine plura comprehendunt. Praeter eos, quorum loci ibidem memorati sunt, vid. Drac. de metr. p. 157. 8. Excerpt. Tryph. περὶ παθῶν τῶν λέξεων in Lascar. Grammat. ed. Constant. p. 175. Excerpt. e Codic. Paris. a Bastio evulgata ad Gregor. Cor. p. 678. §. 10. sqq. Qui quidem omnes septem, quae deinceps enumerant, synaloephae genera statuunt: Elisionem vero sive ἔκθλιψιν (etsi eo nomine alii longe aliud quid intellexerunt, vid. Greg. Corinth. ed. Schaefer. p. 462.) primum ejusdem genus vocant. Quae autem illius nominis significatio et ambitus sit, uberrime et diligentissime Excerpta Cod. Paris. allata exponunt §. 11.; docent enim, elisionem duarum vocum appellari conjunctionem effectam abjectis vel vocali, vel vocalibus, vel litera consona et vocali, qua in definitione nihil, quod vituperandum sit, animadverto praeter ultima, quae neque linguae ipsius indoles, neque auctorum usus agnoscit. Quod enim rei hujus exemplum afferunt: τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν, id rem non conficere intelligere in promptu est. Confinia quasi elisionis alia duarum vocum coangustandarum ratio attingit, aphae-

resin dico, ut enim elisio in vocabulorum termino, ita haec in initio literam sonantem vel aliam obterit, vid. Dracon. Stratonic. p. 155. l. 20. Tryphon. Excerpt. l. l. p. 174., qui eam cum aliis ἔνδειαν appellat, Excerpt. Cod. Paris. p. 675. §. II. Major et liberior autem ejus usus in Atticorum oratione et scriptis fuisse putatur, atque de eo disseruerunt alii, velut Hermann. in Praef. ad Eurip. Hec. p. LXVII. Lobeckius l. l. §. 6. Valcken. ad Eurip. Phoen. 408. Maittair. de dial. p. 17 seq. at vim ejus ne in Atticorum quidem reliquiis tantam esse, quantam vulgo existimant, et inter alios Valckenarius etiam praecepit, Lobeckii doctrina jam explanavit et in posterum, ubi Seidleri V. C., qui quanto studio de Atticorum dramatis mereri pergat, omnes sciunt, hac de re quaestio profligata erit, magis intellectum iri speraverim. In epicis autem, nisi latiorem ejus ambitum statuere velis, quem revera Grammatici multi intellexerunt, locus ei concessus est nullus. Illi enim non primitivae solum literae, verum etiam accedentis omissionem hac appellatione complexi sunt, rati eam tum quoque adesse, cum augmentum abjectum aut formam aliam, cujus in fronte vel litera adventitia, vel duplex ipsius forma erat, decurtatam viderunt; quas ne signo quidem apostrophi denotare solemus, veluti ἐκεῖσε et κεῖσε, γαῖα αἶα. cf. locos Grammatic. laud. et Greg. Cor. p. 456. At cavendum est, ne hac in re virorum doctorum placita litem nobis intendere videantur. Nam ante Wolfium verae aphaereseos multa in Homericis extiterunt exempla, ita trita illa Homerica formula δὴ ἔπειτα in omnibus fere Homeri locis, aut δ' ἤπειτα, quod prorsus barbaricum est, aut δὲ 'πειτα legebatur, uti Il. ο, 165. υ, 538. Od. α, 290. β, 221. θ, 378. λ, 121. alibi, et ipse Heynius hanc rationem tuitus est, vid. Vol. VII. p. 34. VIII. p. 85. In Homericis Wolfii intelligentia haec nunc expulsa sunt, at in aliorum poëtarum libris passim ad hunc usque diem offeruntur, vid. Ephemerid. liter. Ienens. N. 212. a. 1814. p. 263., locus ibi ex Arateis Phaen. allatus versus est 121. ἤπειλει δὴ ἔπειτα καθαπτομένη κακότητα, uti, Grodeckio referente, Cod. Vindob. diserte exhibet. Causa vero, cur haec priorum scripturae praeferenda sint, in aperto est, primum enim poëtae epici nonnisi eas vocales, quae omissae verbum haud immutarent, aut obscu-

tarent, praeciderunt, deinde in hac ipsa particula liberior synizesi locus relictus est. In aliis idem alii arbitrati sunt, vid. v. c. Clarkium ad Il. ε, 349. alibi, Ernest. ad Il. β, 651. et ibidem Heyn. Vol. IV. p. 352. Vol. V. p. 650. ad Il. ι, 650. Multum autem periculum est, ne in his omnibus literae potius conjungendae, quam absorbendae sint, quare nunc ea transmittamus. Alterum autem illud vocabulorum conjungendorum genus, in quo nunc versamur, solemni Grammaticorum vocabulo elisionem appellemus. Ut enim ab apocopae appellatione, quae Lobeckio l. l. placuit, abstineam, ea potissimum inducor ratione, quod hoc nomine et Grammatici laudati, aliique, velut Gregor. Corinth. de Dialect. Dorica p. 308. de Ionica p. 462. Eustath. ad Hom. Od. β, 306. p. 1542. l. 24 sqq. Schol. Venet. ad Il. ε, 196. p. 134. aliam insigniunt rem. Apocopam enim eum dixerunt usum, qui in vocabuli fine totam syllabam perire permittit, uti κρῖ, δῶ, alia. Omnes vero propemodum breves vocales, si unum υ exemeris, apostropho intercedente et vocali insequente, apud Homerum absorptas esse constat; regnare autem etiamnunc multis in locis apostrophum, ubi haud aegre eo carere possumus, nemo Censore Wolfii Homeric. edit. in Ephemerid. literar. Jenens. 1809. N. 244. luculentius exposuit. Quare ut ambitus ejus clarius pateat, ubi de diphthongorum et longarum vocalium elisione monuerimus, de brevium vocalium apostropho apud Homerum infra disseramus.

§ 2.

Apostrophi in Homericis carminibus usum post Barnesii et Clarkii operam huic rei navatam Heynius non quidem excussit, et ad umbilicum adduxit, at paucis tetigit, in Excurs. ad Il. Ρ, 164. Vol. VII p. 400. sqq. inserto. Affirmatur ibi, diphthongum αι passim in Homericis ejici; (nam de Atticorum ea in re consuetudine post Dawes. Miscell. Crit. p. 266. Koen. ad Gregor. Corinthium p. 171. diligentissime exposuit Lobeck. l. l. § 3). In Homericis autem tanta exemplorum observatur copia, ut dubitationi omnis via praeclusa sit; jamque Heynius aliique hoc stabiliverunt. At, quatenus perspexi, ex ejus definitione nimis vaga, quam late hujus rei fines pateant,

nemo certo intelligat; non enim in omnibus, sed tantum in certis quibusdam terminationibus ab insequenti vocali diphthongus αι expelli potest. Quod ad verborum formas attinet, ex his aoristi primi optativum numquam diphthongum hancce abjicere posse, ipsius accentus ratio demonstrat, formam enim illam Homero haud incognitam esse, jam Censor Wolfii Homer. certis monstravit exemplis, Il. η, 129. 50. ξ, 248. Od. γ, 231. τ, 297. his addimus Il. α, 255., ubi vid. Schol. Venet. p. 24. In aliis vero formis, ubi diphthongi vis etiam ad accentum mutandum nihil valebat, sine detrimento abjicitur, ut Il. α, 117. βούλομ' ἐγώ. cll. 283. ο, 257. μ, 238. Π. φ, 541. φθέγξομ' ἐγώ. Od. ε, 364. νήξομ'· ἐπεί, et alibi; tum in persona tertia et singularis et pluralis cujusvis temporis idem admittit. Il. β, 137. εἵατ' ἐνὶ μεγάροις. γ, 457. νίκη μὲν δὴ φαίνετ' Ἀρηϊφίλου Μενελάου. χ, 71. κείσοντ' ἐν προθύροισι. Denique in infinitivis praesentis, futuri et aoristi primi medii, at ejusdem temporis formam activam numquam, nisi in unico loco, elisam reperi. Il. φ, 322. 3. οὐδέ τί μιν χρεὼ Ἔσται τυμβοχοῆσ', ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί. ubi autem Herm. ad Hymn. Hom. in Merc. 133. Cratetis lectionem (vid. Schol. Venet. ad h. l. p. 472. Eustath. ad eundem p. 1238. l. 18.) τυμβοχοῆς praetulit, quamquam illud approbantibus Scholiographis Aristarchus praeceperat. Raro omnino infinitivos illos in pedum singulorum prima syllaba apostropho inserto circumcidi, Hermannus l. l. admonuit, quatuor enim modo ex Iliade locos investigare potuit, quibus duo Odysseae accedant. κ, 385. πρὶν λύσασθ' ἑτάρους. ρ, 196. σκηρίπτεσθ', ἐπειὴ φάτ' ἀρισφαλέ' ἔμμεναι οὐδόν. et Hes. Scut. 218. θαῦμα μέγα φράσσασθ'· ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο. Verbi εἶναι, cujus infinitivi forma longior in superiore Homeri loco allata est, nunc quoque in Homeric. modo ἔμμεναι, ita ut per apostrophum diphthongus abjiciatur, modo εἶναι, modo ἔμμεν bisyllabum legitur. Monuit de hac inconstantia Censor Wolfi Hom. l. l. et Odysseae exempla, quae formam illam truncatam et apostrophum adjectum servant, dedit, ita quoque in Iliad. σ, 364. θεάων ἔμμεν' ἀρίστην, ubi, Heynio teste, alii apostrophum omiserunt. Ex praeceptione Censoris doctissimi h. l. legendum sit εἶναι, quod Apollonii Rhodii auctoritate jure probari poterit; in ejus enim Argonauticis numquam ἔμμεν per apostrophum legitur, se-

mel tantum, ubi priorem syllabam numeri brevem desiderant, occurrit Arg. III, 629. τοὺς ἔμεν, ὥς κεν ἔω, saepissime contra ἔμμεναι et εἶναι leguntur; ita quoque in Oppiani Halieut. I, 579. Cyneg. I, 469. ἔμμεν ante vocalem ut imperfectum notatum deprehendis, at ibidem IV, 153. ἄλκαρ ἔμεν τ' ὀνύχων. Quis autem tanta est patientia, ut hujusmodi inconstantiam et mobilitatem, et, uti poëtarum Graecorum editiones nunc comparatae sunt, multo plures haud dissimiles inveniuntur, ferre possit? Nisi vero, cum tot exemplorum multitudine confirmetur, eam formam modo in iis locis, ubi brevi syllaba opus est, retinere velis, hoc certe obtinebo, apostrophum excludendum esse. Eandem discrepantiam futuri personae tertiae ἔσσεται et ἔσται in Homericis carminibus reperiri ab eodem viro docto jam ostensum est. Quae varietas cur adsit, neque ego ullum idoneum argumentum extricare possum, at altius, quam ut prorsus evelli possit, radices egisse videtur. Non enim apud Homerum solum, verum apud omnes poëtas ἔσσεται et ἔσται, et prius bisyllabum obveniunt, Apollonii Argonautica pluribus in locis, ut I, 291. II, 334. III, 93. 407. ἔσσεται diphthongo avulsa habent, idemque alii, ut Opp. Hal. V, 102. Orph. Lith. 97. 338. at altera ex parte brevior forma non plane insolita est, uti apud Apoll. III, 184. Sed eam ob causam in codicum varia scriptura dijudicanda et eligenda cautio et diligentia adhibeatur necesse est. Ita in Arati Phaen. 125. 6. — καὶ δή καὶ ἀνάρσιον αἷμα Ἔσσεται ἀνθρώποισι vulgaris scriptura, Codic. Mosq. accinente, Buhlio deturbanda non erat. Aliis in locis pari sive levitate, sive temeritate actus meliorem scripturam vel non admisit, vel adeo abegit. Dios. 835, (101.) vitiosum ἐρυθραίνεται reliquit, ἐρυθαίνεται dant Cod. Mosq. et Stobaeus. v. 840. (108.) εἰ δέ οἱ ἢ ἀνιόντος, ἢ αὖτίκα δυομένοιο particulam priorem, quam ad versus integritatem necessariam non modo codices quatuor et Stobaeus subjiciunt, verum poëta ipse, cl. v. 880., sibi repetit, addere non ausus est. Ceterum in aliis haec diphthongi illius elisio apud Homerum frequentatur, multo rarior in aoristo primo admissa est. Namque praeter locos laudatos nonnisi in Od. σ, 270. υ, 342. γήμασθαι, σ, 287. δέξασθαι detruncata observavi. Primae declinationis nominativus pluralis unico loco in Homericis brevior

redditus est. Il. λ, 272. ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο. quod cum solum, nullo alio comite, proferatur, Bentleji sententiae, vid. Heyn. Vol VI. p. 169., emendantis, ὣς ὀξεῖ' ὀδύνη δῦνεν, meam adscribo, illius enim nullum, hujus plura exempla, cf., si placeat, Il. μ, 53. ρ, 313., congrua indicari possunt.

§. 3.

Alteram diphthongum οι apud Atticos interdum obtritam esse, Koen. ad Gregor. Cor. p. 171. Porson. ad Eurip. Or. 1338. et inprimis Lobeckius l. c. §. 5. ostenderunt. In Homericis perpauca ejusdem usus exempla, quae Heynius in Exc. all. dedit, deprehenduntur. Haec sunt particula τοι et pronomen encliticum μοι. Prioris quidem exemplum laudatur Il. δ, 341. σφῶϊν μέντ' ἐπέοικε; μέντοι enim omnino huic subesse debet, at cum isti usui nullum aliud Homeri exemplum accinat, vix dubito, quin legendum sit: σφῶϊν μὲν ῥ' ἐπέοικε. Alterius pronominis argumenta plura, eaque certiora adsunt, velut Il. ζ, 265. ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ, cll. ι, 673. κ, 544. ν, 481. π, 207. et Odyss. δ, 367. ὅς μ' οἴῳ ἔῤῥοντι συνήντετο. At si quis in Od. ε, 467. μή μ' ἄμυδις στίβη τε κακὴ καὶ θῆλυς ἐέρση Ἐξ ὀλιγηπελίης δαμάσῃ κεκαφηότα θυμόν dativum elisum putaret, is, ut opinor, falleretur. Ceterum etiam in his vocales magis colliquescere, quam diphthongum elidi, videri queat; in primo enim loco μοι, ἔθελεν insequenti, diphthongum abjecit, cujus verbi liberiorem usum jam Il. α, 277. μήτε σὺ Πηλείδη, ἔθελ' ἐριζέμεναι Ἀχιλῆϊ, ubi Aristarchus, cf. Schol. Venet. p. 25., plenas literas scripsit, idemque Wolfius nunc secutus est, in aliis autem locis semper diphthongo affinia vel ω, vel aliud οι insequuntur. At praeter illas vel certas, vel probabiles diphthongorum omissiones legitur Il. σ, 458. υἱεῖ ἐμ' ὠκυμόρῳ δόμεν ἀσπίδα. Lectionis varietatem in his annotavit Heyn. Vol. VII. p. 512. Paene autem adducor, ut, fide Scholiis antiquis adhibita, dummodo haec forma vere epica sit, cf. Herm. ad Hymn. in Ap. 48., scribendum censeam υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ, quam ut talem longae vocalis elisionem inauditam adprobem. Et Grammatici ipsi, vid. Drac. de metr. p. 146. l. 6., primum synizeseos genus in eo, quod duae longae voca-

les in unam colliquescant, consistere docent, quod, si in diversis fieri facile patimur, cur in aequalibus repudiandum sit, perspicere nondum potui. Quam enim aliam a Barnesio derelictam rationem Heynius denuo inivit *vἰ' ἐμῷ*, ea, cum in dativis singularis elidendo dictis veteres tantopere haeserint, vix satisfacere potest. Quodsi enim in aliis ejus generis, ubi nullum obscuritatis aut barbariei periculum erat, formae decurtatae, ad numeros aptiori, aditum obstruere vellent, in hac forma nullo pacto talis elisio delectare potest. De aliis locis, quae particulam δὴ una litera edictam sistunt, velut Il. α, 131. *μὴδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών, θεοείκελ' Ἀχιλλεύς, Κλέπτε νόῳ*, cll. ε, 684. κ, 447. vid. Wolf. Homer. Cens. in Ephemeridib. liter. Jenens. 1809. N. 244. p. 134., in quibus, si revera δὴ lateat, plene scribendum esse, vix dubitari possit.

§. 4.

Breves quidem vocales praeter υ in omnibus formis et terminationibus abjicere haud interdictum esse, Homerica carmina abunde testantur: ita α in primo tum nominum tum adjectivorum casu saepe obteritur. At in aliis, ubi etiamnunc apostrophi signum appictum cernitur, eum minus necessarium esse, jam Censor Wolf. Homer. admonuit. Ita sunt Il. ζ, 65. *ἥρω' Ἄδρηστον*, cll. ν, 428. Od. λ, 520. et ibidem δ, 736. *δμῶ' ἐμόν*. in quibus, si *γέλω* Od. υ, 8. 346. (quo loco ita diserte in Codic. Harlej. legitur, cum olim ex aliis Atticorum *γέλων* substituerant, quare idem postliminio redeat in Apoll. Arg. IV, 1723. ubi Brunckius aliquot Codic. jussu male exstinxit. Attici *γέλων*, ut Eurip. Bacch. 250. Herc. Fur. 285. et *γέλωτα*, id. Med. 1038. Ion. 600. scripserunt, de Aeolica *γέλος*, *γέλως* vid. Koen. ad Gregor. p. 608. Ibid. Excerpt. Cod. Meermann. p. 664. §. 39.) et *ἱδρῶ* Il. κ, 572. λ, 621. Apoll. Arg. II, 87. IV, 656. Opp. Cyn. II, 429. Maxim. *Καταρχ*. 570. *δμῶ* contuleris, parum aberit, quin sententiae Censoris accedas et apostropho deleto *ἥρω* adsciscas, vid. Apoll. Arg. II, 766. Pariter nunc quidem neminem *ἐχῶ*, de quo cf. Heyn. Vol. V. p. 85., Il. ε, 416. male habet. Eodem modo nomina in *ευς* exeuntia casum quartum *έα* et *ῆ* habere, Censor l. laud. docuit, quare iterum vocali insequenti nullum apostrophi desiderium nos

tenere potest. Idem judicavit Thiersch. V. C. in Grammatica dialect. Homeric. p. 173. not. 3., quibus quod addam, dicere non habeo. Majorem ostenderet audaciam, si quis in his, Il. α, 2. ἄλγε' ἔθηκεν, 445. κήδε' ἐφῆκεν, γ, 327. τεύχε' ἔκειτο, δ, 222. τεύχε' ἔδυν, aut in adjectivis, Il. γ, 48. εὐειδέ' ἀνῆγεν, 421. περικαλλέ' ἵκοντο, alteram terminationem η apostropho praeferret. Quamquam enim hae contractiones ab Homericis carminibus non prorsus absint, cf. censuram laudatam p. 130., quamquam lectionis olim vulgatae Od. τ, 436. ἴχνη ἐρευνῶντες praesidio uti possis, et seriores epici multo plura istius conjunctionis exempla subministrent, tamen in his maxime, ubi brevem versus desiderat syllabam, apostrophus, vocali extrita, alteri adjunctus formam certe magis Homericam prodit. At in aliis, uti Il. ι, 433. Od. β, 81. δάκρυ' ἀναπρήσας, Il. σ, 124. δάκρυ' ὀμορξαμένην, vid. Censor. Hom. Wolf. l. l. p. 133. apostrophum sine damno abstergere possumus, cujus sententiae, si quidem eo aliis fidem facere possumus, exemplum adstruimus Nicandr. Alex. 559. τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν πεύκης ἀπὸ δάκρυ ὀμόρξας. Quod de nominum usu diximus, idem de verborum personis omnibus valet, uti legitur Il. δ, 362. ἀρεσσόμεθ', εἴ τι βέβακται. At primi aoristi usus omnium rarissime apostrophum admittit, neque vero etiam ille detruncatione prorsus liber mansit, ut Od. μ, 200. ὃν σφιν ἐπ' ὠσὶν ἄλειψ'. ξ, 351. χερσὶ διήρεσσ' ἀμφοτέρησιν, (quo postremo loco vulgaris lectio erat διήρεσα ἀμφ.) indicio esse possunt. Verum dubito, an Od. ξ, 222. τοῖος ἔ' ἐν πολέμῳ satis recte vulgetur. Codices, ut Harl., in his ex parte ἔην praebent, quod etiam Barnes. conjecerat, Clarkius non probabat, at manus ejusd. Codicis antiquior ἔα s. ἔαν scripserat, prius genuinum puto, ut enim οἷος saepe in unam coalescit syllabam, cf. Il. ν, 275. ita, etiam in τοῖός factum puto, uti supra eandem prosodiae libertatem in particulis ἕως et τέως observavimus, cf. Cap. II. Sect. II. §. 4. Hiatus autem offendere non potest, cf. Od. ξ, 352. Neque aliter in numeralibus et praepositionibus pro versus et numerorum commoditate res apud Homerum se habet. Prius monstrant Il. ι, 122. ἑπτά. Od. ι, 160. 95. δέκα. Il. ζ, 244. πεντήκοντα. Praepositionum exempla ubivis obvia memorare nihil attinet. ἄνα, ubi est surge, pariter ac vocativus rex, detruncari non posse, Hermannus admo-

nuit. vid. ad Orphic. p. 724. Hymn. Hom. in Apoll. 526. Aliarum particularum, quae in breve α exeant, et illo privari non possint, novi nullam, in omnibus omnino ultima litera in versus gratiam elisa invenitur. Quodsi autem particulae ad sententias singulas arctius inter se connectendas inventae sint, atque Homericus versus aeque, ut comta Atticorum magistrorum oratio, has verborum comprehensione definit, in ipsis quoque particulis et collocandis et imminuendis certas quasdam regulas ad linguae indolem accommodatas poëtae tenendas fuisse, apparet. Quas quidem reapse adfuisse, ut ostendam, hac de re paucis exponam. Homeri orationem triplici potissimum ratione sententias singulas et ordiri, et continuare, et claudere, observasse mihi videor. Prima est ea, quae a primo statim versus initio ipsius sententiae tenorem ingredientem sistit, eumque uno versu comprehendit, velut Od. α, 6. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐῤῥύσατο, ἱέμενός περ. Altera prima demum insequentis versus regione sententiam apte conjunctam definit, ut ibidem v. 7. νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο Ἤσθιον. Tertia tandem ad quintam usque sedem sententiae finem promovet, et ab ea ipsa novam inchoat. Od. α, 26. 27. ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν Ὀλυμπίου ἀθρόοι ἦσαν. cll. 33. 34. Eam quidem triplicem rationem in sententiis simpliciter expressis invenimus: ubi vero ipsa sententia composita est, ibi prima ejus pars ad medium usque versum extenditur, rarius modo secundam tangit regionem. Quod primo loco posuimus, manifestum est ex illo Od. α, 47. ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Utramque conjunctionem poëta connectit ibidem v. 48. sqq. Quae si vere disputata sint, particulas, quarum vis in sententiis constringendis cernitur, in prima, secunda et quarta regione maxime repertum iri, et eas, quae posteriorem priori adjungant, una in tertia, perraro in quarta, ex iis elucebit. Neque aliam poëtae esse consuetudinem, jam eae, quae in α terminatae, illud abjiciunt, nos edocere possint. Quamquam hoc ita intelligi nolim, ac si eae quoque, quae non tam conjunctionibus, quam adverbiis annumerandae sint, certum versus locum sibi vindicare deberent, his enim cum prioribus dissimilitudinem intercedere, non est, quod monstremus. Cujus generis sunt αἶψα, ἅμα,

αὐτίκα, δηθά, δίχα Od. γ, 127. ἔνθα nunc adverbii, nunc conjunctionis vicem gerit, et, nisi multae aliae praecedant particulae, in arsi sola decurtari potest, ut in unico Odysseae versu μ, 71. καί νύ κε τὴν ἔνθ' ὦκα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας, et similiter Nicand. Alexipharm. 629. Καί κ' ἔνθ' ὑμνοπόλοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο Μνῆστιν ἔχοις. cll. Ther. 957. 8. Ἔκπαγλα modo bis in Iliade legitur, et utroque in loco versus clausulae inservit. γ, 415. ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. ε, 423. τοὺς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησεν. Hinc erraret, si quis ἔκπαγλα duabus modo syllabis ita, ut vocula integrum efficeret spondeum, scripturus esset. Ipsa enim, quae tum ortura sit, soni durities hoc interdicit. Ἔξοχα et ὄχα modo ante adjectivum ἄριστος in Homericis vocalem abjiciunt: hoc obvium est Il. α, 69. ζ, 76. ε, 843. Od. ϑ, 123. γ, 129. ι, 420. ν, 297. ο, 253. Il. μ, 357. illud Il. ω, 158. Od. δ, 629. φ, 187. Ἔπειτα. Aliis vel particulis vel vocabulis postponendum est, hinc maxime pede ineunte secundo syllaba ejus ultima abjecta conspicitur, raro in tertio. Il. σ, 450. ἔνθ' αὐτὸς μὲν ἔπειτ' ἠναίνετο — ϱ, 529. ω, 694. Ἦκα, ϑαμά, λίγα, λίπα, mera sunt iterum adverbia. ἵνα, ubi locum indicat, cum posteriorem semper incipiat enuntiationem, apocopa ejus semper in tertio fit pede, cf. Il. β, 558. 604. ε, 360. τ, 20. Μάλα plerumque jungit insecutura cum praecedentibus, hinc illud maxime in primo et quinto pede apostropho insignitur, et ubi vel versus a voce longiore, vel sententia ipsa ab altero orditur pede, in secundo est. Il. ε, 570. Ἀντίλοχος δὲ μάλ' ἄγχι παρίστατο. comp. ζ, 382. σ, 586. Medio in versu sola illa formula saepius repetita adest: Od. α, 179. - - - - μάλ' ἀτρεκέως καταλέξω. et Od. ψ, 264. δαιμονίη, τί δ' ἄρ' αὖ με μάλ' ὀτρύνουσα κελεύεις. Contra μάλιστα verbis solis additur. Μέγα, μεγάλα, μέσφα. Il. ϑ, 508. idem in Apoll. Arg. IV, 337. Arat. Ph. 806. et vocali extrita ib. 725. Opp. Hal. V, 585. Quare mirum est, quod Buhlius in Arati Phaenomen. 599. μέσφι παρ' αὐτῶν, meliore a Codic. Barb. et Mosq. cum ipso communicato, praeferre potuerit. Μίγδα, πολλά, πρῶτα. Il. β, 572. Πρώτιστα, ῥεῖα, ῥηΐτατα Od. φ, 75. Ῥίμφα. Il. λ, 533. Τάχα et τάχιστα. Il. λ, 513. Od. ϑ, 316. Ὦκα. Il. α, 402. λ, 354. π, 38. Haec quidem adverbia sunt; e conjunctionibus ἀλλά, ἄρα, ἵνα, ὄφρα, τόφρα, ῥά potissimum hunc usum sequuntur; nam ἡνίκα uno modo

loco Od. χ, 198. adest, et ἕνεκα, οὕνεκα ac τοὕνεκα medium quasi praepositionem inter atque conjunctionem tenent. Illarum autem prima in versuum initio solemnis est, perraro in thesi, ut Il. η, 232. καὶ πολέες· ἀλλ' ἦρχε μάχης. Ἄρα maxime in prima versus collocatur regione, tum in secunda, ubi vel longius vocabulum versum inchoat, vel sententia ipsa ab altero pede proficiscitur. Od. υ, 4. Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ἐπὶ χλαῖναν βάλε, cll. Il. α, 46, β, 572. μ, 53. εὑρεῖ οὔτ' ἄρ' ὑπερθορέειν. in quarta denique, ubi versus medius sententiae subjectae initium habet. Il. η, 182. - - - ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί. et in tertia modo formula ista saepe iterata habet, Il. α, 68. et alibi: κατ' ἄρ' ἕζετο. Ἵνα aut medium tenet versum, aut ipsius exordium. cf. Il. ε, 2. ι, 452. et λ, 2. τ, 2. Ὄφρα sedem primo, secundo aut quinto in pede occupat, uno in loco in quarto Il. γ, 105. et pariter raro in tertio Od. μ, 161. Il. α, 444. Idem in alterum, quod ipsi opponitur, τόφρα, cadit, vid. Il. θ, 88. μ, 196. Od. ε, 362. ῥά cum non ipsam sententiam incipiat, sed aliis particulis adnectatur, ubivis regnat.

§. 5.

Quod ad alteram vocalem brevem ε attinet, illam in omnibus et nominum, et verborum formis et particulis in fine absorberi posse, pluribus demonstrare non opus est. In aoristi primi modo optativo tertiam personam, quae apostropho aliquoties instruitur, cf. Censur. Wolf. Hom. l. l. p. 132., eo carere posse, monstratum est. Praeter locos in Iliade et Odyssea obvios in Hymn. in Ap. 152. ὃς τότ' ἐπαντιάσει', ὅτ' Ἰάονες ἀθρόοι εἶεν invenitur, ubi vulgaris forma bene substitui potest. E particulis ἰδὲ (et) in Homericis numquam vocalem finalem amittit. Perraro etiam, quae in ζε terminantur adverbia, ob soni asperitatem ε exteri patiuntur. In Homericis exempla frustra quaesivi; at in Hesiod. Scut. 174. αἷμ' ἀβελείβετ' ἔραζ'. οἱ δ', αὐχένας ἐξερι πόντες, offertur. In ι abjiciendo Attici etiam in nominibus majorem cautelam aptam censuerunt, cf. Lobeck. libell. laud. §. 2., ubi in Atticis dativos declinationis tertiae tum pluralis tum singularis numquam apostropho circumcidi contra priorum errores monstratum est. Quae cum ita sint, veteres Grammaticos in apostropho iis casibus addito haesisse, mirum

esse non potest. Hinc Il. ε, 5. ubi nunc legitur ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιος, antiquiores pleno vocabulo ἀστέρι ὀπωρινῷ legerunt. cf. Eustath. p. 514. in fine: γράφεται καὶ ἄλλως ἐντελῶς ἀστέρι ὀπωρινῷ, καὶ ἔχουσι καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ παράδειγμα συνιζήσεως, ἐν ᾗ δύο βραχεῖαι εἰς μίαν λογίζονται. Idem ab Eustathio observatur ad Il. κ, 277. χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς. v. 407. δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν. Nihilo secius nunc certe in multis Homeri versibus dativus etiam singularis brevior factus apparet. cf. Il. δ, 259. λ, 544. cll. 588. μ, 88. ν, 289. ω, 26. Od. ε, 62. ο, 240. 364. τ, 480. nam alia exempla, ut Od. κ, 316. δέπα', ὄφρα πίοιμι. λ, 136. ψ, 283. γήρα' ὕπο λιπαρῷ. a Censore Wolf. Hom. nobis erepta esse minime doleo, juxta atque in his lubenter apostrophum arceam in Hymn. Hom. in Apoll. 210. Ἴσχυ' ἅμ' ἀντιθέῳ. cum enim hodie ubique, ut Od. η, 270. ὀϊζυΐ. π, 105. πληθυΐ. ρ, 504. θρήνυι. 605. ὀρχηστυΐ, et alia conjuncta, neque, velut priores editiones, ipsa Ernestiana ea dent, resoluta exhibere soleamus ante literas consonas, quid, quo minus ante vocalem eandem sequamur regulam, obstare possit? Multo facilius dativus pluralis eorum potissimum, quae literam sibilam ingeminant, ι abjicit ante vocalem; neque vero id in aliis minus fit, ut Od. ρ, 103. αἰεὶ δάκρυσ' ἐμοῖσι πεφυρμένη. Inter pronomina et brevior dativi forma σφί apostrophum admittit. Il. ξ, 205. καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω. cfr. Od. γ, 440. Verborum terminationes breve ι in fine quae sistunt, omnes sine discrimine id abjicere possunt, quod exemplis probare non operae pretium est. Attamen verbi substantivi persona secunda ἔσσι circumcidi nequit. Nam Od. α, 302. γ, 200. ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ, imperativus esse debet. E particulis primum omnes praepositiones, sola περί excepta, admittunt elisionem, nec minus elisiones impatientes particula ὅτι, cf. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 621., *quod*, et τι pronomen putantur, at quamvis posterius etiam in Homericis eandem servare normam haud negari possit, tamen prius, ubi declarationi inservit, apostrophum non semel habet, velut Od. θ, 78. χαῖρε νόῳ, ὅτ' ἄριστοι Ἀχαιῶν δηριόωντο, cll. ξ, 366. υ, 333. φ, 253. 4. Il. α, 244. 397. δ, 32. ε, 331. Non quidem me latet, Scholia ad Il. α, 244., vid. Heyn. Observ. Vol. IV. p. 676., ὅτε explicare, et ad Od. ν, 129. - - οὐκ ἔτ' ἔγωγε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν

Τιμήεις ἔσομαι) ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσιν, ibi autem temporis notionem inesse, minus ambigendum est. Imo Od. ξ, 89. 90. *Οἴδε τε καί τι ἴσασι, θεοῦ δέ τιν᾽ ἔκλυον αὐδήν, Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον, ὅτ᾽ οὐκ ἐθέλουσι δικαίως Μνᾶσθαι*, etiam particula, causam quae indicet, ι amisisse videtur. Locum quae innuunt particulae, ubi ab adjectivis vel adverbiis originem ducunt, ι abjiciendi potestatem habent, sicut *ἄλλοθι, αὐτόθι, τηλόθι, ὑψόθι*, non item, si substantivum earum stirps sit, quare numquam *ἠῶθι, Ἰλιόθι*, alias in fine detruncatas reperias. Numeralia denique apostrophum non repudiare, testimonio sunt Od. β, 212. δ, 669. ι, 241. λ, 585.

§. 6.

Deinde vocalem ο abjici posse sua sponte apparet, at in genitivis declinationis secundae, ut *Ζεφύροιο*, quae forma ad versum facilius fundendum inventa erat, apostropho eam ipsam iterum amputari, merito rejecerunt Hermann. ad Orph. p. 722. et alii, cfr. Censor. Wolf. Hom. l. l. p. 131. Quodsi recte existimatur, etiam in pronominibus *ἐμεῖο, σεῖο*, quae Il. ζ, 454. ψ, 789. Od. ϑ, 462. Hymn. Hom. 26, 19. leguntur, una cum viris laudatis apostrophus exterminandus, alteraque genitivi istius forma reducenda erit. Recte enim Hermannus l. l. ait, „vehementer secum ipsi pugnassent Graecae gentis poëtae, si formas vocabulorum ob id ipsum inventas, ut locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus decurtare voluissent.“ Neque magis, quam Cens. Wolf. Hom. l. l., illis verborum formis confido, ut Il. δ, 404. *Ἀτρείδη, μὴ ψεύδε᾽ ἐπιστάμενος*. cll. ι, 260. ω, 202. Talia etiam Odyssea monstrat, cf. α, 340. *ἀποπαύε᾽ ἀοιδῆς*. δ, 752. *εὔχε᾽ Ἀθηναίῃ*. jam enim alibi in his consonae junguntur, velut Il. κ, 146. *ἀλλ᾽ ἕπευ, ὄφρα*. ibique praeter Aristarchi voluntatem, vid. Schol. Venet. p. 247. Quodsi in his formam breviorem apostropho praeponendam duxerimus, etiam Od. ω, 33. *ἠδέ κε καὶ σῷ παιδὶ μέγα κλέος ἦρα᾽ ὀπίσσω*, quod versui ejusdem libri 193. *ἦ ἄρα σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ ἐκτήσω ἄκοιτιν* manifeste repugnat, *ἤρω* potior erit lectio. His demtis, in aliis omnibus apostropho accessus intercludi non potest, reperitur enim, ubiubi versus suadet, in pronominibus, numerali *δύο*, in verbis, et alibi.

§. 7.

In usu a recentioribus poëtis apostropho concesso nihil fere, quod ab Homerica consuetudine differat, reperi. Ex diphthongis nullam nisi αι in variis verborum formis elisione apud eos obtritam vidi, uti Arat. Phaen. 293. 286. Apoll. Rhod. III, 1026. cll. 514. IV, 783. Dion. Perieg. 218. 509. Orph. Lith. 476. Opp. Hal. II, 66. et alibi in aliorum libris, quod exemplis augere, nihil attinet. Neque in brevioribus vocalibus abjiciendis aliae inveniuntur rationes. Quamquam enim literarum sonantium contractio, quam, ubi vocales duae breves in aliam vel longam vocalem, vel diphthongum colliquescant, crasin, ubi vero in diphthongum eandem coangustentur, synaeresin a veteribus dici constat, plurimis in formis multo crebrius, quam apud Homerum, offeratur, tamen in iis ipsis vocali insequenti plerumque non contracta, sed resoluta forma, apostropho adnexo animadvertitur. Ita in tertiae declinationis nominibus, quae neutrius sunt generis, pauca contractionis exempla, ut jam memoratum est, se conspicienda praebent, at largus ejusdem numerus in epicis serioribus adest. Addam pauca. Apoll. Rh. Arg. II, 1270. ἄλση. III, 349. πελαγη. IV, 274. ἄστη. Nicand. Alex. 209. χείλη. 250. κάρφη. Dion. Perieg. 532. νέφη. Opp. Cyn. I, 102. ἴχνη. I, 320. 360. II, 156. κάλλη. III, 30. ἔθνη. IV, 150. σάκη. Ea vero, ut usum eorum in Homericis quoque prorsus rejici non posse monstrent, ita tamen nobis persuadere non possunt, ut, ubi apostrophum additum videamus, eum expellendum ac formam contractam reducendam judicemus. Quamvis enim, quod Apollonius ἄστη dederit, et iterum I, 1312. στήθε' ἀείρας. III, 215. ἕρκε' ἄνακτος. IV, 206. τεύχε' ἀρήϊα. aut, quod juxta illam contractionem ponatur apud Dionys. Perieg. 321. ἄστε' ἐρυμνά. Opp. Hal. IV, 204. ἄστε' ἔχουσιν. Ib. 562. ἔθνε' ἀφαυρῶν. et multa ejusdem coloris alia, disconveniens videri queat, tamen in his poëtas recentiores via Homerico usu, qui nonnisi metro jubente longiorem formam contrahit, signata institisse, credere par est. Cujus rei illud quoque, quod hae formae contractae in versuum clausulis plerumque inveniuntur, argumentum esse potest. Neque alio modo in adjectivis in ης et ες desinentibus factum videmus,

ut in Apoll. Rhod. III, 1055. μόυνογενῆ. 1388. εὐκαμπῆ. Orph. Lith. 342. εἰναετῆ. Nic. Al. 347. τριπέτῆ. Opp. Hal. IV, 33. εὐκρᾶῆ. quae multis aliis exemplis cumulari possint. At vocali insequenti in his quoque formae contractae nullus locus relictus est, ita in Nicand. Alex. 526. εὐαλθέ' ἀρωγήν. Opp. Hal. IV, 387. ἐπήρεφέ' ἀκρεμόνεσσιν. et alibi. Contra in eodem hujus poëtae libro v. 46. ἀσπαλιῆ' ἀκάχησεν apostrophi nota plane supervacanea est. Porro in aliis modo adductorum adjectivorum formis hi poëtae versu flagitante crasin saepenumero admittunt, v. c., ut in eodem Oppiani libello maneamus, vid. ibidem v. 318. νωθεῖς. 671. οἰνοβαρεῖς. Cyneg. I, 189. ὀρθοκτενεῖς. cll. Apoll. Rhod. II, 176. 603. 733. 898. III, 321. 636. 812. alibi, quae quidem indicio esse possunt, Homericas quoque istius generis contractiones haud temere spernendas esse. Ceterum in brevium vocalium elisione modum esse tenendum, eamque haud ultra necessitatem augendam, iidem saepe demonstrant, ita, quod ad supra monita vim quandam habet, Dionys. Perieg. 30. δάκρυ ἀμέργονται. De ε abjecto idem, quod de Homerica ejus literae elisione monitum est, valet, neque in his ullum personae aoristi primi activi tertiae in optativo ad Atticorum exemplar effictae, et quidem decurtatae exemplum hucusque conspexi. Tertia vocalis in nominum tertiae declinationis dativis et quidem simplicis numeri perraro elidendo aboletur, velut Dionys. Perieg. 517. 8. praebet exemplum: Εὐφρήτης δ' ἐπὶ μὲν λαιῆς ὑπὸ νεύματι χειρὸς Ὀρμῶνθ' ἑξείης. Ita etiam γῆρας γήραϊ apostrophum non patitur, immo apud Apollonium Rhod. duobus in locis I, 263. II, 200. γήρᾳ, I, 669. γήραϊ plenam formam adesse videmus. Nec minus, literam ο in nominum secundae classis et pronominum genitivis abjici usu vetitum esse, recentiorum consuetudo ostendat. Etenim illius exemplum occurrit nullum, hujus adeo contraria, cf. Apoll. Rhod. Arg. III, 1080. σεῦ ἐπιλήσεσθαι. Ib. 1109. ἀλλ' οἶον τύνη μὲν ἐμεῦ, ὅτ' Ἰωλκὸν ἵκηαι, Μνώεο. Idemque de persona aoristi primi secunda in mediis verbis hic poëta significat. IV, 797. ἠλεύω· ὁ δ' ἔπειτα. Ceterum in his poëtis multa adhuc esse relicta, quae tum linguae, tum numeri legibus magis consentanea exhiberi possunt, non est, quod dubitemus. Ut unum modo afferam, quae supra Cap. II. Sect. I. §. 5. de variis

epicae poëseos formis in primae declinationis nominibus nunc in *α*, nunc in *η* exeuntibus, praecepimus, recentiorum poëtarum consuetudo egregie confirmat, at in multis librariorum vel incuria vel inscitia editores in fraudem pellexit. Ita Arat. in Phaen. 160. *Διδύμων ἐπὶ λαιᾷ Κεκλιμένον δήεις*, at *λαιῇ*, quod epicae linguae ratio exigit. vid. in Apoll. Arg. II, 678. Opp. Cyn. I, 95. et, ne de Arato dubitetur, Phaen. 281. Dios. 742. (10.) uno et eodem in versu *ὥρη* et *ὥρα* legitur. Id. Dios. 1116. (384.) *ἢ κοίτῳ πλευρᾶς ἐπὶ δεξιτερᾶς τανύσωνται*, ubi Cod. Vratislav. *δεξιτερῆς* verum innuit. Apoll. Arg. I, 372. *πρώραν*. Dionys. Perieg. 118. *χώραν*. Nicand. Alexiph. 95. *τέφραν*, at ibidem 530. *τέφρην*. Quae ipsa inconstantia in his omnibus *η* adsciscendum esse certissime edocet. Quae vero nomina sibilam, aut ex ea compositam aliam ante finem habent literam, in iis haud secus, quam apud Homerum, constanter *α* retinent poëtae. Exemplis, ut in re nota, paucis fungamur. Opp. Hal. II, 150. *βύσσαν*. Arat. Dios. 976. (244.) *μύξαν*. Apoll. IV, 1395. *δίψα*. Ib. 5. *φύζαν*. Opp. Hal. IV. 421. *φύζαν*, ut enim hoc acuto in syllaba penultima e regulis l. l. allatis notandum est, ita aliud Opp. Hal. III, 401. *μᾶζαν* circumflexo tono, nunc quidem diversa plane obtinet accentus ratio. Opp. Cyneg. I. IV, 339. *ἀμφοτέραν δίψη τε φίλη τ' ἐκάλεσσεν ἀϋτμή*. sed restituendum *δίψος* est, quod etsi epicis parum usitatum, tamen invenitur, cf. Theocr. Id. XXII, 63. Opp. Cyneg. I, 299. Ceterum in primo hujus carminis libro v. 22. *Ἵλαθι πότνα θεά* me recte conjecisse, nullum erit dubium conferenti Hal. I, 78. At plura, quae de poëtarum epicorum formis contractis in verbis adhibitis dici possint, neque hucusque accurate exposita sint, restant, ea vero non minus ad grammaticae, quam ad metricae doctrinam referenda sunt. Quare nunc quidem, cum in rei metricae versemur disquisitione, ab his excutiendis abstineo.

§. 8.

Aliae autem vocalium plurium unam in syllabam constipandarum artificiosiores inveniuntur rationes, quae, ut literae sonantes duabus in vocibus obviae in unam syllabam coalescant, efficiunt. Eae a Grammaticis *ἔκθλιψις* et *κρᾶσις*, *ἔκθλιψις* et *συναίρεσις*, *κρᾶσις* et *συναίρε-*

σις, ἔκθλιψις κρᾶσις συναίρεσις vocantur, vid. Drac. de Metr. poëtar. p. 158. Excerpt. Tryph. in Grammat. Lasc. p. 175. Excerpt. e Cod. Paris. ad Greg. Cor. p. 679. §. XIV.—XVII. Quam multiplicis autem generis apud Atticos esse solent, tam variae neque in Homericis, neque in aliorum epicorum libris inveniuntur. Nam praeter articulum et particulam καὶ nulla alia reperiuntur vocabula, quae eo modo cum sequentibus coaluerint. De Homericis quidem jam brevi monuit Wolfius V. S. in praefatione Nov. Ed. p. LV. Offeruntur autem haec: Il. θ, 369. οὑμός. Il. λ, 288. ν, 154. *) 433. π, 521. ω, 384. Od. ρ, 417. ὤριστος. Quod ὁ ἄριστος esse ipsi veteres agnoscunt, uti etiam Il. ε, 396. ωὑτὸς pro ὁ αὐτὸς, vid. Heyn. Vol. V. p. 78. Idem in Dionys. Perieges. 271. ωὑτὸς μὲν Λιβύης ῥυσμὸς πέλει. At dum haec tenerent et adsciscerent, Zenodoteam scripturam Il. β, 1. ὤλλοι, et alibi obviam improbaverunt, vid. Heyn. ad Il. Vol. IV. p. 194. Apollon. Rhod. in eo, ut videtur, Zenodoti signa secutus plus simplici vice formam istam adoptavit, ut Arg. I, 910. 998. III, 176. IV. 253. Neutrum articuli colliquescit in his: Il. α, 465. β, 428. Od. γ, 462. et alibi eodem in versu lectum μίστυλλον δ' ἄρα τἄλλα, quamquam in eo veteres dissentiunt, cf. Heyn. Vol. IV. p. 124. 5. idem in Apoll. Rhod. II, 335. habes. Il. γ, 235. et alibi τοὔνομα, quod recentiores pariter accipiunt, ut Opp. Cyneg. II, 295. (nam τοὔνεκα et οὕνεκα, ubivis obvia, pluribus memorare non est opus.) Praeter haec in Apoll. Arg. III, 102. ἄλλοις ἄλγεα τἀμὰ γέλως πέλει. At in his quoque prudentiam et cautelam adhibendam esse patet. Quare in Apoll. Rhod. IV, 323. αὐτὰρ ἐπεὶ τἄγγουρον ὄρος Brunckius male scripsit, quod enim divisum olim legebatur, id non cum sequentibus, sed praegressis connectendum erat, ita quidem: αὐτὰρ ἔπειτ' Ἄγγουρον ὄρος et q. s. Quam loci

---

*) In his tribus Iliados locis allatis diversi tres Trojanorum heroes hac appellatione insigniuntur. Scilicet ω, 384. qui vere Trojanorum ἄριστος erat Hector, Il. π, 521. Sarpedon, Il. ν, 433. Alcathous quidam Anchisae gener, quare in heroum Achivorum virtute praedicanda idem evenire, cf. Spohnium meum de agro Trojano p. 25. 26., minus mirandum est.

emendationem poëtae mens non minus exigit, vult enim haec dicere: postquam autem montem Angurum et reliqua, quae adjiciuntur, loca praegressi erant, tum a Colchis, qui via alia eos circumvenerant, itinere prohibiti sunt. Particulae autem haece, *αὐτὰρ ἔπειτα,* saepissime conjunguntur, et ne longius exempla arcessamus, vid. ejusdem Argonaut. libr. 566. 760. Particula *καὶ* semel in Iliade Rhaps. Φ, 108. *οὐχ ὁρᾷας, οἷος κἀγώ,* cum voce sequenti coaluit, et praeterea in Hymn. in Cerer. 227. *κου.* Apud alios poëtas maxime *ἐκεῖνος, ἐκεῖθι, ἐκεῖσε* cum ista vocula primam suam syllabam conjungunt. Ac prius vide Arat. Phaen. 71. 81. 197. Diosem. 1141. (409.) Apoll. Rhod. I, 83. 996. IV, 1441. Opp. Hal. II, 476. *κᾀκεῖσε* Cyneg. IV, 108. *κᾀκεῖθι* Arat. Phaen. 202. Rariora his sunt, quae offenduntur Orph. Lith. 145. *χὠ* i. e. *καὶ ὁ.* Opp. Cyneg. I, 329. *πῶλον ἐπιγράψαι κὰν νηδύϊ μητρὸς ἐόντα.* Ceterum ex hujus carminis libr. II, 94. *οὐ γάρ τοι κρατερῆφιν ὑπὲρ κεφαλῆφι πεπήγει,* etiam in Hal. IV, 610. *χεῖρα δ᾽ ὑπὲρ κεφαλῆφι βαλὼν καθύπερθεν ἀκάνθας* emendandum erit.

CAP. VI.

De Synizesi in versu Homerico.

§. 1.

Synizesin veteres eam poëtarum maxime epicorum vocant consuetudinem, qua duae vocales juxta se positae in pronunciatione vinculo tam arcto inter se constrictae teneantur, ut unius modo syllabae instar sint, et ita, unde nomini origo debetur, quasi considant; eadem quoque *συνεκφώνησις* vocata est. A crasi igitur aliisque, quibus idem inest finis, vocalium conjunctionibus supra memoratis eo potissimum differt, quod neque ullam vocalem expellit, neque eas contrahendo immutat, vid. Elias de Metr. p. 84. Cujus vero eam usus in Homeri aliorumque carminibus, creberrime iteretur, in ea exponenda veteres Homeri interpretes et metricae qui tradiderint initia, multi sunt, ut Eustath. ad Il. α, v. 1. *Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος* p. 11. quocum alii fere conveniunt, synizesin describit hisce: „*οὐ φυσικῶς ἔχει τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου, τοῦ ἐκ δακτύλων καὶ σπονδείων συγκειμένου, ἀλλὰ πάθος ἴσχει, ὃ λέγεται συνίζησις. αἱ γὰρ τέσσαρες συλλαβαί, αἱ μετὰ τοὺς τέσσαρας πόδας, ἤγουν τὸ δε καὶ τὸ ω καὶ τὸ χι εἰς δάκτυλον λογίζονται, τοῦ δε καὶ τοῦ ω λαμβανομένων ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς.* (vitiose hic adest *βραχείας.*) *λέγεται δὲ τὸ πάθος συνίζησις, καθά που καὶ ἡ συναίρεσις παρὰ Ἡρωδιανοῦ, κατὰ μίμησιν τῶν συνιζανόντων καὶ συμπιπτόντων σωμάτων καὶ πυκνουμένων ἐξ ἀραιότητος καὶ ἐκ πλείονος κατεχόντων ὀλιγώτερον τόπον κατὰ* *) *συμπίλησίν τινα.*"

*) Adde hoc vocabulum Lexicis nostris.

Saepe autem aliis in locis eandem rem tetigit Eustathius; velut ad Il. ε, 256. τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ p. 546., de quo vocabulo etiam Schol. Venet. p. 136. et Gens. Homer. Wolf. in Ephemerid. lit. Jenens. N. 244. in nota subjecta praeter Eustathium adeundi sunt. Draco Stratonic. de metr. poët. p. 145. 6. Trich. de metr. p. 44. 6. Elias de metr. p. 81. sqq. Veteres vero ea in re nonnumquam dissentiunt: ita exemplum supra laudatum ex Il. α, 1. et Trichas l. l. p. 44. affert: „συνιζάνεται γὰρ τὸ ι μετὰ τοῦ λη, καὶ λογίζονται αἱ δύο συλλαβαὶ ἀντὶ μιᾶς, ἢ συνιζάνεται τὸ δὲ (editum τόδε) μετὰ τοῦ ω, καὶ γίνεται αὖθις τὸ αὐτό." Nemo autem, quod sciam, accuratius Dracone illum epicorum usum exposuit. Ille enim singula ejus conglutinationis distinxit genera, et eorum quinque enumerat. Coalescere enim docet, vel duas longas vocales in unam longam syllabam, vel brevem et longam iterum in longam, vel easdem unam modo efficere brevem, vel duas breves in brevem contrahi, vel denique duas hujus mensurae longam efficere, quod genus in Homericis non adeo rarum, ut ipsi videtur, invenitur. Qui vero nostra aetate ea de re monuerunt viri docti, ii magis attigerunt, quam perfecerunt eam doctrinam. Clarkius et Ernestius, uti supra Cap. V. §. 1. monitum est, plenum ejus ambitum ne perspexerunt quidem, et saepe, cum haec ad versus numerum satis esset, ab Atticorum aphaeresi auxilium petierunt, idemque Heynio accidit. Alii, uti Hermannus de Metr. poëtar. lib. I. §. XVIII. Matth. in Grammat. Graec. p. 911. Buttmann. in Grammat. Graec. §. 107. p. 448. in fine et Thierschius in Grammat. dialect. Homeric. §. 126. 7. in transcursu modo pauca annotant. Quae cum ita sint, Homeri et epicorum hac in re usum elimatius paullulum et uberius, siquidem fieri possit, tradere instituam.

§. 2.

Quo vero diximus modo, primum duas longas syllabas, et eas duorum vocabulorum, in unam coiisse observandum est. Neque autem, ut opinor, omnes pro lubitu, quae longe efferuntur, syllabae Synizesin adsciscere possunt, verum eae tantum, quae elisioni haud obnoxiae sunt. Qua de causa diphthongus αι numquam

alii insequenti permiscetur, sed abjicitur. At, quae occurrunt, eae quoque non in qualibet aut verborum aut nominum forma leguntur, sed in paucis quibusdam, credo, quia in his non sine magna difficultate, id quod in aliis fit, longa ista syllaba vocali alia subjuncta corripi potuisset, ita cum insequenti concrescere solent. Saepe et aliis multo crebriores ultimam in particulis, ἐπεὶ, δὴ et ἤ hunc usum servasse videmus, et prius quidem tum semper particulae negandi adnexum est, ut Il. ν, 777. μέλλω, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ. cll. Od. δ, 352. λ, 1. 111. τ, 314. υ, 227. In his quidem recentioris aetatis critici rem ita expedivisse sibi videntur, ut dicant, lectum fuisse ἐπεὶ 'δ' vel ἐπείνδ' ἐμέ, aut alio quocunque modo, cf. Clarkium ad Il. l. l. Heyn. Vol. VI, p. 507. Verum cum alia, quae nobis quidem non minorem exhibeant difficultatem, in unam syllabam veteres pronunciando conjunxerint, mihi quidem, quin haec quoque sine ulla veram vocabulorum sententiam obscuratura elisione in unam conglutinata fuerint syllabam, non dubium est. Particula ἤ, sive ei vis interrogandi insit, sive sententiam disjungat, crebrius etiam cum insequenti vel vocali vel diphthongo hac ratione connectitur, iterum tum potissimum, cum particulam οὐ comitem sibi adjunctam habet, neque vero alia exempla prorsus inaudita sunt. In quibus quidem veteres de vocalium harum conglutinatione vere cogitasse testimonia ipsorum diserte monstrant, quare iterum seriorum Homeri interpretum argutis, quibus versuum modulo in his opitularentur, rationibus artificiose excogitatis, haud indigeamus. Ita idem Clarkius Il. ε, 349. ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις, ηὐχ ἅλις pronuntiandum esse docet. Eaedem ipsae particulae saepius hoc artificio concretae leguntur, et ipsi veteres, velut Eustathius, Draco, Trichas in locis supra adductis, haec ad Synizesin comprobandam passim in medium proferunt. vid. Il. ρ, 450. ψ, 670. Od. β, 312. ρ, 376. Il. υ, 18. ἦ οὐ μέμνῃ. ι, 537. Od. ω, 115. α, 298. Qui, ubi nulla adest negatio, particulam hancce cum insequentibus conjungi jubent, offeruntur loci pauci: vid. Il. ε, 466. ἦ εἰςόκεν. Od. δ, 682. ἦ εἰπέμεναι. Praeter has δὴ affirmandi vocula hanc normam nonnumquam tenet, quare in Il. υ, 220. ὃς δὴ ἀφνειότατος frustra laboraverunt, quod enim Erne-

stius primus et post illum alii adjectivi syllabam priorem corripiendam dicebant, ei, quum hac via ad aliorum locorum mensuram recte instituendam parum adjuvemur, non magnam habeo fidem. Doceant hoc loci Odysseae η, 261. ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοον. cll. μ, 399. ξ, 287., quibus quidem indiciis permotus supra Cap. V, §. 3. in aliis quoque locis, ubi nunc apostrophi signum isti particulae adjectum videmus, plenam scripturam potius adoptandam dicebam, cui tamen illud, quod veteres δὲ interdum affirmantis δὴ vicem sustinere perhibeant, ut fecit Eustath. p. 1536. l. 18. ad Od. ε, 278. iterum repugnare possit. Denique μὴ coalescit Od. δ, 165. Porro ἢ fini vocabulorum adjectum legitur in Od. α, 226. εἰλαπίνη, ἠὲ γάμος, cl. Rh. ω, 247., in quo iterum viri docti haeserunt, vid. Clark. ad h. l. Hes. Op. et D. 640. Pariter nonnulla literae ω exempla reperiuntur, vid. Il. ρ, 89. ἀσβέστῳ· οὐδ' υἱῷν. Idem cadit in illum pluribus vicibus repetitum versum Il. β, 651. Μηριόνης δ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. ubi modo in Ἐνυαλίῳ alteram et tertiam, modo syllabas duas extremas coaluisse, modo α in adjectivo addito exterendum viri docti putaverunt, cf. Clarkium ad h. l. Heyn. Vol. IV. p. 352. Priorem quidem a Barnesio sententiam propositam Thierschius in Grammat. Graec. p. 161. resuscitavit, at υ nominis istius breve numerari non potest, non enim Ἐννὼ solum istud protrahit, verum etiam nostrum ipsum vocabulum, quod demonstrant Il. ρ, 217. σ, 309. ξυνὸς Ἐνυάλιος. Pari modo, neque in Il. ν, 531. αἰγυπιὸς ὥς, neque in Rhaps. λ, 679. συβόσια, ullo modo breves vocales coalescere putaverim. Haec quidem observantur longarum vocalium ad unam syllabam conjunctarum exempla, in quibus omnibus duarum vocum literae sonantes commiscentur. Perraro eadem fit conjunctio in uno eodemque vocabulo, ut Il. λ, 380. Βέβληαι, οὐδ' ἅλιον. et Hes. Op. 647. Βούληαι. In priore quidem Homeri loco corripiendo aut abjiciendo metrum suffulcire voluerunt, vid. Heyn. Vol. VI, p. 185. at ei rationi aperte adversatur Hesiodi locus, in quem nulla potest elisio cadere, et, ut η umquam corripi possit, magnopere vereor, neque ἐπειὴ, quod in hujusmodi correptionis argumentum afferunt, ipsum satis tutum est. Quamquam enim in hodiernis Homeri editionibus adest ἐπεί ἦ, uti Il. α, 156. ἐπειὴ μάλα πολλὰ

μεταξύ ib. 169. *δ*, 56. *θ*, 144. *κ*, 557. et alibi, Od. *ι*, 276. *κ*, 465. *μ*, 109. *ρ*, 196., tamen in hisce veteres, vid. Schol. Venet. p. 17. et quae Heynius affert ad Il. *α*, 169. *ἦ* scripserunt, ita ut alii a praecedenti separarent, alii conjungerent. Accurate de multiplici hujus particulae usu discernit Schol. Venet. ad Il. *α*, 219. p. 22. et Apollon. in Lexic. Hom. p. 322. sqq. Jam cum tam saepe ab initio haecce particula in epicis pariter atque in tragicis affirmandi causa cum *μάλα*, *μέγα*, *πολύ* conjungatur, quid, quominus in his quoque Homeri locis, ubi, *ἐπεὶ* postposito, in longe plurimis *μάλα*, aut *πολύ* subjungantur, eandem teneamus regulam, nobis obstare possit, nondum perspicere potui. Neque tamen diffitendum est, jam in Hymnis Homericis, vid. in Ap. 72. in Ven. 196. *ἐπειὴ* a vulgari *ἐπεὶ* diversum non videri.

§. 5.

Haec quidem de longis, iisque in unam syllabam ab Homero conjunctis, vocalibus sufficiant, jam breviter de aliis cognoscamus. Ut enim veteres ipsi animadvertunt, et longam brevemque, ac duas breves illo auxilio in metri gratiam poëtae epici persaepe conjunxerunt. Nulla autem vocalis, quam *ε*, facilius synizesin admittit, et in pronunciando muta est. vid. Herm. de emend. rat. Graec. Gramm. p. 32. 5. Quippe quae litera non solum ubi terminationi insideat, verum etiam ubi ad ipsum vocabuli etymum referenda sit, cum aliis coaluisse apparet; eaque pronunciationis correptio, nunc ante longam vocalem, nunc ante brevem, conspicitur. Jam in nominibus primae declinationis genitivus Ionicus, sive singularis, sive pluralis ille sit, hac conjunctione creberrime invenitur, ut jam supra memoratum, Il. *α*, 1. *Πηληϊάδεω*. Ex quo quidem manifestum est, eos, qui in hoc nomine tertiam ac secundam syllabam conjungere velint, errore teneri. Il. *β*, 205. *ἀγκυλομήτεω*. Hes. Op. et D. 451. *ἀβούτεω*. At monendum est, litera modo consona praeeunte illam formam in usu fuisse, ubi enim vocalis praemissa est, *ω* satis putabatur, quare Il. *ε*, 534. *Αἰνείεω* non bene consentit cum *Ἀσίω*, *ἐϋμμελίω*, *Ἑρμείω*; *Βορέω*. Il. *β*, 461. *δ*, 47. *ο*, 214. Od. *ξ*, 533. vid. Censor. Wolf. Homer. in Ephemeridib. lit. Jenens. 1809.

n. 245. Thiersch. Grammat. Homer. dial. §. 134. Neque aliter ejusdem declinationis genitivus pluralis formatur, Il. α, 495. ἐφετμέων. Od. ι, 138. ναυτέων. κ, 350. κρηνέων. Hes. Theog. 130. Νυμφέων. plura enim, ubivis cum sint obvia, haud commemoro. At in his quoque vocali praecedente ε adjicere minus necessarium veteribus visum est. cf. Censor. l. l. Hermann. ad Hymn. Homer. in Cer. 312. quorum uterque eam ob causam in Il. ψ, 112. κλισιῶν praetulerunt. Neque aliter, quam dictum est, et in nominibus, quae tertiae declinationis generis neutrius sunt, et in pronominibus rem se habere Homeri carmina ostendunt. Il. κ, 95. στηθέων. Od. κ, 350. ἀλσέων. Hes. Op. et D. 475. ἀγγέων. Od. α, 33. ἡμέων. ζ, 119. τέων. Hes. Theog. 104. σφέων et ibidem v. 44. θεῶν lectum his annumerandum est, eaedem enim literae sonantes ibi comprimuntur, et denique χρεώ Il. ι, 197. 608. alibi et Il. ψ, 226. Ἑωςφόρος notanda sunt. Tum in verbis quoque ε mutum invenitur, partim, ubi eorum terminationi proprium est, partim ubi extrinsecus iis infertur, illius generis sunt: Il. β, 294. εἰλέωσιν. Od. θ, 42. φιλέωμεν. hujus: Il. λ, 348. στέωμεν. Od. π, 383. φθέωμεν. χ, 216. κτέωμεν. ω, 485. θέωμεν. Il. ψ, 361. μεμνέῳτο. φ, 503. πεπτεῶτ' ἄλλυδις, et aliis in compositis et adverbiis pariter ε non numquam ω insequenti mutum est, velut: Od. λ, 311. ἐννέωροι, et altera ex parte Od. δ, 419. 459. ἀσκεμφέως, ε, 98. νημερτέως. porro ἕως et τέως, de quibus cf. Thiersch. Gramm. Homer. dialect. §. 126. et quae supra monuimus Cap. II. Sect. II. §. 4. Cum aliis vocabulis ε non minus raro commiscetur, ut primum cum α, maxime, ubi hoc brevem habeat mensuram, rarius, cum producatur. Id quidem fieri solet in nominum tertiae declinationis accusativis, tum adjectivorum, tum nominum, quanquam in illis, at raro, non modo pronunciando, sed scribendo etiam duae istae vocales in unam collatae sunt. Sic legitur in versus exitu Il. γ, 27. 450. ω, 483. Od. φ, 277. θεοειδέα. Il. ω, 267. πρωτοπαγέα. Hes. Theog. 232. ἀψευδέα, 941. πολυγηθέα. Sed contraria praebet Od. β, 421. ἀκραῆ. σ, 201. αἰνοπαθῆ. quorum prior eadem ex analogia, qua Βορέω et alia dicuntur, se tueri possit. Nomina adsunt in his: Il. γ, 237. Od. λ, 300. Πολυδεύκεα. Il. δ, 365. ε, 881. Διομήδεα. Od. ω, 523. Εὐπείθεα. Hymn. Hom. XIV. 1. Hes. Scut. 448. Ἡρακλέα. Hes. Theog. 982. Γη-

ρυονέα. et in Hesiodo etiam Theog. 510. Προμηθέα, 511. Ἐπιμηθέα. Pari modo versui accommodantur hujus declinationis neutra. Il. δ, 113. σάκεα. ο, 444. βέλεα. utrumque in antiquioribus fuisse testatur Heynius, quanquam quodammodo obloquitur Censor Wolf. Homeri l. l. at plura alia longiorem formam magis certe, quam contractam Grammaticorum auctoritate apud Homerum comprobatam esse testari possunt. Nam adsunt: Il. λ, 282. στήθεα. ω, 7. ἄλγεα. Od. δ, 757. ὑψηρεφέα. ι, 347. κρέα. ω, 534. Hes. Op. et D. 150. τεύχεα. Hymn. Homer. in Cer. 425. ἄνθεα. Il. μ, 381. ν, 144. ῥέα, de quo cf. Heyn. Vol. VI. p. 397. et idem apud Hesiodum Op. et D. 5. legendum est; uti certe inter alios testatur Elias de Metr. p. 82. Profecto autem multo rarius nomina ejus generis in unam vocalem contracta inveniuntur, ut Od. λ, 185. τεμένη. ad quod Cod. Harlej. σεσημείωται τὸ ὄνομα ἀδιαιρέτως ἐξενεχθὲν – Ἀρίσταρχος τεμένεα. et Il. χ, 322. τεύχη. Non sui simile habet Od. ι, 283. νέα. Eadem vocalium conjunctio in accusativum quoque pluralis cadit, quem multo rarius, quam nominativum, epici poëtae contraxisse videntur. Il. ψ, 114. 856. πελέκεας. Od. λ, 110. μ, 137. ἀσινέας. Il. α, 559. β, 4. Od. γ, 262. δ, 170. alibi πόλεας. et maxime pronomina Il. θ, 211. ο, 136. Od. β, 330. δ, 178. 452. ἡμέας. Od. β, 210. ὑμέας. Il. δ, 337. σφέας. quod insequenti vocali breve numeratur, vid. Il. ε, 567. Od. θ, 315. Pari modo nomen Αἰνέας Il. ν, 541. alibi versui congruum redditur, et Od. φ, 178. ἐκ δὲ στέατος, vid. Herm. de metr. p. 57. In verbis ε, quum paucis in formis α ibi praefixum esse possit, non admodum saepe in harum literarum copula mutum est, ut Od. ι, 44. κ, 263. ἠνώγεα. ω, 90. ἐτεθήπεας. His quoque verbum ἐάω, quamquam in illo prior litera non insititia, verum primaria sit, adjungendum est, cujus bisyllabi positi exempla jam Clarkius ad Il. δ, 42. dedit. Tum in medio cum diphthongo αι interdum ε illud coire solet, ut Il. β, 367. γνώσεαι. Od. ζ, 33. ἔσσεαι. ibid. ἐντύνεαι. δ, 812. ε, 174. κέλεαι. Transimus ad eas formas, in quibus ε breve ο sibi adjunctum habet, quae vero, cum literae istae non tam in certis nominum terminationibus, nam illae raro eas connectunt, quam in verbis et singulis vocabulis inferius perlustrandis inveniuntur, minus crebro superioribus leguntur. Hujus enim generis nullam scio formam,

nisi genitivum nominum in *ευς* exeuntium. Il. *β*, 566. *ψ*, 678. *Μηκιστέως υἱός*. et Il. *α*, 489. Od. *λ*, 478. *Πηλέος υἱέ*. contra quam scribendi rationem argumentis, ut videtur, idoneis Censor Wolf. edit. Homer. in Ephemer. lit. Jenens. 1809. n. 244. disputat. Praeter illam nominum terminationem in verbis quoque *ε* mutum esse solet, et quidem in imperfectis, velut Il. *λ*, 282. *ἄφρεον*. *ο*, 21. *ἠλάστεον*. *σ*, 493. *ἠγίνεον*. *υ*, 218. *ᾤκεον*. *ω*, 722. *ἐθρήνεον*. Od. *θ*, 550. *κάλεον*. *χ*, 456. *ἐφόρεον*. *ω*, 337. *ᾔτεον*. Hymn. in Ap. 408. *ἔπλεον*. At haec non minus cum multis aliis, quemadmodum nunc eduntur, sicut Il. *μ*, 160. *ἀΰτευν* aperte pugnant; idemque attigit Censor Wolf. Hom. l. l. n. 245. Idem valet de Od. *ω*, 325. *ἀλλ' ἴσχεο κλαυθμοῖο*, quod *ἴσχευ* scribendum esse vix ambigendum sit, at similis forma Il. *ρ*, 142. *ἰδεύεο* se tuebitur. Certiora sunt pauca alia, ut Il. *δ*, 18. *οἰκέοιτο*. *η*, 310. *ἀελπτέοντες*. Od. *ζ*, 31. *πλυνέουσαι*. nisi in hoc postremo *ευ* pariter vulgatae praeferendum sit. Singula, ut monebam, vocabula, in quibus *ε* insequenti vocali altera mutum est, passim inveniuntur, ex horum numero est *θεός*, quod in omnibus casibus monosyllabum proferre licet, velut Il. *α*, 18. *ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν*. Od. *ξ*, 251. *θεοῖσίν τε ῥέζειν*. Hymn. in Cer. 260. *ἴστω γὰρ θεῶν ὅρκος*, quocum convenit femininum Od. *ε*, 215. *υ*, 61. *θεά*, nisi fortasse in his e recentiorum consuetudine, quorum exempla supra apposuimus, *πότνα θεά* scribendum praetuleris. Ceterum in hoc vocabulo poëtarum Atticorum consuetudinem cum Homerica consentire notum est. cf. Porson. ad Euripid. Or. 393. Ahlwardt. in programm. vernacula lingua scripto Oldenburg. 1801. p. 5. Deinde plurima adjectiva, quae a metallis repetuntur, bisyllaba efferuntur. ita Il. *δ*, 3. *χρυσέοις*. *ε*, 727. *χρυσέοισι*. Hymn. in Ap. 9. *χρυσέων*. Il. *α*, 374. *χρυσέῳ*. et saepius. pariter Il. *β*, 490. *χάλκεον*. unde quoque Od. *θ*, 273. *χαλκεῶνα* cum hisce concinit. Il. *θ*, 217. Od. *φ*, 435. et alibi obvium *κηλέῳ*. Denique, ut pronominis indefiniti genitivum *τέων* superius commemorabamus, ita in aliis etiam formis, vel idem, vel interrogativum, *ε* intrusum mutum ostendit, ut Hymn. in Ap. 170. *τέῳ*. Il. *ο*, 664. *ὅτεῳ*. ib. 491. *ὁτέοισιν*. Denique plane singularia leguntur Od. *ε*, 240. *θύρεον*. *σ*, 247. *πλέονες*. Od. *λ*, 312. *ἐννεόργυιοι*.

§. 4.

Multo rarius, quam ε, aliae breves vocales, α, ι, ο, υ, in Homericis carminibus mutae inveniuntur. Ac primum α perraro, ut in versu Il. ψ, 724. ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε. Minus certo argumento Il. ω, 734. ἀεθλεύων versu ineunte obvium innititur, cfr. Censor Wolf. Homer. l. l. N. 244. Deinde ι duplici modo synizeseos beneficio cum aliis vocalibus unam in syllabam contrahitur, vel vocali longa praegressa atque alia vocali insequente, vel literam consonam inter et brevem vocalem. Prioris generis exempli instar est δηΐδς Il. β, 415. θ, 181. ι, 347. et alibi lectum, et Od. ε, 568. ἠΐων. in quibus quidem ι istud consonae locum propemodum sustinuisse Hermannus de emend. rat. Gramm. Graec. Lib. I, Cap. VIII. ostendit. Etenim post υ ubi editiones antiquiores vocales separabant, ut Od. ρ, 504. Θρήνυϊ βάλεν, eas nunc rectius conjungi, jam supra observatum est. Posterior synizesis cum multo minus frequentetur, eam, ubi adsit, a Grammaticis prave intellectam esse haud miror. At testimonio ejus sunt: Il. β, 811. ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος αἰπεῖα κολώνη. cfr. φ, 567. Od. θ, 561. καὶ πόντων ἴσασι πόλιας. quamquam enim de his ipsis controversia sit, vid. Heyn. ad Hom. Vol. IV. p. 405. 6. Cens. Wolf. Homer. l. l. N. 244. tamen optimorum Codd. auctoritate hanc lectionem Wolfius vir summus recepit. Quae cum ita sint, et Il. β, 537. Ἱστίαιαν et Il. ι, 382. Αἰγύπτιος alibi, etsi veteres posterius dactyli mensura proferendum censuerint, vid. Cap. III. §. 9. ι mutum habere videntur, et idem, ut videtur, Ahlwardtius V. C. in programmate modo laudato statuit. Nam de illo Od. ξ, 94. οὔποθ' ἓν ἱερεύουσ' ἱερήϊον, quod, duobus aliis Od. ρ, 181. υ, 251. expulsis, nunc quidem solum relictum est, Hermanno assentior, idque pariter abstergendum judico, vid. quae V. C. affert in libello de Metr. p. 57. Breve ο in poëmatis Homericis nonnisi aut longa vocali, aut diphthongo antecedente, mutum ponitur. Hesiodeum enim Theog. 983. βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων ab Homerica oratione *) alienum videtur, nisi quod in unico loco Od. υ,

*) Alia etiam hujus generis nonnulla, quae Homericae dicendi rationi minus conveniunt, in Hesiodeis observantur, ut Op. et D.

194. τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοειδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι. legatur, at longae quidem vocali postpositum aliquanto saepius mutum redditur, velut Od. ζ, 303. ἥρωος. de quo Barnesii judicium rectius mihi videtur, quam Clarkii, qui ω in hoc nomine ob vocalem insequentem correptum volebat, illud quodammodo probat Cod. Harlej. scriptura, vid. Porson. var. lect. in edit. Odysseae a Schaefero curata p. 46. Similem ο synizesin deprehendere mihi visus sum in hisce locis. Il. ν, 275. οἶδ' ἀρετὴν, οἷός ἐσσι. cll. σ, 105. Od. η, 312. υ, 89. quibuscum demonstrativum, lectione Codicis Harlej. adscita, Od. ξ, 222. τοῖος ἔα consentiret. Quomodo enim in his diphthongus, eaque adeo circumflexo insignita, corripi possit, haud intelligendum est. Nam quae ne pares quidem, at certe similes diphthongorum correptiones ex Hymn. Homeric. in Ap. 62. θύγατερ μεγάλοιο Κοίοιο et in Cer. 270. ὄνειαρ ad priorem defendendam advocari possint, iis, Hermanni Hymnorum editione comparata, fidem abrogandam esse, cuivis vel me tacente patebit. Denique Od. υ, 379. ἔμπαιον Eustathius etiam spondei numero proferendum censuit p. 1896. l. 38—45. Cum υ nullum aliud synizeseos exemplum proferat, nisi quod in Od. σ, 173. μηδ' οὕτω δακρύοισι πεφυρμένη legatur, prior syllaba vel corripienda, vel δάκρυσσι scribendum erit. Nullus autem nunc quidem in Homericis locus relictus est, ubi duae breves vocales in syllabam unam, eamque ipsam brevem, synizesi compactae essent, etsi veteres hujus quoque usus pauca commemorant, ut Draco p. 146. l. 20. ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον. quem versum Praxillae poëtriae esse, Eustathio teste, jam indicarunt Heyn. in Additament. Observat. ad Il. κ, 277. Vol. VI. p. 626. et accuratius Hermann. ad Dracon. l. l. In Homericis veterum quosdam Il. ε, 5. ἀστέρι ὀπωρινῷ. Il. κ, 277. χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσεύς eodem modo metiri voluisse, et Eustath. locis ab Hermann. ibidem allatis docuit, et antea commemoratum est Cap. V. §. 5.

---

492. μήτ' ἔαρ monosyllabum, 607. ἐπηετανὸν paeonem secundum efficiens. Theog. 283. ἄορ, cl. v. 281. Χρυσάωρ. quem vero locum admodum interpolatum esse, accuratius inspicienti patebit.

§. 5.

Huic Homerico usui e libris recentiorum poëtarum, quippe qui ea in re vestigiis ab Homero signatis institerint, pauca addamus. Recte igitur in Orph. Lith. 442. ἐπεὶ οὐκ ἐθέλεσκε Hermannus, quem confer, restituit. Eodem modo ἢ οὐχ unam in syllabam coalescunt, ut apud Quint. Smyrn. I, 423. ἢ οὐχ ὁράατε, ubi in recentissima editione ὁρᾶατε male expressum est. Quodammodo magis recedit ejusdem particulae synizesis apud Maneth. Apotelesm. V, 155. καρκίνῳ ἢ ὑδροχόῳ. Utraque in particula laudata Atticorum poëtarum consuetudo cum epicorum genere dicendi convenit, ita Sophocl. in Phil. 948. εἷλέν μ' ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ' εἰ μὴ δόλῳ. idem in Oedip. Tyr. 555. ἔπειθες, ἢ οὐκ ἔπειθες. cll. 993. neque aliter μή et ἐγώ ultimam vocalium cum alia insequente colliquescere saepe permittunt, quod de Tragicis docuit Ahlwardt. V. C. in programmate all. p. 6. de Aristophane Brunck. ad Equit. 340. Lysistr. 273. Neque breves vocales aliter, ac in antiquioribus carminibus, epici mutas posuerunt. Ita ε Apoll. Rh. II, 857. Ἀβαντιάδεω. Qu. Sm. X. 414. ἀκοίτεω, idque etiam XIV, 53. loco vulgatae lectionis ἀκοίταο reponendum erat, cum Tychsenius male ἀκοίτου adsciverit. Neque diversus mos in genitivis pluralis tum primae, tum tertiae declinationis nominum, quae neutrius sunt generis, viget; vid. Apoll. I, 782. πυλέων, ib. 280. κηδέων et alibi; pariter eadem pronominum forma ε servat, hinc idem Apollon. I, 665. ὑμέων. II, 152. ἡμέων. I, 980. σφέων. quod vero in Quint. Paralip. IX, 526. σφῶν ἑτάρων legitur, ibi non personam indicat, sed pronomen adjectivum est. Ita etiam in verbis, ut Quint. Smyrn. VI, 250. τεθνεῶτος. quae forma in ejusdem poëtae libr. VII, 65. ubi nunc minus bene τεθνεότος evulgatur, recipienda est. In Quint. Smyrn. II, 57. ἕως monosyllabum adest. Contra literae εα in hisce poëmatis, cum metro jubente in nominum fine per crasin η fiant, vid. supra Cap. V. §. 7. perraro synizesi in pronunciatione modo corripiuntur, unicum exemplum in Quint. Paralip. VIII, 291. Περιμήδεα inveni, quod, si verum est, ad similitudinem Homericorum supra allatorum poëta effinxit. At in pronominum accusativis mutum illud ε interseritur, uti Apoll. Rh. II, 1224. ἡμέας.

II, 1129. ὑμέας. IV, 49. σφέας. idemque in Quint. VI, 178. VIII, 188. quae cum in omnibus fere legantur, Apoll. Rh. II, 959. σφᾶς et Opp. Cyn. I, 471. σφὰς me omnino male habent. Ubi εο coalescant, non ita multa reperiuntur vocabula, nam αὔτεον obvium in Quint. XI, 324. αὔτευν scribendum esse, Homericum superius allatum non minus, quam Rhodomanni judicium probant. At χάλκεος, χρύσεος non contrahuntur, verum epico more ε appictum mutum habent, vid. Apoll. Rh. IV, 176. 1319. I, 1207. ubi infelix emendatio Hoerstelio excidit. In aliis vocalibus comprimendis majore cautela et abstinentia illa epicorum classis usa est. Nam praeter Homericam vocem δηϊος ubivis obviam, vid. e. c. Apoll. Rhod. I, 76. II, 139. Opp. Cyn. I, 213. Quint. Smyrn. V, 205. cum in verbo eadem litera ab hisce interdum subscribatur, velut Qu. Smyrn. V, 294. δηωθέντα, alia exempla haud facile indagaris, ut Opp. Cyn. I, 527. οἵη δ' ἐκ ληΐδιο φέρει θέρος ἀμήτοιο. Deinde ex Homeri ratione apud Dionys. Perieg. 505. Opp. Cyneg. II, 84. Nonn. Dionys. III, 282. 300. alibi Αἰγύπτιος vel trisyllabum est, vel, quod minus probabile videtur, positionem negligit. Denique sicut in Homero, ita in Apoll. Rh. Arg. III, 805. δακρύοεσσ legitur. Jam vero iis exactis, quae de rebus singulis ad epicorum graecae gentis poëtarum tum linguam, tum numeros pertinentibus commentanda habebam, non sum ignarus, multa, quae vel minus necessaria, vel adeo, quod dolerem, prave disputata videri queant, iis forsitan inesse. At justos et aequos harum rerum aestimatores, si quidem studii laborisque assiduitate, a qua me numquam descivisse pariter mihi conscius sum, aliquid saltem me profecisse judicaverint, ut hasce meas scriptiones benigne excipiant, iterum iterumque rogo. Ut vero amorem eorum et voluntatem aliquo certe modo magis mihi devinciam, ad Lexica nostra ditanda vocabulorum, quae ex Apollonii Dyscoli libello de pronomine a Bekkero V. C. nuper publici juris facto istis accedere possint, recensum corollarii loco hisce subjicere visum est.

Αἰνοδρυφής, p. 366. C. 1. Quod vocabulum a Schneidero neglectum ex Apollonio nondum evulgato jam memoravit Valckenar. in comment. ad Adoniaz. p. 157. ed. Berol. adde ex Maneth. Apotelesm. I, 146. *αἰνογένεθλος*, e Maxim. Κατ. 224. 309. *αἰνότλητος*, e Maneth. I, 126. *αἰνογέρων*, quemadmodum Dorvill. ad Charit. p. 552. non sine veri specie refinxit.

Ἀκλιοία: Ap. Dys. p. 275. B. 5. ea verbi conditio, qua flecti nequit.

Ἀλλοπαθής et oppositum ejus *αὐτοπαθής* in verborum definitione occurrunt. *ῥῆμα ἀλλοπαθὲς* est transitivum, *αὐτοπαθὲς* reciprocum. Schneiderus prius plane non habet, at commemorat sub voce altera. In Apoll. leguntur p. 316. A. 6. p. 349. A. 8. 9. p. 350. A. 10. p. 405. A. 5.

Ἀνελλιπῶς p. 261. B. 8. *ἐπιτομώτερον φράσαι*, omissione magis concise disserere.

Ἀνεπέκτατος p. 385. C. 4. non protractus, de vocabulis, quibus in obliquis terminationibus nulla accedit syllaba.

Ἀνθυπάγω, aliud opponere alii verbo. Haec significatio in Apoll. p. 276. B. 1. p. 280. C. 8. p. 294. ibid. non invenitur, cum par *ἀνθυποφέρω* p. 289. C. 5. rectius definiatur.

Ἀντιδιασταλτικὸς, disjungens, p. 289. B. 8. p. 308. A. 1. Ex Schol. Harlej. adjectivum laudavit Schaefer. in Ind. Odysseae Hom. addita p. 148. Tria Achillis Tatii verba ab eadem praepositione composita pariter adde: Lib. III. 2. p. 234. ed. Boden. *ἀντιβομβέω*. VI, 18. p. 550. *ἀντικαταδύω*. V, 8. p. 426. *ἀντιπεριβάλλω*.

Ἀρκτικὸς -ή -όν, incipiens, p. 309. B. 10. 314. A. 2. 334. B. 2. 367. A. 10. In Schneid. Lex. tantummodo *ἀρκτικὸς*, borealis, a nomine *Ἄρκτος* deductum, invenitur.

Ἁρμοστέον, aptum, p. 361. C. 1. Horum adjectivorum, a verbis quae oriuntur, magnum numerum e Tragicis collectum habeo, at, cum Passovium meum eadem in re occupatum sciam, ea hic lubenter omitto.

Ἀστεφος, non coronatus, p. 298. C. 4. Similes sunt compositiones, Maneth. VI, 517. *ἀστεφής*, et Arat. Phaen. v. 228. Maneth. IV, 528. *ἀνάστερος*, *sine stellis*; nondum in Lexica illata. Quibus subjunge Maneth. Apotelesm.

IV, 608. ἀνδικέως. I, 144. ἀνύδατος. Theocr. Epigr. 4, 3. ἀνούατος.

Ἀσυνέλευστος p. 317. A. 10. quod conjungi, in unum colliquescere non potest.

Ἀσυνθεσία p. 299. B. 5. ea vocabuli proprietas, qua compositioni subjici nequit, apud Schneiderum alia tantum ab hac diversa significatio reperitur.

Αὔταυτος p. 339. B. 10. Dorica vox e Sophrone allata, pro simplice αὐτός, cujus compositionem haud dissimilem Apollonius ipse ibid. C. 3. αὐτώρετος adjicit, et inferius p. 349. A. 4. αὐτοχειρία δρᾶσις, de eo, qui sibi ipsi manus infert, dictum. Schneiderus nonnisi substantivum ἡ αὐτοχειρία affert. De primo cfr. Bast. ad Greg. Cor. p. 565. 6.

Ἀχόσχορος p. 356. B. 3. ex Alcmane laudatum vitii suspicionem vix effugit.

Διαβατικὸς, ἡ, ὸν p. 315. C. 5. p. 406. B. 3. transitivus, ut supra habuimus ἀλλοπαθής, et contrarium αὐτοπαθὴς, quod nostro etiam priori in loco opponitur: allato affine est nomen διαβιβασμὸς p. 404. B. 10.

Διαληπτέον p. 303. B. 9. pertractandum, exponendum est. Grammatici eo modo saepe utuntur verbo διαλαμβάνω, ut in titulo canon. prosod. ap. Herm. de emend. Gr. Gr. rat. p. 422. Draco de metr. p. 3. l. 15.

Δίπτωτος p. 376. B. 10. duabus terminationibus flexus, quocum convenit p. 271. C. 8. ἑτερόπτωτος. p. 375. B. 6. ἰσόπτωτος.

Διπρόσωπος, ὁ et ἡ, p. 280. A. 9. p. 401. A. 3. duas significans personas, quam significationem Schneiderus non agnoscit, cum rectius illustret contrarium, μονοπρόσωπος, vid. Apollon. p. 301. C. 1.

Δισυλλαβεῖν p. 373. B. 8. duas syllabas habere. Simili ratione procusum est διτονεῖν p. 336. C. 3. duplici tono instructum esse. Quibus plura ex aliorum scriptorum libris adnumerari possunt, veluti: Διμόρφωτος Maneth. IV, 452. διπολήϊς Id. IV, 376. διπολίτης Id. V, 291. δίχαλκος Lucill. Epigr. 98, 1. Anal. T. II. p. 338. Quaeque a laudatis paullulum recedunt. δισσολόγος Maneth. Apotel. V, 291. διχομήνιας *) Max. Κατ. 452. δοιοτόκος Apollonid. Epigr. 4, 2. Analect. T. II. p. 132.

---

*) In Maximi loco conjici quidem possit, διχόμηνις ἂν ἐντύ-

Ἐθίμως p. 361. A. 1. p. 397. B. 3. solito modo.

Ἐπαινετέον p. 370. B. 10. laudabile. Ἑτερόπτωτος, cfr. δίπτωτος.

Εὐδιάσειστος, ὁ, ἡ, p. 386. A. 4. facile refutandus, idem significat non magis cognitum εὐπαράκρουστος p. 266. A. 4. Jam supra Cap. II. Sect. I. §. 7. aliquot hujus generis vocabula Lexicographis neglecta attigimus, multo autem plura istis adjungi possunt. Recenseamus pauca. Εὐαφία. Rufin. Epigr. 2, 4. Anal. T. II. p. 98. Agath. Scholast. Epigr. 8, 16. Anal. T. III. p. 36. Εὐβλέφαρος. Probl. Arithm. 16, 1. Anal. T. II. p. 481. Εὐετία. Probl. Arithm. 15, 4. Anal. T. II. p. 481. Εὐϊάς. Antipat. Thessal. Epigr. 70, 8. Anal. Lect. p. 155. Εὐίσχιος. Marc. Argent. Epigr. 1, 5. Anal. T. II. p. 266. Εὔκισσος. Dioscorid. Epigr. 25, 3. Anal. T. I. p. 499. Εὐξόανος. Maneth. Apoteles. IV, 569. Εὐξυλοεργός. Maneth. IV, 524. Εὐπτόλεμος. Quint. Smyrn. V, 320. cujus simillimum θρασυπτόλεμος in Epigr. Adesp. 728, 2. Anal. T. III. p. 309. deprehenditur. Porro εὔταρσος. Archi. Epigr. 29, 3. Anal. T. II. p. 99. et Myrin. Epigr. 2, 5. Anal. T. II. p. 107. Εὐτόρνευτος. Epigr. Adesp. 77, 1. Anal. T. III. p. 165. Εὐχανδής. Maneth. Apotel. VI, 463. Ὑπερευτυχία. Rufin. Epigr. 5, 6. Anal. T. II. p. 391.

Ζυγαστροφέω Apollon. de pronom. p. 383. A. 1. e Sophronis loco affert, significatione non satis dilucida.

Ἴγνητες p. 330. C. 2. vocabulum Rhodiorum, indigenae.

Ἰσόπτωτος, vid. supra δίπτωτος. Priori congrua repe- riuntur alibi, ut ἰσοδιάστατος apud Eustath. ad Dionys. Perieges. v. 2. pari distantia remotus. Ἰσοῤῥεπής. Poët. de Virib. Herb. v. 98. et apud Apollon. nostrum p. 269. C. 6. ἰσωνυμία idem, quod nomen significans.

Λεκτέον p. 292. C. 8. p. 295. B. 1. ac saepius, dicendum.

Ληπτέον p. 362. C. 5. sumendum.

Μακροπεριοδεύτως p. 261. B. 7. fusius, longis ambagibus (dicere).

Μεμπτέος p. 322. A. 6. vituperandus.

νειν. Sed cum δμωΐς formam protractam δμωΐδος apud Quintum Smyrn. III, 684. IX, 541. ostendat, etiam διχόμηνις, διχομήνιας in usu fuisse videtur.

Μονοπροσωπέω p. 266. A. 1. ut supra *διπρόσωπον*, quod cfr.

Ὁμοιόσχημος, ὁ, ἡ, p. 347. A. 3. B. 6.

Ὀρθοτόνησις p. 304. B. 3. instructio vocabuli tono acuto.

Παραπεμπτέον p. 298. C. 8. p. 306. A. 9. alibi, praetermittendum. Ex Achillis Tatii fabula Libr. I, 15. p. 80. *παρεπιφύω* pariter desideratur.

Πάμπολλος p. 374. B. 5. plurimus. Cui multa alia pari ratione conjuncta adspergenda sunt. *Παγκοίνιος*. Maneth. Apoteles. IV, 506. *Παμβλαβής, ὁ, ἡ.* Id. IV, 31. 76. *Πάμπλουτος*. Id. IV, 85. *Πάμψεκτος, ὁ, ἡ.* Id. IV, 316. cf. Dorv. ad Chariton. p. 439. *Παμψέκτωρ*. Maneth. IV, 56. *Πανάγητος*. Maneth. II, 433. *Παναθέσμιος*. Id. IV, 56. *Πανδῖος*. Maxim. *Κατ.* 22. 281. *Πανεπήρατος*. Epigr. Adesp. 725, 2. Anal. T. III. p. 309. *Πανθαρσής, ὁ, ἡ.* Maneth. II, 171. *Πανθήμερος*. Id. V, 78. cfr. Dorvill. ad Chariton. p. 261. *Πανταυγὴς, ὁ, ἡ.* Maneth. I, 287. IV, 122.

Περίσπασις, ἡ, Apollon. p. 572. A. 3. *Περισπασμὸς, ὁ,* p. 302. C. 2. p. 572. B. 10. Prior vox apud Schneiderum prorsus desideratur, alterius vero significatio Grammatica, *tonus circumflexus*, abest.

Προοιστὸς, ἡ, ὀν. antepositus. p. 522. B. 5. jam dedit Schaeferus V. C. ad Gregor. Cor. p. 162.

Προπερισπαστέον p. 378. A. 3. significatione Grammatica.

Προσαναπληρόω p. 261. B. 7. explere. Schneiderus immerito dubiae fidei arguit.

Σημειωτέος p. 321. C. 5. significandus, notandus.

Συγκαταθετέον p. 262. B. 4. p. 312. C. 5. p. 346. C. 4. cum dativo junctum, consentiendum.

Συζύγως p. 387. B. 9. conjunctim.

Συνεξελκύω p. 377. B. 8. una cum aliquo aliquid protrahere.

Συνεξηγέομαι p. 306. B. 3. simul exponere, demonstrare.

Τηλεδαπός p. 300. A. 4. e terra longe remota oriundus.

Τονικός p. 303. B. 7. quod ad sonum attinet. Schneiderus hoc verbum dubium appellat, idem vero praeter Apollonium Draco de metr. poëtarum p. 8. l. 5. habet.

Τριγένεια p. 273. A. 8. triplex genus. Apud Schneiderum incertum fertur.

Τρισυλλάβως p. 360. C. 8. tribus syllabis dictum.

Ὑποταγή p. 304. A. 1. subjunctio sensu Grammatico.

Φιλοπλάτων p. 274. C. 9. Platoni amicus.

Χρεοφείλης p. 263. C. 9. debitor, uti etiam *κρεοπώλης*, dici jubet Apollonius noster.

Χωρητέον p. 321. C. 7. progrediendum.

Χωριστέον p. 326. C. 3. separandum.

MANTISSA

OBSERVATIONUM CRITICARUM

ET

GRAMMATICARUM

IN

QUINTI SMYRNAEI POSTHOMERICORUM

LIBROS XIV.

Cum Quinti Smyrnaei carmen, e situ et squalore in angulo Italiae protractum, primum in doctorum virorum notitiam venisset, tanto ubique plausu exceptum est, ut poëtam maximis laudibus elatum, Homerum alterum et judicarent et appellarent. Fervor autem ille, ut in plurimis rebus humanis fieri solet, sensim sensimque refrixit, voces istae admirantium et plaudentium tacuerunt, ac poëtae opus diu iterum neglectum sepositumque jacuit: donec Rhodomannus, qui ad hasce literas excolendas et promovendas natus factusque esse videbatur, nova luce id collustrare, et elegantiore forma exornare in se recepit. Nec quisquam profecto inveniatur, qui, sive ingenii felicitatem, sive judicii subtilitatem, sive variam doctrinae suppellectilem a poëtarum, eorumque Graecorum, editore potissimum requirat, Rhodomannum hisce omnibus plurimum valuisse in dubium vocare audeat. Illi enim, quo perpaucis aliorum Graecae gentis scriptorum editoribus gloriari licet, prorsus contigit, ut Quinti, a librariis pessime habiti, verus primusque extaret sospitator; cum et de iis, quae aderant, verissime judicaret, et quae adesse debebant, callidissime conjiceret, celeriterque, quae opus erant, reperiret. Quamobrem, eximium illum Criticum meliora, quae invenit, plurimis in locis vel indicare, vel interpretatione Latina sola exprimere satis duxisse, jure quodam nostro dolemus. Hinc enim factum est, ut post ipsas ejus curas, Quinto navatas, carmen illud innumeris, quorum multa adeo typothetarum negligentiae et inscitiae accepta referrentur, scateret vitiis, iisque propemodum obrutum esset. Quae vero postea in Quintum alii moliti sunt, ea me potius praetermittere, quam

hic expromere lectores libenter concessuros esse putaverim. Nam Rhodomanni post aetatem nemo, qui vel ingenii acumine satis polleret, vel novis codicum subsidiis praeclare munitus esset, ad Quinti carmen emaculandum se composuit. Itaque integrum fere effluxit seculum, priusquam de poëmate isto melius edendo cogitatum sit: ac nostra demum aetate Tychsenii V. C. industria tum Quinto ipsi, tum Posthomericorum lectoribus magis provisum esse inter omnes constat. Ut enim ille in locis longe plurimis, quae Rhodomannus jam suaserat, viri immortalis manes pio gratoque animo veneratus, amplexus est; ita et ipse ingenii sagacitate aliis, aliis codicum, a quibus egregie instructus erat, auctoritate certam admovit medelam. Verum enim vero post hos quoque conatus, quae lectorem turbare et retardare possint, in Quinti libris haud admodum raro relicta esse affirmaverim. Ipsae Rhodomanni aliquot emendationes, quae, cum scriptoris hujus aeque atque poëtarum aliorum consuetudine satis superque defendantur, ut reciperentur, dignissimae erant, ab editore recentissimo omissas vidi. Quae cum ita sint; sicubi alias viri sagacissimi emendationes stabilire, alias meas qualescunque hic proponere conatus fuero, iisque commodum, quod, quam exiguum futurum sit, ipse sentio, Quinto accessisse aequi judices statuerint, lectorum veniam, si a rebus gravioribus eos diutius abstraxero, facile mihi datum iri spero atque confido. Unum tantum, quod moneam, superest, me in conjecturis, quas subjiciam, et proferendis et vindicandis Quinti potissimum auctoritate usum esse; existimans scriptorem quemlibet optimum verborum suorum esse interpretem. Jam vero rem ipsam aggredi liceat.

Quint. Smyrn. Lib. I. v. 426. 7.

Τῇ μὲν γὰρ φίλα τέκνα, καὶ ἀνέρες ἀμφὶ πόληα
Ὄλλυνθ᾽, αἱ δὲ τοκῆας ὀδυρόμεθ᾽ οὐκ ἔτ᾽ ἐόντας.

Ita quidem aliis editionibus praeeuntibus Tychsenius quoque locum exhibuit; sed opposita minus inter se congruere, et ab initio *τῆς* restituendum esse facile apparet. Nam Hippodamia, cujus sunt verba, haec ait: „his liberi cari, virique ante urbem perierunt, illae

autem lugemus patres haud amplius superstites." Vera me divinatum esse, tum Rhodomanni judicium approbat, (etenim ille quamquam in verbis nihil mutaverit, tamen versione Latina, quod rectius erat, innuit) tum poëta ipse alibi demonstrat, cfr. III, 206. 7.

Αἱ μὲν ὑπὲρ τοκέων κεχολωμέναι, αἱ δὲ καὶ ἀνδρῶν,
Αἱ δ' ἄρ' ὑπὲρ παίδων, αἱ δὲ γνωτῶν ἐριτίμων.

adde X, 409. 10., ubi in utriusque versus fine pro *αἱ δὲ* legitur *ἠδὲ*, quod nescio, annon rejiciendum sit.

Lib. I, v. 433. 4.

Τεθνάμεν ἢ μετόπισθεν ὑπ' ἀλλοδαποῖσιν ἄγεσθαι
Νηπιάχοις ἅμα παισὶν ἀνιηρῇ ἐπ' ἀνάγκῃ.

Hoc quidem loco, ubi V, 161. X, 384. et maxime XII, 230. contuleris, praepositio *ἐπὶ* non potest non offendere. Non enim Quinti oratio sola, verum etiam aliorum epicorum sermo, ut *ἀνιηρῇ ὑπ' ἀνάγκῃ* scribatur, flagitat. Idem porro ostendit Hymn. Hom. in Apoll. 545. *Τῶν ὑπ' ἀναγκαίῃ δεδμήμεσθ' ἤματα πάντα.* vid. insuper Od. *β*, 110. *τ*, 156. *ω*, 146. Quint. Sm. IX, 386. XIII, 322. In his enim, genitivus an dativus dicatur, nihil interest; magis tamen in usu fuisse videtur posterior, cui tum potissimum alter substituitur, cum metri vel necessitas vel major elegantia eum sibi requirit. Quare Homerus plerumque scribit *δαμᾶν ὑπό τινι*, cfr. Il. *λ*, 309. *ν*, 434. 668. Od. *γ*, 304. *τ*, 488. 496. *φ*, 213. alibi, contra Il. *π*, 434. *μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.* Idem autem, quod nunc pluribus explicare nolim, in Quinti et aliorum epicorum libris observare licet; hoc solum admoneo, saepe ejusmodi observationibus ad verba poëtae rectius constituenda pondus quoddam inesse. Sic V, 249. 50.

Ταῦροι δ' ὀβριμόθυμοι ὑπὸ ζεύγλης δαμόωνται
Ἀνθρώπων ἰότητι — — — —

scribitur, sed eodem in libro 60. *Ἐν δὲ βόας ζεύγλῃσιν ὑπ' αὐχένας αἰὲν ἔχοντας.* VI, 107. 8. *Ὡς δ' ὅτ' ὑπὸ ζεύγλῃσι βόες μέγα κεκμηῶτες Δουρατέην ἐρύσωσι πρόσω μεμαῶτες ἀπήνην.* Quorum locorum auctoritas aeque ac vulgaris verbi *δαμᾶν* ratio nos eo permovere debet, ut loco supra laudato eundem casum revocemus. Haec quidem e singulari praepositionis dictae usu non sine probabilitate mihi

videor collegisse, alium jam carminis nostri locum, eodem usus auxilio, emendatione certa adjuvabo. Libr. IX, 502—4. haec habes obvia:

> *Τῶν δὲ δὴ αἰζηοὶ φορέονθ' ὑπὸ δαίμονος αἶσαν,*
> *Εἰδόμενοι φύλλοισιν ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμοιο*
> *Σευομένοις.* — — — —

ubi, quo minus dubitetur, *ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ* scribendum esse, adeundus erit Quintus ipse X, 396. *ὁππότε σοι ἑπόμην ὀλοῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.* Apoll. Rhod. Arg. I, 443. — — — *θανέειν στυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.* Neque vero haec exempla me sola commovent, ut lectionem vulgarem ibi deserendam censeam, verum ipsa loci natura atque ratio; poëta enim dicit, homines per illas, quarum mentionem injicit, Parcarum vias daemonis cujusdam vi fatali auferri, neque autem in istius daemonis fatum immitti. Jam autem sequentia, in quibus adjicit, homines foliis ventorum flatibus abductis similes esse, de sana loci et interpretatione et scriptura haud obscure admonent. Aliam levem maculam eadem praepositio traxisse videtur libr. IX, 383., ubi verba poëtae inde a versu 378. haec sunt:

> *Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβολῇσι πολυκλύστοιο θαλάσσης*
> *Πέτρην παιπαλόεσσαν ἀπειρεσίης ἁλὸς ἅλμη*
> *Δάμνατ' ὑποτμήγουσα μάλα στερεήν περ ἐοῦσαν,*
> *Θεινομένης δ' ἄρα τῆς, ἀνέμῳ καὶ κύματι λάβρῳ*
> *Χηραμὰ κοιλαίνονται ὑπὸ βρωθέντα θαλάσσης.*

Ibi, quae praecedunt, jam in suspicionem te adducant, praepositione cum verbo copulata, aptius scribi *ὑποβρωθέντα θαλάσσῃ,* mari exesa rupis foramina cavantur. Mutatio vero supra a nobis proposita *ἀνιηρῇ ὑπ' ἀνάγκῃ* lenior est, quam quae rejici possit; nam scimus, *ἐπὶ* et *ὑπὸ* maxime in verborum compositis, et ubi ultima vocalis absit, in veterum scriptis confundi. Qua de re exempla allata vid. a Fischer. ad Well. Spec. III. P. II. p. 249. Brunck. ad Apollon. Rhod. III. 477. Schaefer. ad ejus Scholiast. Vol. II. p. 87. Bast. in Comment. Palaeogr. p. 818. Posterior error, quem hic tetigimus, olim etiam obtinuit apud Quintum I, 588. 9. - - - - *ὅσσων ὑποκάμπτεσε γυῖα Ξάνθου παρ' προχοῇσιν ὑφ' ἡμετέρης παλάμῃσιν,* eum vero, Rhodomanno suasore, editorem recentissimum recte abegisse, indicio sunt versus plurimi, vid. IV, 417.

VII, 28. (ubi male ὑπὸ relictum animadvertes) 695. IX, 178. 202. XII, 81. Etiam exempla, quae praepositiones eas in verborum compositione permutatas sistunt, Quintus augere potest. Primum ἐπὶ in alterius locum male invasit in editione novissima II, 545. 6.

> Κάππεσε δ' ἐς μέλαν αἷμα· βράχεν δὲ οἱ ἄσπετα τεύχη·
> Γαῖα δ' ἐπεσμαράγησε. — — — —

Nam cum de terra sermo sit, vulgatam tuendam censuerim, cui quidem opinioni accinunt, III, 176. γαῖα δ' ὑπεπλατάγησε, VI, 335. X, 72. ὡς τῶν ἐσσυμένων μέγ' ὑπέβραχε γαῖα πελώρη, nostrumque ipsum vocabulum in re simillima vide XII, 72. ὑπεσμαράγησε δὲ πᾶσα Δαρδανίη. Contra eadem ipsa particula, quam l. l. removimus, reddenda erit libr. II. 495. ὑψόθι δ' οὐρανὸς εὐρὺς ἐπέβραχε, quod nunc ὑπέβραχε est; melius enim huic loco concinit, idque sustentant XIV, 456. στεροπῇσιν ἐπιβρέμει ἄσπετος αἰθήρ. Ib. 510. ἐπέκτυπε δ' οὐρανόθεν Ζεύς. pariter ac lib. V, 491. VIII, 408. XIV, 573., in quibus omnibus ἐπέβραχεν legitur. Hinc etiam XII, 175. 6. ἀμφὶ δὲ πόντος Εὐρὺς ὑπεσμαράγησε, aptius legas ἐπεσμαράγησε, idque confirmant IX, 132. XII, 456. - - - ἐπεσμαράγησε δὲ πόντος Νισσομένων, ubi quidem ὑπεσμαράγησε primo adspectu praeferendum videtur, sed tum dativus νισσομένοις esse deberet. Nec quisquam nostrae emendationi objiciat XII, 164. 5. - - - - τοῖσι δ' ὑπ' αἰθὴρ Ἔβραχεν, ibi enim sub Deorum, venti procellis ablatorum, incessu coelum mugire dicitur.

Iam vero tempus emergendi ex hisce minutiis videri possit; sed priusquam lectorem dimittam, pauca Quinti Smyrnaei verba ab hac praepositione ex parte orta, quae Lexicis non insunt, hic memorare liceat. Lib. III. 252. ὑποδέρκω. XIII. 57. ὑπεκπροχέω, quod, nisi egregie fallor, etiam in Anytes epigrammate IX, v. 4. (Anal. Tom. I, p. 199.) restituendum est; cum nunc legatur, ψυχρὸν δ' ἀχραὲς κράνα ὑποϊάχει. Quint. III, 36. IV, 510. ὑποαιωνάω. VIII. 57. ὑποχρεμέτιζω. Hisce similia apudque scriptores alios inveniuntur plurima, ut in Epigr. Adesp. in Brunck. Lectt. p. 274. ὑποσαλπίζω. Antiphil. Ep. XC, 3. (Brunck. Anal. P. II, p. 180.) ὑποφωλεύω. Maneth. Apotelesm. V, 45. ὑποβαίνομενος. V, 188. ὑποθύριος, ὁ, ἡ. Long. Pastoral. I, 1. p. 5. ὑπεισρέω, quod optimi agnoscunt codices. cf.

Villois. Animadversion. p. 12. Ex eadem fabula notandum III, 10. p. 80. ὑποκαίειν, urere, de frigore dictum, quam significationem, cum jam Lennepius in Animadvers. ad Coluthum I, 12. p. 57. ejus mentionem fecerit, Schneiderum praeteriisse miror. Idem Longus Pastoral. I, 20. p. 23. edit. Schaef. ὑποφθέγγεσθαι, quod incertum putatur, extra dubitationis aleam ponit. Similiter junctum vocabulum ὑπαντιάζειν Lobeck. ad Sophocl. Ajac. 801. p. 340. vindicavit, quod in Achillis Tatii de Clitophontis et Leucippes amoribus libr. III, c. 18. p. 162. leviter depravatum offertur. Verba sunt haec: ὡς δὲ τοῖς Σαράπτοις προσείσχον, πόῤῥωθεν ὁ Καλλισθένης τὸ σημεῖον ἰδὼν, ὑπήντιζεν ἐπιπλεύσας, imo ὑπηντίαζεν, quod totidem literis adest Cap. 10. p. 130. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Σάτυρος ὑπαντιάζει μοι φαιδρῷ τῷ προσώπῳ. Idem vero, quod l. l. reperitur, in ejusdem libri II, c. 8. p. 123. ἐπὶ τούτῳ πόῤῥωθεν ἰδόντες προσιοῦσαν τὴν θεράπαιναν διελύομεν, reponendum est, tum e codice Anglicano, qui ἐν τούτῳ diserte profert, tum e perpetua Tatii consuetudine. Praeter locum allatum inter alia confer lib. II, 26. p. 184. ib. 30. p. 194. IV, 11. p. 356. ib. 18. p. 381. VII, 9. p. 590.

Quint. Lib. I, v. 447. 8.

Καί νύ κεν ἄστεος ἐκτὸς ἅμα σφετέροισιν ὄλοντο
Ἀνδράσι, καὶ σθεναρῇσιν Ἀμαζόσιν ἐν δαῒ κεῖναι.

His in versibus lectio vulgata erat, ἐν δαῒ κείνῃ, quae et sententiae ipsi majorem infert gravitatem, et Quinto admodum familiaris esse videtur. Nec, cum nomen verbo jam contineatur, ulla alia ejusdem definitione opus est. Vide praeterea II, 526. V, 206. 7. Ὡς ὄφελον καὶ ἐμεῖο θρασὺ σθένος ἐν δαῒ κείνῃ Αὐτὸς Ζεὺς ἐφόβησεν ἀπ᾿ αἰθέρος.

Lib. I, v. 456. 7.

Αὐτὰρ Ἀμαζόσι δῆρις ἀμείλιχος ἱππασίαι τε
Εὔαδον ἐξαρχῆς — — — —

Quamquam leve sit, tamen non prorsus praetereundum, epicae orationi in his scripturam divisam accommodatiorem esse, ἐξ ἀρχῆς, vid. inter alia Hom. Odyss. α, 188. β, 254. λ, 438. ρ, 69. Quint. Smyrn. VI, 205. Sed eadem praepositio reddenda erat huic carmini XII 198. 9.

— — — — ἐν δὲ κεραυνοὶ
Ταρφέες ἐξεχέοντο ποτὶ χθόνα· καίετο δ᾽ αἰθήρ.

Minus enim huic loco particulam ἐν quadrare facile intelligitur et Rhodomannus merito dudum observavit; eandem enim praepositionem, neque diversas poëtae plerumque repetere amant. Ipse Quintus loco simillimo V, 106. 7. — — — — ἐκ δὲ κεραυνοὶ Ἄλληκτοι νιφάδεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο. adjice VI, 27. XIII, 58. Apoll. Rhod. Arg. I, 986. 7.

Lib. I, v. 501. 2.

Νῶϊν δ᾽ ἀμφοτέροισιν ἐλεγχείη ἀλεγεινὴ
Ἔσσεται· — — — — —

In editionibus antiquioribus versus superior detruncatus erat; Rhodomannus ad eum complendum rationem sanandi triplicem excogitavit; nam scribi jussit, vel ἐλεγχείη μάλ᾽ ἀεικής, vel ἐλεγχείη κατ᾽ Ἀχαιῶν, vel denique ἐλεγχείη καὶ ὄνειδος. An, quae nunc adjecta videmus, e librorum scriptorum fonte manaverint, dicere non habeo. Quod nisi factum sit, et proinde conjecturarum campus etiam nunc patet, equidem addiderim μετόπισθεν. Hoc enim ab Homeri inde tempore in ejusmodi sententiis poëtae heroici libenter posuerunt, vid. Il. ι, 249. αὐτῷ τοι μετόπισθ᾽ ἄχος ἔσσεται. Hes. Theog. 210. — — — τοῖο δ᾽ ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Lib. I, v. 529.

Ἔνθ᾽ Αἴας ἕλε Δηΐχον, ἠδὲ Ἀρήϊον Ὕλλον.

Hic tum hiatus offendit, tum Δηΐχος forma parum Graeca videtur, tum numeris duritiem quandam illatam percipimus. Quibus incommodis facili verborum mutatione occurri posse mihi persuasum habeo. Scribo igitur: Ἔνθ᾽ Αἴας ἕλε Δηϊοχόν τ᾽ ἰδ᾽ Ἀρήϊον Ὕλλον. Particulam autem τε, maxime cum ἰδὲ aut ἠδὲ in vicinia sunt, apud Quintum passim obliteratam esse, jam ab Hermanno in additamentis ad Orphica, ubi de Quinti locis, pristinae integritati restituendis, agit, aliquoties monstratum est. Ejusdem vero beneficio lib. VI, 329. 30. sublevandus sit:

Τῶν δ᾽ ἄρα νισσομένων πολὺς αἰθέρα δοῦπος ὀρώρει
Αὐτῶν ἠδ᾽ ἵππων· περὶ δ᾽ ἔβρεμεν ἄσπετα τεύχη.

περιπαύω. Maneth. Apotel. V, 24. περιπορφύρω. Achill. Tat. L. I. c. 15. p. 80. περιπυκάζω, cujus quidem formam mediam Schneiderus in recentissima Lexici sui editione dedit, sed quod apud Achillem ejus in confinio legitur, παρεπιφύω nondum receptum est. Cognatae praepositionis ἀμφὶ composita plura in Quinti carmine lecta juxta alia jam Passowius in libro plus semel laudato: de fine et consilio Lexicorum p. 78. 9. memoravit. Quae vir strenuus ibi excitat, possunt augeri hisce: Libr. VI, 104. ἀμφιζέω. VIII. 345. ἀμφικλάω. VII, 528. ἀμφικύω. V, 190. ἀμφιμέλω. XII, 472. ἀμφιπεριπτώσσω. V, 10. ἀμφιφέρω. Minus sincerum habeo V, 611. ἀμφικάνω. Versus hic est: Φράσσασθ', εὖτε ἓ Κῆρες ἀμείλιχοι ἀμφικάνωσιν; cujus in sedem Rhodomannus recte, ut mihi persuasum est, ἀμφιχάνωσιν sufficiendum censuit. Ex aliis plura intelligis omissa, e. c. subjungo Strat. Sard. Epigr. 77, 3. (Brunck. Anal. T. II, p. 377.) ἀμφαλλάξ. Maneth. IV, 84. ἀμφιθοάζω. Id. I, 306. IV, 274. ἀμφικέρως. Idem praebet II, 66. ἀμφιχαράσσω jam memoratum a Passowio l. l. p. 79. e Marcell. Sidet.

Lib. I, v. 613. 4.

Εὖτέ τις ἀμφ' ὀβελοῖσιν ὑπαὶ πυρὸς αἰθαλόεντος
Σπλάγχνα διαμπείρῃσιν ἐπειγόμενος ποτὶ δόρπον.

Frequens praepositionis ὑπὸ conjunctio cum flammis

---

auctor ipse sibi repeteret. Lib. III, c. 12. p. 272. ἡμᾶς δὲ κατὰ σχολὴν ἦγον δεδεμένους. Lib. VII, c. 6. p. 684. τί δὲ προπετῶς ἀποθνήσκεις; ὃ καὶ κατὰ σχολὴν ἔξεστιν. Quod vitium jam detexit Coray ad Heliodor. T. II, p. 46. At ex parte locus etiam Achillis supra allatus vitii alius, ut certe opinor, protrahendi mihi ansam dedit. Hic enim scriptor formulam istam τὸ πολὺ genitivo alius nominis junctam amat, ita lib. I, c. 30. p. 194. ἐγὼ δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσα, τὸ πολὺ τῆς φροντίδος ἀπεῤῥιψάμην. l. V, c. 8. p. 424. καὶ ἤδη μοι γεγόνασι μῆνες ἕξ, καὶ τὸ πολὺ τοῦ πένθους ἤρχετο μαραίνειν. Quae si memineris, libr. II, c. 10. p. 130. ἐπιτηρήσας οὖν, ὅτε τοῦ φωτὸς τὸ πολὺ τῆς αὐγῆς ἐμαραίνετο te offendant necesse est. Vix ullum mihi superest dubium, h. l. glossema Achillis verbis intrusum esse. Cum enim τὸ πολὺ τῆς αὐγῆς nondum satis perspicuum videretur, τοῦ φωτὸς praeter morem scriptoris aliena a manu additum est.

et igne effecisse videtur, ut huic loco eandem pessime intulerint librarii. Quamvis enim libr. V, 380. 1. *Εὖτε λέβης ἀλίαστον ἐπ' ἐσχάρῃ Ἡφαίστοιο* *) *Ῥοιβδηδὸν μαίνηται ὕπαι πυρὸς αἰθομένοιο* se tueri possit, multum tamen discrepantiae his et prioribus intercedere nemo diffitebitur. Hic enim ignis facit, ut aqua lebeti infusa ferveat et ebulliat, illic autem, ut quisquam viscera transfodiat, nullo pacto ignis praestare potest. Quare, quo reducto quaevis depellitur difficultas, reponas *ὑπὲρ πυρός*.

Lib. II, v. 5. 6.

Τρῶες δ' αὖ μύροντο κατὰ πτόλιν· ἀμφὶ δὲ πύργους
Ἑζόμενοι σκοπίασκον, ἐπεὶ φόβος ἔλλαβε πάντας.

Rhodomannus forma insolita, hoc ex versu expulsa, *σκοπίαζον* rescribi jussit, idque v. 98. *ὑψόθεν ἐσκοπίαζον ἀπ' ἄστεος αἰπεινοῖο* non minus quam libr. IX. 138. – – – – *Τρωϊάδες δ' ἀπὸ τείχεος ἐσκοπίαζον* approbari videtur. Magis etiam lectioni consuetae illud obstat, quod *ἐσκοπίασκον*, si recte sentiam, ne Graeca quidem forma est. Praecipiunt enim jam veteres Grammatici plus simplici vice de his Ionum et poëtarum imperfectis et aoristis, in *εσκον* aut *ασκον* desinentibus; nullus autem eorum, quatenus eos perreptare licuit, rem accuratius exposuit, quam Etymologici magni auctor sub voce *ὁμοκλήσασκε* p. 624. l. 30. dum scribit: "*Ἰστέον ὅτι ταῦτα τὰ Ἰωνικὰ γίνεται διὰ τοῦ σκ· ἀπὸ μὲν βαρυτόνου ὄντα, ἔχει πρὸ τοῦ σκ τὸ ε· οἷον τύπτεσκε, λάβεσκε, λέγεσκεν· ὑπεσταλμένου τοῦ πρώτου ἀορίστου· περὶ οὗ μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. καὶ τὰ τῆς πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων καὶ τῶν εἰς μι, ὁμοίως τὸ ε ἔχει πρὸ τοῦ σκ· οἷον, ποίεσκε, τίθεσκε· τὰ δὲ τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων, ἐν τῷ παρατατικῷ μόνῳ τὸ α ἔχει πρὸ τοῦ σκ· οἷον βόασκε, γέλασκεν. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἀορίστῳ, ἐὰν ὅλως γένωνται, τὸ ε ἔχει πρὸ τοῦ σκ· οἷον μυκῶ, μυκᾷς, ἔμυκον, μύκεσκε· τὰ δὲ τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν εἰς μι, καὶ ἐν τῷ παρατατικῷ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀορίστῳ, διὰ τοῦ α ἐκφέρονται· οἷον ἵστημι, ἵστην, ἔστην,*

---

*) Omissum est hoc adverbium in Schneideri Lexico pariter, atque ejus simillimum apud Manethon. Apotelesm. IV, 106. *ῥομβηδόν*.

στάσκε. τὰ δὲ τῆς τρίτης συζυγίας τῶν περισπωμένων καὶ τῶν εἰς μι, διὰ τοῦ ο ἐκφέρονται, ἐχρύσουν ἐχρύσοσκεν· ἐδίδων, ἐδίδοσκε. τὰ δὲ τῆς τετάρτης συζυγίας τῶν εἰς μι συστέλλει τὸ δίχρονον μόνον πρὸ τοῦ σκ, ἐζεύγνυ, ζεύγνυσκεν· ἔδυν, ἔδυς, ἔδυ, δύσκεν. ὁ δὲ ἀόριστος πρῶτος ἐπὶ τῶν βαρυτόνων καὶ περισπωμένων, καὶ τῶν εἰς μι, τὸ α ἔχει πρὸ τοῦ σκ· οἷον πλάσκε, γράψασκε, βοήσασκε, φήσασκε,*) πήσασκε. et quae sequuntur. Aliorum Grammaticorum locos, qui hac in re versantur, Maittair. de dialect. Graec. p. 125. 352. et Fischer. ad Weller. Spec. II, p. 340. 1. adduxerunt, iisque nubem exemplorum, e veterum libris petitorum, adjecerunt. Sed, ut ad Quinti locum, sub examen vocandum, revertamur, manifestum est, verbum primitivum σκοπιάζειν esse, cujus igitur imperfectum ionicum sive poëticum e regula supra transscripta non σκοπίασκε, sed σκοπιάζεσκε formandum esset. Quod ita se habere, imperfecta verborum, in ζω exeuntium, et eo modo producta aperte ostendunt, ita Homer. Il. ι, 450. ἀτιμάζεσκε. Apoll. Rhod. Arg. III, 1138. ἀνιάζεσκον. Id. IV, 944. ἐπικαγχλάζεσκεν. Hom. Od. ρ, 211. ἐπιῤῥέζεσκον. Ib. τ, 229. Quint. Smyrn. IX, 5. θαυμάζεσκον. adde Il. ω, 755. Quint. Smyrn. III, 474. Unicum, quod adversari hisce videri queat, est οὔτασκε Il. ο, 745., nam si ab οὐταζον οὔτασκε legitimum sit, etiam ab ἐσκοπίαζον σκοπίασκε nullum scrupulum nobis poterit injicere. At haec non modo vere, sed ne speciose quidem disputari possunt; cum οὔτασκε minime ab οὐτάζω, sed vel ab οὐτάω, vel, quod mihi quidem probabilius est, ab οὔτημι (cfr. de hisce formis Schol. Venet. ad Homer. Il. λ, 658. p. 285.) ortum trahat. Hinc, cum σκοπίαζον, verbi forma certissima, huic loco nostro sufficiat, cur aliam maxime dubiam illi praeferre placeat, nemo facile assequatur. Itaque equidem in Rhodomanni judicio acquiesco et σκοπίαζον aliis Quinti versibus convenienter rescribendum statuo. Verum aliis etiam de

---

*) Vocabulum hoc Sylburgius in notis p. 37. ad h. l. diverso modo tentat; vult enim: πείσασκε, πρήσασκε, πλήσασκε, φύσασκε vel denique δύσασκε. Hoc proximum veritati accedere censuerim, una tantum litera mutata δήσασκε, cujus medium vide Il. ω, 15. Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν.

causis istae imperfectorum formae haud omnis difficultatis expertes sunt. Quaestio enim est, utrum iis augmentum praefixi possit, necne; quam alii negarunt, alii affirmarunt. Negarunt jam magistri veteres, veluti Phavorinus sub voce φράζεσκε, et Etymologicum magnum loco allato; quorum tamen prior modo in verbis barytonis incrementum istud, quod ab initio praeponitur, rejecisse videtur. Ex Homericis carminibus Od. υ, 7. ἐμισγέσκοντο tamquam certum hujus rei proferri potest exemplum, quo deleto versum totum admodum inficetum reddes. Duo autem alia certe non ita comprobata et munita sunt, ut nulla prorsus controversia super iis injici possit. Od. μ, 238. πᾶσ' ἀνεμορμύρεσκε. ξ, 521. παρεκέσκετ' ἀμοιβή. Nam utroque in loco ante Wolfium plerisque in editionibus nullum fuit augmenti vestigium, et ille demum, sponsoribus sat idoneis permotus, recepit: sic alterum egregius liber Harlejan. tuetur: eamque ob causam jam Schaeferus V. C. ad Apollon. Rhod. Vol. II. p. 175. Wolfii judicio adstipulatus est. Idem I. E. augmenti hujus causam egit, idque tum Apollonii Rhodii tum Herodoti auctoritate stabilire studuit. At profecto negari non potest, in poëtarum libris formam augmento instructam perraro, et maxime in compositis sese obviam ferre. Homeri loci allati sunt, Apollonius quos habet, Schaeferus memoravit, Quintus vero praebet idem in his: lib. VIII, 321. ἀνεσκαίρεσκε, V, 394. ὑπετρομέεσκον, quamquam novissimum Hom. Il. υ, 28. Quint. Sm. III, 174. VI, 245. X, 7. XII, 446. in quibus omnibus ὑποτρομέεσκον legitur, altera ex parte incertum reddant. Sed difficultas multo major apud Quintum de iis verbis, quorum prima litera vocalis est, exoritur. Qua in re dummodo apud Quintum legem quandam constanter servatam videremus, de aliorum poëtarum consuetudine minus solliciti, quod de Quinto pronunciandum sit, haud dubie haberemus. Jam vero cum in Quinti libris ipsis magna ejus rei regnet inconstantia, multo magis impedimur, nec, quid verum sit, satis tuto affirmare possumus. Sed ex ordine referendum est. In aliis poëtarum operibus, quantum perspicere licuit, in verbis, quae a vocali ingrediuntur, nullum augmenti testimonium conspici certum est. Quod unice nominari possit, Hom. Il. τ, 135. ἀλέσκες est, quam scripturam Heynius, codicibus

aliquot annuentibus, imprimendum curavit; idem tamen hac in re minus sibi constans reperitur, cum Il. ω, 24. ὀτρύνεσκον, librorum meliorum judicio firmatum, alteri ὠτρύνεσκον praeferat, cfr. Wolfium his de locis in Praefat. Nov. Ed. Iliad. p. LXVIII. disputantem. Prius etiam Quintus ipse II, 414. - - τίπτε σὺ Τρῶας ἀνηλεγέως ὀλέεσκες agnoscit. Quo in loco poëta altera usus est persona; quare in Etymologico magno l. all. οἱ δὲ ποιηταὶ κατὰ μίμησιν τῶν Ἰωνικῶν, πολλάκις, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον πρόσωπον ποιοῦσιν· οἷον τύπτεσκον, χαίρεσκον, τύπτεσκε, χαίρεσκε, (ubi Fischerus ad Weller. Spec. II. p. 540. τρίτον pro δεύτερον conjicit,) vide, annon scribendum sit τύπτεσκες, χαίρεσκες. Nam si recte Grammatici sententiam percipio; eam intercedere poëtarum dialecto et Ionicae docet discrepantiam, quod haec tertiam modo personam numeri utriusque ita effinxerit, illa vero una cum his primam et secundam singularis. Jam primam eam admisisse terminationem dubium non est; alterius exemplum Fischerus ipse l. l. ex Il. τ, 295. ἔασκες excitavit: et praeterea apud eum Il. ε, 472. ἔχεσκες, ι, 486. ἐθέλεσκες invenitur; et Quint. Smyrn. III, 474. παπτάζεσκες his addit; verba autem pura eandem personam pariter raro conspiciendam praebent, ut Il. φ, 448. Qu. Smyrn. III, 111. βουκολέεσκες. Id. V, 443. δηριάασκες. Plura enim personae ejus exempla e poëtarum epicorum reliquiis eruere non potui. Sed, unde oratio deflexit, ad augmenti temporalis, quod vocant, vestigia, in his formis apparentia, redimus. Homericum ex Il. ω, 24. allatum ὠτρύνεσκον plus roboris nanciscitur Apollonii Rhodii Arg. III, 653. usu. Neque ad augmentum defendendum afferre possis εἴπεσκε ex Il. γ, 297. et locis aliis, aut εἴασκον ex Iliad. ε, 802. υ, 408. Odyss. χ, 427. in hoc enim ι, jam tempori praesenti metri in gratiam insertum, remansit. Quamquam enim e diserta Grammaticorum doctrina formae istae, ι extrito, in εσκον aut εεσκον desinant, (cfr. praeter Etymol. Magn. et Phavorin. l. l. Heraclidem apud Eustath. ad Od. ι, 508. p. 1642. l. 3—14.) tamen in nonnullis ad mensuram fulciendam ι reservatum videmus, ut Il. β, 221. νεικείεσκε. τ, 86. νεικείεσκον. Apoll. Rhod. III, 231. ἀμπνείεσκον, cl. Quint. Sm. V, 109. XI, 47. XIII, 148. Alterum autem εἴπεσκε ne secus quidem dici potuisse et patet, et in Etymol. Magn. clare pronuntiatum est:

Quae cum ita sint, quemnam alium praeter Quintum ad incrementum istud vindicandum excitare possimus, haud scio. At in ejus carmine mira mobilitate nunc ὠτρύνεσκον et ὠτρύνεσκε, nunc ὀτρύνεσκον et ὀτρύνεσκε adsunt, ita habes primam formam augmento auctam I, 171. alteram I, 706. 780. IV, 195. IX, 231., incremento autem destituta illa legitur XI, 13., haec IV, 116. VII, 358. 495. VIII, 5. 172. XII, 393. 461. XIII, 35. nec minus compositum ubique ἐποτρύνεσκε scribitur, velut I, 130. IV, 71. Pari fere inconstantia I, 27. VII, 24. IX, 238. XI, 272. XIII, 208. ὡρμαίνεσκε, I, 437. ὥρμαίνεσκον, et contra XII, 269. ὁρμαίνεσκον. Jam quomodo in ista varietate nos expediamus, difficillime dictu est. Si reputaverimus, in aliorum omnium poëtarum libris longam istam vocalem nunquam non abesse, eo adduci possimus, ut eam in Quinti etiam carmine delendam censeamus; quippe quae et ad metrum implendum non prorsus necessaria sit, et ex tam multis locis revera exsulet. At altera ex parte illam ipsam non modo in Posthomericis, verum etiam in Homeri Iliade obviam varietatem satis prodere, vel veterum hac de re judicium fluctuasse, negari non potest. Quare, id quod sobrium, omniaque diligenter expendentem criticum decere putaverim, rem plane dirimere non ausim; certam enim scribendi normam e Quinti ipsius codicibus, qui, nisi egregie ludant, unam alteramve praeferant necesse est, petendam statuo. Unum moneo, in aliis etiam Quintum ab augmento prorsus insolito non abhorruisse, vid. XIV, 172. δάκρυ κατὰ βλεφάρων ἠλείβετο - - - -; Sed non ob augmentum solum, verum etiam longioris brevioris ve formae causa, maxime in verbis puris, Ionismus ille controversiis ansam praebuit. Wesselingius quidem ad Herodot. p. 88, 79. et Brunckius ad Apollon. Rhod. Argonaut. IV, 1514. breviorem istam formam rejecerunt, contra Clarkius ad Homer. Il. ο, 338. et Schaefer. ad Apollon. Rhod. Vol. II, p. 175. 6. in tutelam receperunt. Ille provocat ad Il. ε, 799. ο, 640. οἴχνεσκε, et eadem in rhapsodia obvium 358. καλέσκετο, hic autem ex Aristophanis Equit. 1242. βινεσκόμην in medium attulit. Alia epicorum exempla rem conficiant. πωλέσκετο, quod Schaeferus obiter nominavit, legitur Il. ε, 788. Od. λ, 240. Opp. Cyn. IV, 286. Neque autem iis dissimilia reperiuntur haec: Il. ε, 289.

πρίφει, ἠδ' ὅσα πάντος. Majori adeo corruptela v. 520. 11 vulgo scribitur: Ἡ μὲν ὅτε ξιφέεσσι συνέδραμον, ἠδ' ὅτε λάας Βάλλον — — — quo in loco simul accentum mutandum esse jam numerus simplex, Il. β, 319. Λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω, tibi fidem faciat.

Lib. II, v. 186. 7.

Τῆμος ἀρήϊον υἷα φαεσφόρου Ἠριγενείης
Ὕ σ τ ε ρ ο ς ὕπνος ἀνῆκε — — — —

Rhodomanni medicina huic loco admota non spernenda erat. Jam enim I, 584. — — — ἀλλά σοι εἶθαρ ἐλεύσεται ὕστατον ἦμαρ, ubi, cum olim pari corruptela ὕστερον ἦμαρ legeretur, Rhodomannus mutationem instituendam modo Latina interpretatione innuit, jure receptum est. Veritatem autem ejus scripturae tuentur III, 345., ubi eadem sunt obvia vocabula, VI, 570. Καί νύ κεν αὐτοῦ μοῖρα καὶ ὕστατον ἦμαρ ἀνέτλη. cl. X, 209. Nostro autem loco, quae v. 161, 2. eodem de Memnone dicuntur: Ὣς φάθ'. ὁ δ' ἐκ δόρποιο μεθίστατο· βῆ δὲ πρὸς εὐνὴν Ὑστατίην — —, apprime conveniunt, quibuscum compone v. 373. VII, 573.

Lib. II, v. 200. 11.

Ὣς οἳ ἔσαν πολλοί τε καὶ ὄβριμοι, ἀμφὶ δ' ἀγυιὰ
Στεῖνετ' ἐπεσσυμένων. — — — —

Quo facilius vitium, quod in his inest, observari et tolli potest, eo magis a nemine, quoad sciam, id protractum esse miror. Etenim vel ipsa comparatio suspicionem tibi moveat, verbum ἔσαν, quod antegresso ἐκέχυντο necessario accommodatum esse debet, minus cum eo componi posse. Ubi recordatus eris v. 665. τῆς ῥα Πληϊάδες πρότεραι ἴσαν. et V, 336. σὺν δέ οἱ ἄλλαι ἴσαν Νηρηΐδες, (quo in loco, cum ἦσαν olim adesset, Rhodomannus sanum restituit) vera lectio te fugere non potest. Conflavit autem hunc locum poëta noster e duobus Homericis Il. γ, 2. sqq. et Rhaps. φ, 12. sqq. quorum prior Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς. sententiae nostrae admodum convenit. Sed vereor, ne duobus aliis in locis idem lateat mendum: I, 485. 4. — — — καὶ ἡνιόχων ἀπάνευθεν Ἵπποι ἔσαν φεύγοντες — — et IX, 298.

q. - - - - ἦχι καὶ ἄλλοι Τρῶες ἔσαν φεύγοντες. nisi fortasse e libro III, 592. - - ἔβαν δ' ἄφαρ ἦχι νέοντο, aptius etiam ἔβαν putaveris. Quod vero ista corruptela aliquoties irrepserit, in causa fuerunt loci ejusmodi coloris, cujus II, 406. est: — ἐπεί ῥά οἱ ἵπποι ἔσαν μετόπισθε κυδοιμοῦ. cll. VI, 146. 7. 162. VII, 413. Ceterum in eo versu, qui in hanc orationem nos deduxit, ex Iados praecepto scribendum esse ἄγυια patebit, si conferre placuerit, quae de versu Graecor. heroic. Cap. II, Sect. I. p. 31, super hoc vocabulo disputavimus. Sed ne in libris prosaicorum quidem talis generis naevos apertos (de omnibus enim certum quiddam vix definiri posse me non latet) penitus sublatos esse, indicat inter alia Achill. Tat. lib. IV, c. 12. p. 356. καὶ ἔστι τὸ θέαμα καινὸν, ναῦς ὁμοῦ καὶ δικέλλη, κώπη καὶ ἄροτρον, ubi, quin de more Graecorum δίκελλα scribas, dubitare non sinunt ejusdem lib. V, c. 17. p. 454. δίκελλαν κρατοῦσα, ib. c. 18. p. 460. δίκελλαν ἐβάσταζα.

Lib. II, v. 538—40.

Ὣς εἰπὼν, ἀπὸ βαιὸν ἐχάσσατο. λεῖπε δ' ἄρ' υἷα
Κείμενον ἐν κονίῃσιν, ἐπεί νύ τοι οὐκ ἔτι πάμπαν
Γναμπτοῖς ἐν μελέεσσι πέλει σθένος, ὡς τοπάροιθεν.

Una literula ablata poëtae mentem medio in versu paullo rectius nos assecuturos esse speraverim. Ita quidem: ἐπεί νύ οἱ οὐκ ἔτι πάμπαν et q. s., cum ei robur non plane idem, quod antea, in membris vigeret.

Lib. II, 625-7.

— — — — συνάχνυτο δ' οὐρανίῃ Νὺξ
Παιδὶ φίλῃ καὶ πάντα κατέκρυφεν οὐρανὸς ἄστρα
Ἀχλύϊ καὶ νεφέεσσι, φέρειν χάριν Ἠριγενείῃ.

Olim editum est in his οὐρανὸν, qua de causa vide, annon haec ita disponenda sint: καὶ πάντα κατ' οὐρανὸν ἔκρυφεν ἄστρα. Ea autem ratione multo plus gravitatis huic sententiae accedere per se apparet. Nox una cum filia (Aurora) ingemuit, omnesque stellas in coelo caligine et nubibus occuluit, gratificatura Aurorae. Sin autem haec minus tulerint aliorum assensum, et novissimae editionis lectio οὐρανὸς potior visa sit; in fine

fortasse φέρων refingendum erit. Hoc enim consueta hujus formulae conjunctio a nobis postulat, velnti Achilles apud Homerum Il. ι, 612. 13. Phoenici haec ait: *Μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, Ἀτρείδῃ ἥρωϊ φέρων χάριν* – – –.

Lib. III, v. 48. 9.

Ἤδη γάρ με πρῶτον, ἀποστρέψας ὀρυμαγδοῦ,
Ἤκαχες — — — —

Achillis continent convicium, quo in Apollinem impetum ejus a Trojanorum muris aversurum invehit, memor se olim jam a Deo Hectoris in favorem e pugna remotum esse. Qua de re se monitis ejus nullo modo obsecuturum esse aperte fatetur. Sed Achilles cum dicat, jam olim me a pugna abductum dolore affecisti, causa, cur Dei minas morari nolit, satis apta vix subesse videtur. Quapropter correctione lenissima emendo ἤπαφες, jam antea me fefellisti. Hoc autem ubi introduxeris, verbis atrocibus in Apollinem jactatis justa demum accedet ratio. Plus vero firmitatis opinio haec nanciscitur eo, quod Rhodomannus idem vocabulum in locum alterius suffecerit libr. V, 181. *Ὦ Ὀδυσεῦ φρένας αἰνέ, τί τοι νόον ἤπαφε δαίμων.* Contra in loco simillimo I, 723. *Ὦ Ἀχιλεῦ φρένας αἰνέ, τίη νύ σευ ἤκαχε δαίμων θυμὸν* etiam nunc ἤκαχε legitur, ubi alterum non minus praeferendum erit. Duobus enim aliis in locis I, 106. V, 422. qui etiam ἤκαχε servant, et posterior quidem eadem verba: *ἤκαχε δαίμων*, dissimilitudo inest. Sermo enim in iis est non tam de Dei cujusdam maligni fraude, quam de vero moerore. Loci autem ejusmodi errori occasionem dedisse videntur; etenim cum semel iterumque ἤκαχε adfuisset, idem nullo dilectu adhibito etiam in aliis, quibus minus conveniret, librarii posuerunt.

Lib. III, v. 221 — 3.

— — — — *τανυχειλέες εὖτε μέλισσαι,*
Αἵ τε ἐὸν περὶ σίμβλον ἀπειρέσιαι ποτέονται,
Ἀνδρ' ἀπαμυνόμεναι, — — — —

In his olim editiones vulgares dederunt, αἴθ' ἐὸν, unde Hermannus, cui morem gerendum esse puto, ad Orphica

p. 743. *αἵ ῥά θ' ἑόν* ingeniose restituit. Quod autem ad structuram verbi *ἀμύνειν*, *ἀπαμύνειν*, *ἐπαμύνειν*, iisque cognatorum *ἀλάλκειν*, *ἀλεξεῖν*, *χραισμεῖν* apud poëtas Ionicos attinet, de ea post Heynium ad Hom. Il. π, 522. Vol. VII, p. 231. 2. admodum accurate disseruit Guentherus in disputatione de usu praepositionum apud Homerum p. 15. 16. At cum viri sollertis sententia non omni ex parte amplectenda sit, paucis hac de re expo- nam. Primum *ἀμύνειν* sine ullo additamento significat defendere, velut Il. ν, 312. *Νηυσὶ μὲν ἐν μέσσησιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι.* cfr. Il. ε, 685. Apoll. Rhod. Arg. III, 553., qui non alio modo II, 235. — *οὐδ' ὀθνεῖοι ἀλαλκήσουσιν ἰόντες* cl. v. 262. dixit. Medium autem *ἀμύνεσθαι*, se ipsum defendere, Hom. Od. χ, 116. — *ὄφρα μὲν αὐτῷ ἀμύνεσθαι ἔσαν ἰοί.* cl. Il. π, 556. Deinde alius cum verbo isti adjungitur casus, iterum vario modo adhibetur. *ἀμύνειν τινί*, qua quidem structura nulla alia magis frequentatur, indicat defendere aliquem, velut Il. ε, 486. ---- *καὶ ἀμυνέμεναι ὤρεσσιν*, ζ, 262. 361. 2. θ, 414. ι, 602. λ, 674. Apoll. Rhod. Arg. II, 440. Quint. Smyrn. I, 92. Pari modo dictum apparet *ἀλάλκειν* Hom. Il. χ, 196. Od. γ, 236. 7. *ἀλεξεῖν* Il. γ, 9. ε. 779. *χραισμεῖν* Hom. Il. α, 28. ε, 53. Cum autem casus proximus adnectitur, *ἀμύνειν τινά*, tum significat, aliquem arcere, velut Il. ε, 662. ---- *πατὴρ δ' ἔτι λοιγὸν ἄμυνεν*, adde ζ, 463. ν, 783. ο, 375. Apoll. Rhod. Arg. IV, 414. *Τύνη μὲν κατὰ μῶλον ἀλέξεο δούρατα Κόλχων.* Medium vero *ἀμύνεσθαί τι* est, a se ipso aliquid arcere, vid. Il. λ, 483. 4. ---- *αὐτὰρ ὅγ' ἥρως Αἴσσων ᾧ ἔγχει ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ.* cfr. V, 514. 475. Deinde casu utroque commisso *ἀμύνειν τινί τι* aliquem ab aliqua re defendere designat, ut Il. λ, 277. *Ὑμεῖς μὲν νῦν νηυσὶν ἀμύνατε ποντοπόροισιν Φύλοπιν ἀργαλέην.* φ, 138. ---- *Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι.* ι, 347. *Φραζέσθω, νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ.* λ, 120. 1. *Ὡς ἄρα τοῖς οὔτις δύνατο χραισμῆσαι ὄλεθρον Τρώων.* Insuper autem genitivus etiam cum his verbis copulatus reperitur, ibique iterum ratio duplex cogitandi adesse potest. Nam dicunt poëtae vel *ἀμύνειν τινός τι* vel *ἀμύνεσθαί τινος* sive, quod unum idemque est, *ἀμύνεσθαι περί τινος.* Illum autem priorem modum in usu fuisse Guentherus l. l. denegat, dum Il. δ, 11. *αἰεὶ παρμέμβλωκε καὶ αὐτοῦ Κῆρας ἀμύνει* cl. μ, 402. φ, 539. ita exponit, ut geni-

tivum istum, non a verbo ἀμύνειν, sed a nomine Κῆρας, dependentem sibi cogitet, ejus igitur mortem arcet. Quam quidem commissuram stabiliri censet Il. α, 37. Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας Κῆρας ἀφέξει, vid. ρ, 302. φ, 548. Quis vero est, qui discrimen magnum inter utrumque locum interesse non videat? Κῆρες λοιμοῖο vel θανάτοιο exitium, quod mors, pestis alicui inferat, denotant, proinde Κῆρες αὐτοῦ esset exitium, quod quis alicui parat, illud vero ab eo ipso, qui movet, nemo nec arcebit nec arcere poterit. Quae res cum ita, ut dixi, sese habeat, Κῆρας αὐτοῦ ἀμύνειν nihil aliud significabit, nisi mortem ab eo repellere, eamque simplicem explicandi viam summi interpretes ingressi sunt, velut Vossius, dum transfert: „*und die graulichen Keren ihm abwehrt.*" Heynius ad h. l. Vol. IV, p. 557. Rem vero extra omnem dubitationem ponit locus ibidem ab Heynio nostro admotus, quem Guenthero, de his praecipienti, non in promtu fuisse eo magis miror, scilicet Il. ο, 731. – – ἔγχεϊ δ' αἰεὶ Τρῶας ἄμυνε νεῶν, cui praeterea accinit Od. κ, 288. – – – – ὅ κέν τοι κρατὸς ἀλάλκῃσιν κακὸν ἦμαρ. Huc accedit, quod hac in structura non admodum rara praepositio ἀπὸ verbo adjuncta cernitur, vid. Od. ρ, 538. – – ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι, idemque obvium habes Od. β, 59. Il. π, 75. 80. Hesiod. Scut. 239. 40. Apollon. Rhod. Arg. I, 815. 6. et cognata Il. χ, 348. ω, 370. 1.; quo in verbo inversionem rei et personae aptam censuit poëta Od. ρ, 364. ἀλλ' οὐδ' ὥς τιν' ἔμελλ' ἀπαλεξήσειν κακότητος, quasi dixisset οὔτινος ἔμελλεν ἀπαλεξήσειν κακότητα. Denique genitivus simplex cum jungitur verbo, ἀμύνεσθαί τινος plerumque fere dixerunt. Unde patet, eam conjunctionem resolvendam esse, se defendere pro aliqua re, alicui rei propugnare, id quod praepositione περὶ, saepius adjecta, clarius apparet. Prius adest Il. ι, 531. Αἰτωλοὶ μὲν, ἀμυνόμενοι Καλυδῶνος ἐραννῆς. μ, 155. 6. 179. ν, 700., posterius Il. μ, 242. Ὤρνυον, ἔνδον ἐόντες, ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν. add. ib. 170. 227. 243. ο, 496. ρ, 182. σ, 173. ω, 500. Unico tantum in loco hac in junctura activum obtinet Il. ν, 109. 10. – – – – ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσιν Νηῶν ὠκυπόρων, ubi metri commoditas hanc conjunctionem peperisse videtur. cfr. Apoll. Rhod. Arg. IV, 1487. 8. cum ejusdem libri v. 551. Inseras autem e Quinti versibus supra memoratis, et ejusdem

libr. V, 12. adjectivum ταναχειλής Schneideri Lexico, quominus enim plura ab eadem stirpe prognata nominare possim, obstat Passowii sedulitas, cfr. ejus libell. de Lexicor. consilio p. 98. Significatio vero propria adjectivi τανύπρωρος e Quinti nostri libr. V, 348. Ἀργείου δ' ἐπὶ νηυσὶ τανυπρώροισιν ἴαυον, in posterum Lexicographis minus negligenda erit.

Lib. III, 235.

Ναῖε δ' ὅγ' αἰπεινὸν Μελανίππιον, ἱερὸν Ἀθήνης.

Rhodomanno praeeunte ἱρὸν Ἀθήνης sine ulla haesitatione Quinto reddam, cfr. librum meum de versu Graecor. heroic. Cap. VI, §. 4. Quamquam enim poëta noster in vocabulis aliquot synizesin paullo violentiorem haud recusat, velut libr. II, 422. Νηρηΐδος, τῆς αὐτὸς ἐπεύχεαι ἔκγονος εἶναι cl. v. 456. IV, 155. Καὶ Τρωΐλον θητὸν cl. 419. tamen, cur hanc duritiem hic approbemus, nullum argumentum satis validum invenire possum.

Lib. III, v. 379. 80.

Ὡς οἳ ἀμφοτέρωθε κακῷ δμηθέντες ὀλέθρῳ
Κεῖντο — — — — —

Magis ut metrum fulciatur, in posterum edendum erit: ὥς οἵγ' ἀμφοτέρωθε, eamque medicinam alii Quinti loci non dissuadent: ut, quae hic memoratis proxima sint, sola commemorem, cfr. I, 528. VIII, 67. X, 251. Ὡς οἵγ' ἀμφοτέρωθεν ἀνηλεῖ Κηρὶ δαμέντες. Alibi illud vocabulum male divulsum legitur, e. c. II, 253. IV, 224. V, 438. IX, 73. Pari de causa lib. III, 526. Αὐτὰρ ὅγ' οἷς ἑτάροισιν ἐπισπέρχων ἐκέλευεν, scribendum est. Nam inconstantia illa jam in Homericis carminibus obvia, vid. de versu Graecor. heroic. Cap. IV, §. 9., apud poëtas aevi serioris minori patientia ferenda, et consona potius inserta ubivis tollenda videtur. Quintus ipse lib. II, 36. Αὐτὰρ ὅγ' ἀσπασίως μοι ὑπέσχετο πάντα τελέσσαι, adjice IV, 365. VII, 156.

Lib. III, 467.

Οὐδ' ὅτε πατρίδ' ἐμὴν λιπόμην, ἀγανούς τε τοκῆας.

Ita, cum olim ἀγανούς adesset, hodie, Rhodomanno auctore, legitur. Sed dum prisca lectio versum perimit,

Ἡ δὲ Θέτις, μάλα γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶν ἥδεται ἦτορ,
Υἱέος ἀμφὶ τάφῳ περικαλλέα θεῖναι ἄεθλα.

Multum enim gavisa est animo ad filii tumulum certamina instituere inclyta, vulgari e lectione poëta dicit. Quae quomodo de Thetide luctu ingenti oppressa praedicari potuerint, me non capere ingenue profiteor. Verum ubi mecum scripseris, *ἔλδεται*, animo cupivit certamina in filii honorem instituere, sententiam multo accommodatiorem fore haud dubie patet. Cui emendationi aliae ejusdem verbi conjunctiones favent, ut Hesiod. Op. et D. 381. - - - - *εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶ σῇσιν.* Quint. Smyrn. VIII, 410. 11. - - *ἐελδόμενος μέγα θυμῷ Υἷα βαλεῖν Πριάμοιο.* cll. VII, 428. XIV, 213. 441. Ejusdem autem verbi conjunctio satis varia magnam linguae Graecae ubertatem et facilitatem prodit. Modo enim cum accusativo componitur, ut I, 34. *πᾶσαι ἐελδόμεναι πόλεμον καὶ ἀεικέα χάρμην*, modo cum genitivo I, 397. *ποίης ἐλδομένη θυμηδέος*, modo denique, id quod loci antea allati te doceant, verborum infinitivum addere licet.

Lib. IV, 249.

Δένδρ' ἐπ' ἀλλήλοισι βάλοντ' ἐριθήλεας ὄζους.

Haec casu, an data opera in omnibus, quas vidi, editionibus ita manca praebeantur nescio. Rhodomannus, numerorum vitio detecto, idem sustulit, scribens: *Δένδρε' ἐπ' ἀλλήλοισι*, cui ubi obsecutus fueris, versus plene procedet, et eandem nominis illius formam Quintus alibi admisit I, 489. *δένδρεα μακρά.* Possis etiam conjicere *δένδρη ἐπ' ἀλλήλοισι*, eique aliis Quinti versibus opem ferre, velut V, 126. *τεύχη ἔσσασθαι.* cll. IX, 221. VI, 458. *ἕλκη ἀκειόμενος.* XIII, 330. *βέλη ἀνδρῶν.* His vero non magnam habeo fidem; cum, quae de his formis contractis de versu Graecorum heroico Cap. V, §. 7. disserui, in Quintum etiam cadere videantur. Quamquam enim apertum sit, nomina haec contracta in poëmate nostro aliquoties inveniri, nullumque frequentius verbo *τεύχη*, cfr. I, 152. II, 190. 206. 466. III, 178. alibi, aliaque exempla plura, ut II, 536. *ἄλση*, VI, 530. *βέλη*, XIV, 549. *βένθη*, III, 164. V, 644. *μέλη*, III, 708. *νέφη*, VIII, 420. *τείχη*, tamen haec omnia partim in versuum exitu, partim ante literam consonam ita collocata sunt. Qua

de causa illa antea memorata pro satis exploratis habere non possum, nam nimis multa, quae contrarium efficere videntur, obveniunt, ut XI, 16. βέλε' ἀνδρῶν. VI, 50. μένε' ἀνδρῶν. II, 40. αἴσχε' ἔχοντας. 114. ἄλγε' ἀνέτλη. XIV, 375. ἔντε' ἀποκταμένων, et maxime vox τεύχη ipsa, quae, cum in versu exeunte haud aliter, quam contracta dicatur, vocali addita saepissime iterum diducitur et apostropho adnexo ultimam literam expellit, vid. I, 564. τεύχε' ἔχουσαν. V, 587. τεύχε' ἀείρας. et adde VI, 390. VIII, 219. IX, 132. X, 111. et eandem legem nomina alia, quae neutrius sunt generis, tenere videmus. Haec si reputaverimus, Quintum ab aliorum poëtarum norma non descivisse, eumque litera sonora insequenti formam longiorem, eamque elisione truncatam, litera autem aut consona subjecta, aut in versuum fine breviorem elegisse, admodum probabile fit. Quae enim in contrarium afferri possunt, et numero pauciora sunt, et corruptelam facile traxerint; quapropter ad sententiam mutandam iis non commoveor. Adjectivo autem ἐριθήλης similiter excusum est ἐρίθυμος, cujus significatum cum dubium diceret Schneiderus, non recordatus est Quinti loci V, 316. Πηλείδης ἐρίθυμος ἀγακλυτὰ θῆκεν ἄεθλα. adde I, 742. 756. Aliam autem stirpem habet Maxim. Καταρχ. 520. ἐριαχθής, quod lana gravatum sive onustum indicare conjunctio docet, additur enim nomini ποίμνη, id autem hoc ex loco in Lexica inferendum erit.

Lib. IV, v. 311. 2.

Ἐν δὲ παλαισμοσύνῃ με καὶ ὃ κρατερώτερος ἄλλων
Ἀγκαῖος θάμβησε καὶ ἔτρεσεν – – – –

Respexit in his Quintus Homero narrata Il. ψ, 626. sqq. ubi Nestor eadem fere de se ipso praedicat. Deseruit autem h. l. editio Bipontina scripturam vulgatam, quippe quae κρατερώτατος exhibuit, illam vero si tuitus fueris, Nestoris laudem longe magnificentiorem esse in obscuro non est.

Lib. IV, v. 381—5.

– – – – τοῖς δ' αἶψα Θέτις κυανοκρήδεμνος
Ἀργυρέους κρητῆρας ἐελδομένοισιν ὄπασσεν,
Δοιοὺς τοὺς Εὔνηος Ἰήσονος ὄβριμος υἱὸς

Ὦνον ὑπὲρ κρατεροῖο Λυκάονος ἐγγυάλιξεν
Ἀντιθέῳ Ἀχιλῆϊ πολυκλύστῳ ἐνὶ Λήμνῳ.

Fundus loci allati iterum Homerus Il. φ, 40. 1., ubi de Lycaone ab Achille vendito et Lemnum abducto haec leguntur: *Καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσεν Νηυσὶν ἄγων· ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκεν.* Idem Iasonis filius in Iliad. η, 467. nominatur. Hi vero Homeri loci pariter ac perpetuus Apollonii Rhodii usus in eo conveniunt, nomen illud ex Ionicae dialecti consuetudine *Ἰήσων*, neque vero *Ἰάσων*, quemadmodum hic impressum est, apud epicos poëtas exarandum esse. Deinde etiam silentio non praetereundum est Lexicorum incrementum, quod e loco allato et e Quinti libr. V, 121. capere possunt, nam adjectivum *κυανοκρήδεμνος*, eique cognatum V, 345. *κυανοπλόκαμος* nunc quidem omissa sunt.

Lib. IV, 418—21.

Καὶ οἱ τεύχεα καλὰ πόρεν Πηλῆος ἄκοιτις
Ἀντιθέου Τρωΐλοιο, τὸν ἠϊθέων μέγ᾽ ἄριστον
Τροίῃ ἐν ἠγαθέῃ Ἑκάβη τέκετ᾽, οὐδ᾽ ἀπόνητο,
Ἀγλαόν. — — — —

Quemadmodum haec nunc scribuntur, ultimum illud additamentum *ἀγλαὸν* una cum altero *ἄριστον* ad verbum *τέκετο* referendum est. Quem longe fortissimum in Troja fertili peperit Hecuba, praeclarum, neque fructum percepit. Hanc autem conjungendi et explicandi rationem inconcinnitate quadam premi neminem fugiat, praesertim quum alterum *ἀγλαὸν* postpositum sit, interjectis verbis *οὐδ᾽ ἀπόνητο.* Quapropter speraverim futurum esse, ut interpunctioni sublatae lenique mutationi a me institutae haud aegre fides addicatur. Scripserim enim: *οὐδ᾽ ἀπόνητο Ἀγλαοῦ*, neque fortis illius fructum cepit Hecuba. Huc etiam accedit, quod nihil fere poëtis heroicis usitatius sit ista conjunctione. Poeta noster lib. VII, 611. 12. – – – *οὐδ᾽ ἀπόναντο Ὄλβου ἀπειρεσίοιο πολὺν χρόνον.* VIII, 298. *παιδὸς δ᾽ οὐκ ἀπόνητο.* IX, 187. 8. X, 159. XIII, 174. Apoll. Rhod. Arg. I, 88. 89.

Lib. IV, 441.

Ὄζον ἀπαυανθέντα θέρους εὐθαλπέος πρὶν

Sicut hic, etiam II, 602. *ἠδὲ θέρους ἀραιεῖο* nunc editur, forma vero epicae orationi accommodatior *θέρευς* altera ex parte non prorsus evanuit, vide XI, 156. *Αὔτως, ἠΰτ' ἄμαλλα, θέρευς δυσθαλπέος ὥρῃ,* et XIII, 243. — *θέρευς εὐθαλπέος ὥρῃ.* Quam quidem ob causam hanc locis etiam superioribus reddiderim. Simul autem allata testimonii instar sunt, priores adjectivi *εὐθαλπὴς* vocales male resolvi punctis diaereseos appictis, cfr. Wolfium V. S. in praefatione Iliad. Homeric. Edit. Nov. p. LXV. VI. Neque horum mentionem fecissem, nisi aliquoties idem peccatum in Quinti carmine etiam nunc sese offerret, sicut XIV, 214. *Πολυξείνην ἐΰπεπλον,* atque eodem in vocabulo X, 455. *ἀμφιπόλους ἐϋπέπλους,* pejus adeo VII, 574. *τοῖσι δ' ἄρ' ἐΰπλοΐην πόσις ὤπασεν Ἀμφιτρίτης* editum videmus. In nonnullis aliis Rhodomanni monitis accedendum puto, veluti III, 714. *Τρῶας ἐΰ πνείοντες ὁμῶς,* cum ipso *ἐϋπνείοντες* praeferam, X, 143. cum eodem *Φύλλις ἐΰζωνος, Φυλαΐς* enim formam parum Graecam habeo. Denique V, 256. 7. *Καὶ δ' αὐτὸν Πηλῆος ἐΰσθενέα κλυτὸν υἷα Ἤγαγον Ἀτρείδῃσιν ἐπίῤῥοθον, ἐϋσθενέος* emendandum est, quod tum loci alii, tum libri ejusdem v. 481. *ὣς εἰπὼν παῖς ἐσθλὸς ἐϋσθενέος Τελαμῶνος* egregie confirmat.

Lib. IV, v. 487. 8.

Ὀψὲ δὲ πάντες ἔλευσσον ἐπ' Εὐρυάλῳ μενεχάρμῃ,
Ἰδμονι πυγμαχίης. — — — —

Olim in his *ἔλευσαν* scriptum erat, quod editor recentissimus in *ἔλευσσον* mutavit. Hoc autem praestantissimae Anonymi conjecturae *ἔνευσαν*, adscriptae margini exemplaris editionis Wechelianae, quod a Schaefero commodatum habui, longe posthabendum judico, ea enim non solum sententiae concinnitate blanditur, verum etiam a Quinto ipso, nisi fallor, agnoscitur. Idem enim XIII, 34. 5. *Οἵ ῥά οἱ, ἔνδον ἐόντες, ἐπέκλυον· ἐς δ' Ὀδυσῆα Πάντες ἐπ' οὔατ' ἔνευσαν.*

Lib. IV, v. 502.

Πρῶτος μὲν Μενέλαος, ἰδ' Εὐρύπυλος θρασυχάρμης.

Inferius v. 538. idem Eurypylus vocabulo magis noto, at eadem ratione composito, *μενεχάρμης* a poëta appellatur.

Nostrum autem Lexicographorum diligentiam effugit una cum Manethonis Apotelesm. IV, 184. θρασυγλωσσής. Cum vero aliquoties adjectiva composita apud Quintum obvia; quae sede debita in Lexicis destituuntur, nominaverimus, hic statim reliqua ejus generis omnia subjiciam. Posthom. VI, 325. δινηρεφής II, 452. πολυμήκετος. III, 396. πολυπέλεθρος. VI, 594. πολυσθενής. (adjice Manethon. IV, 160. πολυπράκτωρ. Achill. Tat. I, c. 13. p. 72. πολυτάρακτος.) Quint. II, 197. πυροβόρος. (hoc quidem in sola editione Tychsenii adest.) III, 608. ῥοδόπεπλος. II, 440. χαλκεοτέχνης. (Claud. Ep. III, 1. Anal. T. II, p. 447. χαλκεόπεζος.) Multo plura, iis exceptis, quae vel ab aliis vel a me ipso laudata sunt, e Quinti Posthomericis in lucem protrahi posse valde dubito. Quare unum addo lectum V, 188. μεγαλόβρυχος, ne in posterum injuria suspectum judicetur. Prorsus desiderantur ex Maneth. Apotelesm. II, 150. μεγακύδης. et III, 49. μεγάτολμος.

Lib. V, v. 211. 12.

Σχέτλιε, τίπτε βίῃ πολὺ φέρτατος ἔμμεναι ἄλλων
Εὐχόμενος, μέσσοισιν ἔχες νέας, — — —

Multo fortior ista, qua Ajax Ulixem increpat, ignaviae objurgatio reddetur, ubi Rhodomanno ἔχεις scribenti assensum praebueris. Deinde illud etiam accedit, quod ἔχειν νᾶυν, tempore praeterito adjecto, plerumque de navibus ad terram appellendis dicitur, ut Hom. Od. κ, 91. ἔνθ' οἵγ' εἴσω πάντες ἔχον νέας ἀμφιελίσσας, qua de re nostro in loco poëta cogitare non potuit.

Lib. V, v. 216.

Ἔστην καὶ πυρὸς ἄντα καὶ Ἕκτορος, ὅς μ' ὑπόεικεν.

Quae huic versui illata reperitur elisio, ab epicorum seriorum consuetudine nimis abhorret, quam ut ferri possit; idque eo minus, quo pronior via ad eam removendam patet. Formam enim verbi istius contractiorem assumas necesse est: ὅς μοι ὑπεῖκεν. Quae quidem forma, etsi multo rarior illa altera apud Quintum deprehenditur, non tamen prorsus desideratur. Indicium faciunt II, 557. - - - - παύροισι δὲ γῆρας ὑπεῖκει. ib. 660. Παρφάμενοι μύθοισιν; ὅσοις βαρὺ πένθος ὑπεῖκει. adjice XI, 138.

Lib. V; v. 298. 9.

Χήνεσιν ἢ γεράνοισιν ἐοικότες, οἷς ἐπορούσῃ
Αἰετὸς ἠϊόεν πεδίον καταβοσκομένοισιν.

His in versibus praepositionem, a quo proprie separanda erat, male cum verbo coiisse suspicor. Legam igitur: *πεδίον κάτα βοσκομένοισιν*, in campo pascentibus. Multa enim mihi persuaserunt, eam rationem in carmine heroico alteri praeponendam esse, affero autem modo exempla pauca huic nostro proxima. Homerus jam Odyss. ι, 217. - - *ἐνόμευε νομὸν κάτα πίονα μῆλα.* υ, 164. *Καὶ τοὺς μέν ῥ' εἴασε καθ' ἕρκεα καλὰ νέμεσθαι.* Apoll. Rhod. Arg. II, 822. - - *οἷος δὲ κατὰ πλατὺ βόσκετο τῖφος.* Si quis vero de hoc loco nostrae sententiae calculum addere dubitaret, eum certe alio in loco eandem mutationem non recusaturum esse speraverim. Libro quidem VII, 545—7. quae vulgo ita eduntur:

Ὡς δ' ὅτε παιπαλόεσσαν ὁδὸν κατὰ ποσσὶν ἰόντες,
Ἀνέρες ἀθρήσωσιν ἀπ' οὔρεος ἀΐσσοντα
Χείμαῤῥον, — — — —

Ubi *ὁδὸν κάτα* scribendum esse vel Homericus locus, quem Quintus ante oculos habuit, luce clarius demonstrat, Odyss. ρ, 204. *Ἀλλ' ὅτε δὴ στείχοντες ὁδὸν κάτα παιπαλόεσσαν.* et eodem modo saepissime tum Homerus, tum alii loquuntur, ut Hom. Hymn. in Cerer. 177. *Ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν.* Apoll. Rhod. Arg. II, 874. *Τρώχων εὐρεῖαν κατ' ἀμαξιτόν.* cl. v. 1258. ex Homeri autem Odyss. τ, 444. *μήτις τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται.* - - Herodotus libr. I, c. 41. 9. *μή τινες καθ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν.* verba adumbrasse videtur. Ceterum alibi etiam in tonis majore diligentia constituendis ipsa recentissima Posthomericorum editio minorem prae se fert sedulitatem. Ita eam contra Rhodomanni voluntatem V, 410. *χεῦῃ*, II, 82. *αὖσαι* inquinat. Nulla autem in re plura accentuum vitia Quinti carmen offert, quam in praepositionum anastropha. Quo quidem nomine Grammaticos eam toni inclinationem, quae ob praepositionem transpositam eum vel ab ultima syllaba in primam transfert, vel praepositioni nullo prorsus accentu insignitae eandem ob causam tonum addit, nominasse constat. Egerunt hac de re post Reizii labores viri longe

praestantissimi Ilgenius in praefat. ad Hymn. Homeric. p. XXIII. sqq. Wolfius in praefat. Odysseae, quae anno 1794. prodiit, p. XX sqq. Hermannus de emendand. rat. Gr. Gr. Libr. I, C. XXI. Wagnerus, qui totus fere ab his posterioribus pendet, in libr. de accentu §. 73. 85. Illi autem, quorum feci mentionem, veterum praecepta et attulerunt, et dijudicarunt, et varias variorum lites componere studuerunt. In Quinti carmine errores quam plurimos hac in re admissos video, neque tamen depravationis hujus ita tenaces fuerunt librarii, ut melioris scripturae nulla prorsus restarent vestigia. Ita habes I, 816. VI, 319. 518. *μάχῃ ἐνὶ*, at cum Grammaticis optimis legitur II, 15. *καὶ θεὸν ἀντιάσαντα μάχῃ ἔνι δῃωθῆναι.* Quare non solum X, 376. *κραδίῃ ἔνι πάλλεται ἦτορ.* XIII, 157. *σταθμοῖς ἔνι* reducendum est, verum etiam X, 386. *τάφῳ ἔπι δάκρυα χεῦον.* X, 388. *τοῦ πέρι πευκαλίμας ἀχέων φρένας.* V, 493. — *οἴων ἄπο νήπια τέκνα Ἀνέρες ἐξελάσωσιν.* Qua in particula iterum contrario modo peccatum judico lib. X, 110—13.

Τοῦ δ' ἄρ' ἀποκταμένοιο δύω θεράποντες Ἐπειοῦ
Δηΐλέων τε καὶ Ἀμφίων ἀπὸ τεύχε' ἑλέσθαι
Ὥρμαινον. — — — — —

Nunc enim *ἄπο* exstat, quod hoc in loco multo facilius cum verbo *ἑλέσθαι*, quam participio nimis remoto *ἀποκταμένοιο* coibit. Ubi praepositio nomini et adjectivo, aut nomini proprio et appellativo interjecta legitur, ibi quoque, nomine certe praecedente, tonum prima in syllaba collocandum esse, ex Aristarchi regula, intelligentissimi judices existimarunt. cf. Hermannum l. l. p. 108. 9. Wolfium l. l. p. XX. Reizium de inclinat. acc. p. 122. Quapropter hi Quinti versus praepositionis tenorem mutatum sistant necesse est. V, 279. *Αὐτὸν ἀεικίσσας πληγῇς ὑπὸ λευγαλέῃσιν.* et VII, 491. X, 382. XII, 38.--- *χωομένῃ Τρώων ὑπὲρ αἰχμητάων.* ut jam meliora habes VII, 510. *νηῶν ὕπερ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.* VII, 521. *ἐμοῦ ὕπο δῃωθέντες.* at pejus iterum XIII, 276. *Θήβῃ ἐνὶ ζαθέῃ, Τροίῃ δ' ἐνὶ φαίδιμον ἄνδρα.* quo in versu *Θήβῃ ἔνι ζαθέῃ* absque ullo dubio adoptandum erit, de altero autem *Τροίῃ δ' ἐνὶ* lis adhuc sub judice versatur. Notum enim est, Grammaticos veteres docuisse, si nomen inter et praepositionem isti postpositam aliud vocabulum inserer-

retur, hujus accentum immutatum manere, cfr. Wolf. praef. laud. p. XXVI. Hermann. l. l. p. 107. 8. Wagnerum §. 79. cujus rei exemplum laudatur Il. η, 163. *Τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο κρατερὸς Διομήδης.* Wolfius et Hermannus hac de re in diversas abeunt partes, dum enim ille, etsi causam, cur Grammatici in ejusmodi locis tonum retrahere vetuerint, se non perspicere aperte fassus est, legem a veteribus sancitam servavit, nec quidquam in carminibus Homericis pro arbitrio novavit, hic praeceptum istud, utpote a re ipsa alienum, nihil morari, et praepositionis tenorem non minus quam alias primae syllabae vindicare jubet. Quomodocunque autem super ea re statuere placeat, tamen in uno scriptore eandem normam, quam secutus fueris, nunquam deserendam esse apparet. Satis autem inconstantem rationem Quinti carmen in his ostendit, velut libr. I, 46. *Τοῖς δ' ἐπὶ Θερμώδοσσα μέγ' ἔγχεϊ κυδιόωσα.* III, 300. *Τῷ δ' ἔπι δῖον ἔπεφνεν Ἀτύμνιον.* et ita pluribus in locis eandem varietatem, quae dedecet, lector attentus animadvertet.

Lib. V, v. 435—7.

Ὡς δ' ὅταν αἰετὸν ὠκὺν ὑποπτώσσουσι λαγωοὶ
Θάμνοις ἐν λασίοισιν, ὅτ' ἐγγύθεν ὀξὺ κεκληγὼς
Πωτᾶτ' ἔνθα καὶ ἔνθα τανυσσάμενος πτερύγεσσιν.

Ubi duarum rerum comparationem poëtae epici inferunt, ibi plerumque, alterius cum mentionem incipiunt, ab articulo, qui tunc particula δὲ subnexa pronominis vim induere solet, ordiri amant. Quam quidem rationem, ab Homero inde profectam, innumeris cum firmare possem exemplis, paucis e Quinto ipso petitis comprobare satis habeo. Idem igitur libr. V, 495—6.

Ὡς δ' ὅταν εἰροπόκων ὀΐων ἄπο νήπια τέκνα
Ἀνέρες ἐξελάσωσιν, ἵνα σφίσι δαῖτα κάμωνται,
Αἳ δὲ μέγ' ἀσκαίρουσι θιηνεκέως μεμακυῖαι
Μητέρες — — — —

Lib. VII, 116—17.

Ὡς δ' ὅτ' ἐπιβρίσαντος ἀπειρεσίου ποταμοῖο
Ὄχθαι ἀποτμήγονται ἐπὶ ψαμμώδεϊ χώρῳ
Μυρίαι ἀμφοτέρωθεν, ὁ δ' εἰς ἁλὸς ἔσσυται οἶδμα.

adde III, 359—61. Secundum hanc autem observationem locus supra allatus nobis emendandus erit, quomodo enim e scriptura consueta, ὅτ' ἐγγύθεν ὀξὺ κεκληγὼς, verba explicanda sint, prorsus nescio. Sed ubi mutaveris ὁ δ' ἐγγύθεν ὀξὺ κεκληγὼς, et illud ad aquilam retuleris, omnia sese bene habebunt, totiusque imaginis partes aptissime cohaerebunt. Hoc enim vult poëta: „Sicut ubi celerem aquilam fugientes lepores sub densis fruticibus latitant, ille autem acuto strepitu alisque expansis huc et illuc volat.“ Quae autem hisce adjicit Quintus, ea conjecturam nostram omni dubitatione liberam reddunt, sequuntur enim v. 438. 9. haec:

Ὡς οἵγ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέτρεσαν ὄβριμον ἄνδρα·
Ὀψὲ δ' ὅγ' ἀρνειοῖο κατακταμένου σχεδὸν ἔστη.

ubi igitur pastores Ajacem furentem fugientes cum leporibus, Ajax ipse, qui persequitur, cum aquila a poëta confertur.

Lib. V, v. 518.

Οὐ γάρ μοι τοκέων τόσσον μέλει, εἴ πω ἔτ' εἰσίν.

Olim lectum est οἵ πω, quorum primum bene sanatum, alterius in locum sufficiendum erit που. Ea enim particula in ejusmodi sententiis priori adjungi solet. vid. lib. I, 339. V, 316. VII, 341. X, 445. Jam Homerus hujus dicendi rationis prima stamina habet. Il. δ, 88. Πάνδαρον ἀντίθεον διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι.

Lib. V, v. 618. 9.

Καὶ τότ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων φέρον ἄσπετον οὖδας
Αἰζηοί· πάντη δὲ νέκυν πέρι δινήσαντο.

Optime Rhodomannus in horum fine νηήσαντο conjecit, quid enim δινήσαντο significet, vix intelligi possit. Hoc autem verbum proprium esse, non modo Quintus ipse in re simili lib. VII, 163. Πυρκαϊὴν ἅμα πᾶσι μίην περινηήσαντες edocet, cl. III, 673. sed Homerus etiam de rogo Patroclo exstructo declarat Il. ψ, 139. — αἶψα δὲ οἱ μενοεικέα νήεον ὕλην.

Lib. VI, v. 194.

Λαοὶ δ' αὐτίκα ἴσαν ἐν ἔντεσι μαιμώωντες.

Conjecturam meam de hoc loco a duumviris egregiis, quorum consensus solus rem certissimam reddit, occupatam video. Nam hiatu remoto scribendum esse; Λαοὶ δ' αὐτίκα δῦσαν ἐν ἔντεσι, et Hermannus ad Orphic. p. 745., et Lobeckius in libello Academico observationes in Phrynichum continente specimine primo p. 11. judicarunt. Quorum posterior ad emendationem defendendam libr. V, 354. IX, 68. nominavit, quibus adde VI, 456. - - περὶ δ' ἔντεα δύσατο πάντα. Quo autem tono δῦσαν et hoc loco instruximus, et tum IX, 68. tum III, 63. - - - αἶψα δ' ἀνίαι Δῦσαν ὑπὸ κραδίην instructum reperitur, muniendum etiam erat I, 598. - - καὶ ἐς φρένα δῦσαν ἀνίαι, ubi contra verbi ejus mensuram δύσαν offertur.

Lib. VI, v. 533.

Ἤματι τῷ, ὅτ' ἄνακτες ἀολλίσσωσ' ἀνθρώπων.

Literam sibilam ingeminandam esse, cum verba in ζω exeuntia vocalem antegressam ubique corripiant, jam Rhodomannus recte perspexit; neque tamen ejus monitis editor recentissimus obtemperavit. Hanc verborum ejus generis prosodiam jam Draco de metr. poetar. p. 58. l. 14. observat, dum dicit: Κνίσσα τὸ κνι βραχύ. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ιζω ῥήματα τὸ ι βραχὺ ἔχει. Idem praecipit de verbis in αζω desinentibus Draco p. 20. l. 16. p. 108. l. 9—19. cl. Regul. Prosod. 94. apud Hermannum de emendand. rat. Graec. Gram. p. 441. (regula enim haec, ut plurimae aliae, eadem prorsus continet, quae Draco tradit). Singulorum autem horum comparatione instituta varia in iis emendatius dari poterunt, ita in primo statim Draconis loco: τὰ γὰρ διὰ τοῦ αζω βαρύτονα δισύλλαβα συστέλλει τὸ ᾰ ὑποσταλμένων τῶν Αἰολικῶν e duobus aliis ὑπεσταλμένων τῶν Αἰολ. corrigatur necesse est. Post haec Draco ita pergit: διὰ τὸ σπάζω, βάζω, φράζω καὶ πλάζω, ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήσσω. Regula vero habet: διὰ τὸ πτάζω καὶ πλάζω ἀντὶ τοῦ ἐπιτάσσω. Huic novissimo mendum inhaerere e Draconis verbis patebit. In utroque enim loco docetur, Aeolicam dialectum σσ in ζ mutare, eaque in mutatione longam vocalem, ubi talis verborum stirpi insit, in brevem transferre, ad normam aliorum verborum in ζω exeuntium, quibus brevis vocalis insit. Quae

cum ita sint, πλάζω ἀντὶ τοῦ ἐπιτάσσω legi nequit, sed, uti apud Draconem habemus, ἐπιπλήσσω reducendum erit; idemque testatur Gregor. Corinth. de dialect. Aeolic. p. 615., ubi confer, quae Koenius ad hunc locum annotavit. Quod autem ad alterum in sola prosodiae regula commemoratum πτάζω attinet, de eo varie poterit judicari. Primo enim obtutu putares, Grammaticum ad usum istum linguae Aeolicae proprium illustrandum exempla ab aliis etiam recepta allaturum fuisse, id quod etiam Draco illis στάζω, φράζω, βάζω, cui demum πλάζω adjicit, spectasse videtur, eamque ob causam πτάζω corruptum esse, et ad Draconis exemplum στάζω emendandum; eique opinioni faveat, quod, πτάζω unde veniat, incertus haereas, cum, qui alias idem laudaverit, nemo succurrat. Sed rem altius rimanti haec opinio non potest non displicere, propterea quod praecedunt verba: ὑπεσταλμένων τῶν Αἰολικῶν, ubi igitur exempla nonnisi ab Aeolibus depromta exspectare par est. Quare nunc quidem censuerim, primum πτάζω illorum lingua pro πτήσσω, apud Iones πτώσσω, dictum fuisse, velut alterum πλάζω pro πλήσσω in usu fuit. Nec Draconis auctoritas, ut ab hac sententia decedam, me impellit. Ille enim supra memoratis iterum adjicit haec: ἔστωσαν δὲ παραδείγματα τοῦ κανόνος ταῦτα, στάζω, σφάζω, μάζω; qua in re iterum ad verbum fere cum regula convenit, modo quod haec στάζω, φράζω, βάζω laudet. Unde autem repetitionem istam apud Draconem exortam putamus? nonne eo, quod olim in superioribus haud aliter quam in regula διὰ τὸ πτάζω καὶ πλάζω legeretur, cum vero a librario imperito πτάζω in φράζω immutatum esset, ab aliis plura huic similia adjicerentur, pro quibus, cum paucis interjectis eadem occurrerent, alia iterum, quatenus licuit, substituerentur? Μάζω autem vel in βάζω, vel, quod praetulerim, in χάζω abeat necesse est; hoc enim postulare videtur alter locus Draconis p. 108. l. 10. In sequentibus autem regulam quoque non ab omni depravatione puram nobis Grammatici tradiderunt: καὶ τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔχει πάλιν συνεσταλμένον τὸ α, χωρὶς εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τοῦ α τὸ ι, ubi cum Dracone p. 21. l. 23. 4. legi oportet: εἰ μὴ ἔχει πρὸ τοῦ α τὸ ι, cui scripturae et res ipsa et Draco p. 108. l. 15. sqq. apprime conveniunt. Attamen in loco modo adducto: τὸ γὰρ ματάζω

ἐκτεταμένον ἔχει τὸ ᾱ, ὅτι τὸ ῑ ἔχει προσγεγραμμένον, ὁμοίως καὶ τὸ πειράζω, vix dubito, quin πειράζω, vid. p. 59. l. 2. in fine auctori reddendum sit.

Lib. VI, v. 543. 4.

Εἰ μὴ ἄρ᾽ Ἀτρείδησι περιδδείσαντες ἵκοντο
Ἄντην Εὐρυπύλοιο. μάχη δ᾽ ἀρίδηλος ἐτύχθη.

In supremis adjectivum una litera majus, quam par erat, esse videtur. Homero jam familiare vocabulum ἀΐδηλος in eo latere crediderim, μάχη autem ἀΐδηλος, pugna perniciosa, Quinto alibi nominatur, idque totidem verbis libr. IX, 302. deinde II, 58. III, 720. V, 653. πῦρ ἀΐδηλον. IV, 77. VI, 605. κὴρ ἀΐδηλος. et X, 97. Καὶ τότε Μοῖρ᾽ ἀΐδηλος ἐπέτραπεν Ἀργείοισιν Εὐρυμένην.

Lib. VI, 635. 6.

Εἷλε βαλὼν κατὰ μαζὸν ἀριστερόν· ἀμφὶ δέ μιν νὺξ
Μάρψε κακὴ, καὶ θυμὸς ἀπέπτατο. — — —

Haec alius loci, qui parum recte vulgo editur, me commonefaciunt: ille est libr. XI, 59. - - ταχὺς δ᾽ ἅμα πέπτατο θυμός, ubi, cum pariter de interfecto, cujus caput pulveri immittitur, sermo sit, ἅμ᾽ ἀπέπτατο θυμὸς multo aptius erit. Qua in re Homerus iterum nostro facem praetulit, velut Od. κ, 163. κὰδ δ᾽ ἔπεσ᾽ ἐν κονίῃσι μακὼν, ἀπὸ δ᾽ ἔπτατο θυμός. Haud multum diversa ratione librarii Quinti libr. XII, 43. depravarunt: Τοῖς μὲν ἄρ᾽ αἰθαλόεντα θοῶς ἅμα πυρσὸν ἀείρας, ibi enim ἀνὰ πυρσὸν ἀείρας, quum ἅμα illud, quo referendum sit, plane destituatur, sanandum censeo. Quod ut probem, nullum gravius luculentiusve argumentum afferre possum, quam libr. XIII, 23. Δὴ τότ᾽ ἄρ᾽ αἰθαλόεντα Σίνων ἀνὰ πυρσὸν ἀείρας. Nam quae priore in libro proponuntur ab Ulixe, in posteriore Sinonis ope peraguntur, nihilque frequentius tmesi hoc in verbo admissa, cfr., ut vicina admoveam exempla, libr. XIII, v. 165. 446. III, 555.

Lib. VII, v. 58.

Ἴσχεο λευγαλέοιο πόνου καὶ πένθεος αἰνοῦ.

Nisi vera, certe admodum ingeniosa Rhodomanni conjectura appellanda est, qui pro πόνου γόου emendabat.

Verum tamen esse putaverim, cum πόνου hoc loco vix placere possit, Quintus autem alibi quoque γόος et πένθος conjungat, vid. V, 599. Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ κορέσαντο γόου καὶ πένθεος αἰνοῦ.

Lib. VII, v. 56. 57.

Ὣς φάθ᾽· ὁ δ᾽ ἀχνύμενός μιν ἀμείβετο· τοῦ δ᾽ ἀλεγεινὸν
Ἔζεεν εἰσέτι δάκρυ καὶ ἀγλαὰ δεῦε γένεια.

Quamquam poëtae recentiores et Quintus prae reliquis verbo ζέειν libenter usi sunt, ut III, 139. 40. - - ἔτι γὰρ οἱ ἀμαιμακέτοις ἐνὶ γυίοις Ἔζεεν αἷμα κελαινόν. 163. - - ἔτι γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶν ἔζεεν αἷμα. V. 323. 4. — πᾶν δέ οἱ εἴσω Ἔζεσε φοίνιον αἷμα· χολὴ δ᾽ ὑπερέβλυσεν αἰνή. V, 379. VI, 461. tamen de lacrymis ullo in loco praedicari haud memini, neque fletui ipsi satis bene concinat. Quam ob causam aliud magis accommodatum, quod ei substituerem, vocabulum circumspiciens verum reperisse mihi videor, ἐῤῥεεν, quod non modo persaepe de lacrymis effusis dicitur, verum etiam alteri δεύειν a poëta nostro aliquoties adjungitur. cfr. II, 623—5.

Ὣς φαμένης ῥέε δάκρυ κατ᾽ ἀμβροσίοιο προσώπου
Ἀενάῳ ποταμῷ ἐναλίγκιον. ἀμφὶ δὲ νεκρῷ
Δεύετο γαῖα μέλαινα· — — — —

XII, 507. 8.

Σπονδαὶ δ᾽ αἷμα γένοντο· θεῶν δ᾽ ἐξέῤῥεε δάκρυ,
Καὶ νηοὶ δεύοντο λύθρῳ· — — —

XIII, 86.

Πάντη δ᾽ αἷμα κελαινὸν ὑπέῤῥεε, δεύετο δὲ χθών.

XIV, 269. 70.

Αἰνὸν ὁμῶς στοναχῇσι κατὰ βλεφάρων ῥέε δάκρυ,
Καί οἱ κόλπος ἔνερθεν ἐπλήθετο· δεύετο δὲ χρώς.

XIV, 279.

Ἔῤῥεε φοίνιον αἷμα ποτὶ χθόνα· δεῦε δὲ σῆμα.

In quarto autem locorum allatorum στοναχῇσι pro vulgata στεναχῇσι non sine legitima causa adoptavi. Alterius vero verbi δεύω compositum apud Quintum IV, 213. συνδεύω offertur, quod apud Schneiderum desidero; nec minus II, 625. συνάχνυμαι. I, 296. συστοναχέω. I, 105.

συμμάω. Achill. Tat. lib. VI, c. 9. p. 530. συνεπείγω. Maneth. Apotel. V, 27. 43. συνεξολισθαίνω.

Lib. VII, v. 76. 77.

— — — τὰ δ' ἄλλυδις ἄλλα φέρονται
Πνοιῇ ὡς ἀνέμοιο. — — — —

Haec autem huc et illuc feruntur, sicut venti spiritu; ita quidem loci nostri scriptura vulgaris explicanda erit. Quae vero explicatio, si libere profiteri velis, sententiae ipsi parum congruit. Quintus enim dicit: fata hominum tum bona tum mala penes Deos esse, eaque in unum conjuncta, a nullo homine cerni, sed iis insciis a Parca ex Olympo demitti, haec autem veluti ventorum flamine agitata huc et illuc auferri. Exinde jam patebit, comparationem istam ab ipsa re abhorrere, saltem nominativus restituendus foret: πνοιὴ ὡς ἀνέμοιο, diffunduntur ista sicut venti flamen. Sed in eo ipso, quod nos male habeat, relictum esse, haud dissimulandum erit. Ut enim taceam, et hujus et vulgaris scripturae mensuram satis inusitatam esse, ipsa jam res reclamare videtur; venti enim flatus non in diversas coeli abit partes, sed ventus idem eandem coeli teneat regionem opus est. Itaque emendatione admodum leni metro pariter ac sententiae succurram: — — — τὰ δ' ἄλλυδις ἄλλα φέρονται Πνοιῇ ὁμῶς ἀνέμοιο, illa alia aliam in partem auferuntur ventorum cum flamine. Hac autem ratione celeritatem, qua res abripiuntur, veteres eleganter exprimere constat. Jam Homerus ἅμα vel μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο φέρεσθαι, πέτεσθαι et similia in ore habuit, vid. Od. α, 97. 8. ε, 46. β, 148. Quas quidem particulas, ὁμοῦ et ὁμῶς, Quintus saepe permutat, ut I, 697. Λάβρος ὁμῶς ἀνέμοισιν ἀποῤῥήξῃ Διὸς ὄμβρος. III, 60. - - ἄϊστος ὁμοῦ νεφέεσσιν ἐτύχθη. VIII, 380. 1. - - ὅτε χείματος ἦμαρ ἵκηται Λάβρον ὁμοῦ στεροπῇσι, καὶ ὕδατι, καὶ νεφέεσσιν.

Lib. VII, v. 290. 1.

Εἰ δέ μοι αἴσιμόν ἐστι δαμήμεναι, οὕνεκ' Ἀχαιῶν
Τεθναίην. — — — — —

In vocibus οὕνεκ' Ἀχαιῶν, cum non verbo, sed nomini particula necessario copulanda sit, a Graecae linguae

usu hoc loco librarius desciit. Melius veritatem Rhodomannus perspexit, dum corrigebat, εἵνεκ' Ἀχαιῶν, idque recipiendum erat. Nam ne unico quidem in loco ἕνεκα et οὕνεκα pro arbitrio permutata in toto Homerico volumine reperias. Contra illud propter, hoc autem propterea ubivis significat, ideoque alterum rebus et personis, alterum verbis, id quod necesse est, semper conjungitur; ob eamque rem idem mendum arcendum est e libr. I, 724. Ἀμαζόνος οὕνεκα λυγρῆς. Ut autem οὕνεκα e duabus vocibus οὗ ἕνεκα conflatum est, ita τοὔνεκα pro τοῦ ἕνεκα dici apparet. Itaque illi tum potissimum locus erit, cum ratio jam praecesserit; hinc jure suo Rhodomannus VII, 285. 6.

Οὕνεκεν οὔτι τέτυκται ὀϊζυρώτερον ἄλλο
Χήρης ἐν μεγάροισιν ἀκιδνότερόν τε γυναικός.

emendavit τοὔνεκεν, causa enim, ob quam mulier vidua omnium miserrima dicatur, antea pluribus explicata est. Idem forsitan libr. VII, 600—2. refingendum est, ubi nunc hiatu satis duro habemus haec:

Φοῖτα μακρὰ βοῶν περὶ τείχεϊ πολλὰ κελεύων
Ἐς μόθον Ἀργείοισιν ἀταρβέα· οὕνεκα πάντων
Πολλὸν ἔην ὄχ' ἄριστος. — — —

Denique in harum particularum terminatione hoc quoque discriminis Homero cum aliis poëtis intercedit, quod ille quidem ἕνεκα et ἕνεκεν scripsit, numquam autem οὕνεκεν vel τοὔνεκεν, recentiores vero utrumque non refugiunt.

Lib. VII, v. 580—3.

— — — καὶ ὁππόσα Τρῶας ἔρεξεν
Ἀμφὶ πόλιν Πριάμοιο φέρων, καὶ ὅσ' Ἀτρείδῃσι.
Τοῦ δ' ἰαίνετο θυμὸς ἐελδομένοιο καὶ αὐτοῦ
Πατρὸς ἀταρβήτοιο μένος καὶ κῦδος ἀρέσθαι.

Versus alterius principium persanatum Tychsenio debetur; in ejus fine Rhodomannus nihil expedire potuit. Cum enim olim, lacuna versum destruente, legeretur: Ἀμφὶ πόλιν τε φέρων, καὶ ὅσ' Ἀτρείδῃσι, in fine supplevit χολωθείς. Sed non commemorabo, hanc si probaveris emendationem, priorem versus partem vix explicari

posse; posterior adeo falsa referet. Scimus enim ex Homeri Iliade, Achillem, dum Agamemnoni succenseret, nihil prorsus egisse. Qua de causa Tychsenium in versus introitum additamentum rectius intulisse dubium esse non potest. At his bene restitutis etiamnunc vocabula postrema: καὶ ὅσ' Ἀτρείδῃσιν, laborant. Hoc sensit Lobeckius, vir sagacissimus, et in Programmate Observat. in Phrynich. Spec. primo p. 11. se medicinam desideratam invenisse putabat: φέρων κλέος Ἀτρείδῃσιν. Quam quidem conjecturam libenter tuitus essem, nisi vererer, ne locutio κλέος φέρειν τινὶ epicis vel inaudita, vel certe insolita sit. Hinc nescio, annon in loco tam desperato conjecturae vel audaciori aditus concedendus sit: φέρων χάριν Ἀτρείδῃσιν. Eam enim formulam epicis fere omnibus in deliciis esse jam superius attigimus; itaque recepta omnia aptissime cohaerere apparet. In versu, qui laudato subjicitur, Rhodomannus voluit: τοῦ δ' ἄρ' ἰαίνετο θυμός, et, quantumvis lib. XIII, 63. - - - νόος δ' ἰαίνετ' Ἀχαιῶν eadem mensura adsit, tamen in hunc quoque locum particulam istam, nisi numeris prorsus necessariam, certe valde accommodatam, inferendam dixerim, cfr. lib. XI, 161; 178.

Lib. VII, v. 425—7.

Ἤδη γὰρ πύργοισιν ἐφ' ἡμετέροισι μάχονται
Τρῶες ἐϋπτόλεμοι, τοὶ δὲ τάχα τείχεα μακρὰ
Ῥηξάμενοι πυρὶ νῆας ἐνιπρήσουσι μάλ' αἰνῶς.

Hic merum typothetae errorem praeter editoris voluntatem nobis propinatum esse in recensione Bipontina suspicor. Quomodo enim δὲ τάχα metro incolumi stare possit, haud assequor. Olim editum erat: ἐϋπτολέμοιο δὲ τάχα τείχεα μακρά, quam lectionem toto coelo a veritate distare nullius eget demonstrationis. Rhodomannus proprio Marte dabat: ἐϋπτόλεμοι, μὴ δὴ τάχα τείχεα μακρά, et in versu sequenti ἐνιπρήσωσι retinuit. Tychsenii autem sive correctio, sive codicum scriptura Homericae linguae indolem magis spirare videtur; sed δὴ τάχα potius, quam δὲ τάχα editorem hic scribere voluisse, et metri lex et alii loci tibi persuadeant, v. c. lib. VI, 504. - - - καὶ δὴ τάχα πάντες ὄλοντο Δυσμενέων παλάμῃσιν. Simili fonti similis error originem acceptam refert III, 440.

*Ἠδὲ περὶ κρονάφοισιν ἐπιστάμενος ἐς Ἄρηα
Εὖ θέσθαι πήληκα καὶ ἐν παλάμῃ δόρυ πῆλαι.*

Rhodomanni editio ibi recte *ἐπισταμένως* praefert, idque Quinto maxime ante vocalem familiare esse docent IV, 334. 399. XIII, 66.

Lib. VII, v. 483—5.

*Ἀλλά σφεας Ὀδυσεύς τε ἰδὲ σθεναρὸς Διομήδης
Ἰσόθεός τε Νεοπτόλεμος, δῖος τε Λεοντεὺς
Αἶψ' ἀπὸ τείχεος ὦσαν ἀπειρεσίοις βελέεσσιν.*

Hiatus, particulis *τε* et *ἰδὲ* effectus, in Homericis quidem carminibus facile ferendus esset, sed apud Quintum *Ὀδυσσεύς τ' ἠδὲ σθ. Δ.* mallem. In versu novissimo *ἂψ ἀπὸ τείχεος ὦσαν* in sedem vulgatae particulae *αἶψα* receperim. Sic enim, Homero duce, in ea conjunctione poëta noster loqui solet IV, 251. 2.

— — — — — *ἀλλά μιν οὔτι
Ἂψ ὦσαι δύνατο στιβαροῖς ποσὶν ἐμβεβαῶτα.*

VIII, 168. 9.

*Τὸν ῥα Διϊπετέων ποταμῶν μένος οὐδ' ἅμα πάντων
Ἂψ ὦσαι δύναται· ὃ γὰρ ἔμπεδον ἐρρίζωται.*

XIII, 175. 6.

— — — — *καὶ ὑπέσχετ' Ἀχαιοὺς
Ἰλίου ἂψ ὦσαι.* — — — —

In priori autem loco depravatum legitur *ἄψ ὦσαι*. Eadem particula forsitan assumenda est lib. III, 218. 9.

— — — *πάντας δ' ἀπὸ δούρατι μακρῷ
Ὦθει ἀπὸ νέκυος.* — — — —

Potest tamen hic praepositionis hujus pleonasmus aliis locis quodammodo defendi; ita lib. XII, 136. 7. - - *οἱ δ' ἄρ' ἀπ' ὄζους Λείαινον πελέκεσσιν, ἔτ' ἀπρίστων ἀπὸ φιτρῶν.* Apoll. Rhod. Arg. III, 1017. 18.

*Τοῖος ἀπὸ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
Στράπτεν Ἔρως ἡδεῖαν ἀπὸ φλόγα —.*

Lib. VII, v. 498.

Αὐτίκα δ' ὀκρυόεσσαν ἑλὼν καὶ ἀτειρέα πέτρην.

Arripiens statim gelidum et asperum saxum. Nomina rupi addita haud bene sibi invicem respondent; conjecerim igitur ὀκριόεσσαν. Quo probato, nostro cum Homero conveniet Il. θ, 518. Χερμαδίῳ γὰρ βλῆτο παρὰ σφυρὸν ὀκριόεντι. Tam tenuis autem illorum adjectivorum fuit differentia, ut a librariis saepissime confunderentur; ita rursus deprehenditur XII, 135. 6. Οἱ μὲν γὰρ τέμνεσκον ὑπ' ὀκρυόεντι σιδήρῳ Δούρατα, ubi, cum olim ὑποκριθέντι scriberetur, jam Adrianus Heringa Observat. crit. cap. II, p. 15. labem inustam delevit, et ὀκριόεντι suasit. Quod alteri ὀκρυόεντι anteponendum esse, monstrat VI, 553. Τὸν δ' ἄρα Μηριόνης νύξ' ἔγχεϊ ὀκριόεντι, quod tamen iterum incertum reddi videtur I, 258. 9. Δηριάνην δ' ἐδάμασσεν Ὀϊλέος ὄβριμος υἱὸς Ἔγχεϊ ὀκρυόεντι. Homerus in his semper ἔγχεϊ ὀξυόεντι, cfr. Hermannum in Orphic. p. 741., idemque in his locis omnium aptissimum videri possit. De permutatione autem harum vocum jam Heringa l. l. et Brunckius ad Aeschyli Prometh. 281. Sept. contr. Theb. 502. egerunt.

Lib. VII, v. 640.

Ὣς ὁ Νεοπτολέμοιο κάρη καὶ στήθεα κῦσεν.

Metri in gratiam κύσσεν legendum est, cfr. Brunck. ad Apollon. Rhod. Argon. I, 1238. ac, ne quis putet, nostrum diversam ejus vocabuli mensuram sectatum esse, cfr. IX, 47. Τύμβον ἐς εὐρώεντα· κύσεν δ' ὅγε δάκρυα χεύων et alibi.

Lib. VIII, v. 3. 4.

Δὴ τότε που Τρῶες καὶ Ἀχαιῶν ὄβριμοι υἷες
Θωρήσσονθ' ἑκάτερθεν ἐπειγόμενοι περὶ δῆριν.

Iterum praepositionum confusio hoc loco me turbat. Troes enim et Achivi, certamen nondum ingressi, circa aciem festinare non potuerunt, sed potius ad pugnam ipsis pergendum fuit. Itaque, quod hisce verbis, quae impetu in rem quandam ferri significant, de more conjungitur, revocandum judico: ἐπειγόμενοι ποτὶ δῆριν, ad certamen festinantes. Ita nostrum ipsum vocabulum I, 614. ἐπειγόμενος ποτὶ δόρπον. XI, 187. Γνάμψαι ἐπειγόμενος ποτὶ φύλοπιν, aliaque, quorum significatio congrua

est, vide I, 451. sqq. V, 32. VIII, 225. 6. 244. 5. XI, 6. Habere quidem possunt eadem vocabula alteram particulam περὶ in confinio positam, sed tum singularis etiam hujus vis adsit necesse est. V, 383. 4. — ἐπειγομένου ἐνὶ θυμῷ Εὐτραφέος σιάλοιο περὶ τρίχας, ὥς κεν ἀμέρσῃ. et aliud XIV, 102. Καῖον ὁμῶς σχίζῃσι, καὶ ἐσσύμεναι περὶ βωμοῖς.

Lib. VIII, v. 360—2.

— — — — Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἱέμενοι πολέμοιο
Χαζομένοισιν ἕποντο κατ' ἴχνιον, ἠΰτ' ἀῆται,
Νήεσσιν ἐσσυμένῃς ἅμα λαίφεσιν εἰς ἁλὸς οἶδμα.

Saepissime Quintus noster vocabulum σύομαι et ipsum et ejus composita carmini intexuit. Quorum unum ὑπερσύομαι, obvium II, 183. Τῆμος δ' ἠλιβάτων ὀρέων ὑπερέσσυται ἄκρης Λαμπρὸς ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν ἑωσφόρος, Lexicographorum sedulitatem elusisse videtur, idemque de duobus similiter conjunctis Manethonis praedicari potest, Apotelesm. IV, 131. ὑπεροςμαίνω, II, 26. ὑπερχθόνιος. Utrum autem verbum illud Posthomericor. libr. VI, 443. 4.

Ἔσσυσθ' Ἀργεῖοι μηδ' εἴκετε δυσμενέεσσιν
Ἐσσυμένοις. — — — — —

salvum sit necne, quaeri potest. Quamquam enim unius et ejusdem verbi repetitio in duobus versibus sese excipientibus me non adeo offendit, ut ideo locum suspectum putem, tamen alia sunt, quae in eam opinionem me adducant. Manifestam enim in hisce Homeri imitationem deprehendere mihi videor. Iliad. δ, 509. 10.

Ὄρνυσθ', ἱππόδαμοι Τρῶες, μηδ' εἴκετε χάρμης
Ἀργείοις — — — — —

quae aliquoties iterantur. Haec cum ita, ut dixi, sese habeant, librarium, qui Posthomerica transscripsit, a linea aberrasse, quaeque inferius legebantur, priorem etiam in versum intulisse crediderim. Primae autem rationi non tantum tribuam, quantum Brunckius, qui ea sola permotus in Apoll. Rhod. Argon. I, v. 235., vid. ejus observationes ad hunc locum, sollicitavit. Parum enim memor fuit poëtarum consuetudinis. Quorum vel princeps Homerus Odyss. μ, 415. 16. ita cecinit:

Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν.
Ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ.

Apollon. Rhod. Argonaut. I, 375. 6.

- - - ἐν δ' ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας.
Τὴν δὲ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξιν.

Id. IV, 1245. 6.

— — — ἄχος δ' ἕλεν εἰσορόωντας
Ἠέρα, καὶ μεγάλης νῶτα χθονὸς, ἠέρι δ' ἶσα

Quint. VIII, 70 — 72.

Αἵ τε μέγα κτυπέουσι δι' ἠέρος, ὁππότ' ἄηται
Λάβροι ἐριδμαίνωσι, καὶ ὁππότε λάβρον ἀέντες
Σὺν νέφεα ῥήξωσι Διὸς μέγα χωομένοιο.

Id. XIII, 30. 1.

Αὐτὸς δ' ἄγχ' ἵπποιο Σίνων κίεν· ἦκα δ' ἄϋσεν,
Ἦκα μάλ', ὥς μή που τις ἐνὶ Τρώεσσι πύθηται.

Lib. VIII, v. 377.

Οἱ δ' ἄρα ἦσι πύλῃσιν ἐπειρύσσαντες ὀχῆας.

Blanditur hoc in loco conjectura Rhodomanni: οἱ δ' ἄφαρ ἦσι πύλῃσιν. Nam et hiatus apud Quintum minime suavis abigitur, et particulam, quae poëtae in deliciis erat, restitutam habemus, vide v. c. I, 701. II, 278. 411. 510, III, 289. VI, 429. VIII, 95. X, 371. Τῆς δ' ἄφαρ, ὡς ἐσάκουσε, τρόμῳ περιπάλλετο θυμός, et alibi.

Lib. VIII, v. 458 — 60.

Τοῖσιν μὲν τεράεσσι πιθώμεθα· τῷ γὰρ ἔοικεν
Πάντας ἐπιπείθεσθαι, ἐπεὶ μάλα φέρτατός ἐστιν
Ἰφθίμων τε θεῶν, ὀλιγοσθενέων τ' ἀνθρώπων.

Alter versus olim sic editus est: πάντας ἐπιπίθεσθαι, quod numerorum legem magis etiam violat. Rhodomannus voluit haud ita male: πάγχυ παραιπεπίθεσθαι. Quam Tychsenius inivit viam, illa pariter a vero abducere videtur, vix enim poëta longam mensuram alteri vocabuli ἐπιπείθειν syllabae addere potuit. Facillimam puto correctionem esse, ubi scripseris: πάντ' ἐπιπείθεσθαι, ἐπειὴ μάλα φέρτατός ἐστιν, eaque transferenda erant: omnibus

in rebus ei obtemperare convenit. Eadem prorsus mensura poëta noster lib. X, 510—12. usus est:

Εἵνεκα Τυνδαρίδος πολυκηδέος, ἢ παριαύων
Τέρπεο καγχαλόων, ἐπειὴ πολὺ φερτέρη ἐστὶν
Τῆς σεο κουριδίης. — — —, —

Neque hoc unico loco particula ista in nostro carmine anapaestum refert, verum multo saepius, cfr. lib. I, 681. II, 34. III, 477. 481. 726. V, 469. 542. XIV, 429.

Lib. IX, v. 159. 60.

— — — *ὀλοὴ γὰρ ἀλίγκιος αἰὲν ἀέλλῃ*
Θαρσαλέως δηΐοισιν ἐπέρχετο. — —

Inauditam fere poëtis formam, quam hic legimus, ἐπέρχετο dixerim. Genuinum autem, quod sine negotio depellere poterat, inventu facile est; fuit enim: ἐπῴχετο. Nolo autem nunc urgere verbi hujus insolentiam: ne ad imaginem quidem a ventorum turbine petitam satis quadrat. Quare vitium illud ortum minime miror; id autem tamdiu patienter toleratum esse, eo minus capio, quo crebrius alii poëtae loci de meliore nos admonent. Ita II, 344.

— — *μάλα γάρ σφιν ἐπῴχετο λοίγιος ἀνήρ.*

VI, 368. 9.

Εὐρύπυλος δ' ἐν τοῖσι, μελαίνῃ λαίλαπι ἶσος,
Λαὸν ἐπῴχετο πάντα καὶ Ἀργείους ἐνάριζεν.

Ib. 501.

Ὅσσους Εὐρύπυλος μὲν ἐπῴχετο πήματα κυλίνδων.

Ib. 597.

Δεξάμενος δ' ὄγε, λαὸν ἐπῴχετο, κάρτεϊ θύων.

VIII, 128.

Εὐρύπυλος δ' ἑτέρωθεν ἐπῴχετο — — —

Ne quis autem in duplici ista junctura scrupulum quaerat, eam jam Homerico usu sancitam esse comprobem. Etenim ille Od. α, 143.

Κῆρυξ δ' αὐτοῖσιν θάμ' ἐπῴχετο οἰνοχοεύων.

et idem Il. α, 31. Ἱστὸν ἐποιχομένην. Tenendum tamen est, ubi significet rem obire, tractare, perpetuo scribi ἐποίχεσθαί τι. Hinc Quint. Posthomer. XII, 342. 3.

— — — ἐπεὶ πολὺ λώϊον ἄνδρες
Ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτας.

Ἔργον ἐποίχονται multo praestantius erit. Neque aliter Homerus Il. ζ, 491. 2. - - - καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε Ἔργον ἐποίχεσθαι. Od. α, 358. ρ, 227. Deinde in fine versus allati refingendum erit, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτες, multo alacrius milites negotium aggredi solent, cum reges eos intueantur, poëta dicit. — Si quis autem ἐπέρχετο tueri vellet, ei certe ἐπήρχετο exarandum foret; nam augmentum verborum Quintum, cum versus necessitas exigeret, tantum praecidisse magnam habet veri speciem. Quamquam ea in re omnes lites componere, omniaque impedimenta removere longe difficillimum sit. Nam quam inconstantiam in augmento, verborum formis in εσκον terminatis nunc addito nunc detracto, supra ad Quint. lib. II, v. 5. memoravimus, eandem in aliis quoque vocabulis haud raro obvenire animadvertimus. Major hic est dubitatio in iis, quorum litera princeps vocalis sit, quam in verbis a consona incipientibus. Prioris enim generis aliquot adsunt, quae et apud Homerum augmentum vel numquam habent, vel modo in paucis locis, et in ipsis Atticorum libris normam haud satis certam sequuntur; alia contra incrementum hoc plerumque praefigunt. Ita εὔχομαι, nisi egregie fallor, apud Homerum nullum augmenti vestigium ministrat, et Quintus etiam plerumque eodem modo scribit, vid. I, 643. 769. VI, 384. XI, 269. XII, 152. ac saepius. At VI, 185. Ἑξείης ηὔχοντο μιγήμεναι Ἀργείοισιν, verum VII, 366. XI, 180. iterum εὔχοντο. Hoc quidem in verbo augmentum abjicere satius duxerim, cum huic uni ejus exemplo alia omnia adversentur. Magis dubia res redditur in vocabulo ἔλπεσθαι, hujus enim imperfectum jam in Homerica dialecto fluctuasse videtur, testimonia allata vid. in libr. de versu Graecor. Heroic. p. 122. Quintus II, 312. θρασὺς δέ μοι ἔλπετο θυμός, et idem 360. X, 369. at IX, 250. - - - σὺ δ' ἤλπεο πολλὸν ἄριστος Ἔμμεναι, quo quidem loco inductus idem aliis etiam restituere possis in versibus. Cum enim Ho-

merus plerumque ἐέλπετο dicat, longior vocalis huic quidem magis conveniat, quamquam breviorem formam posuit Iliad. ρ, 404. 406. et alibi. In verbis, quae ρ a fronte collocant, in Posthomericis, dum ὥρμαινον, ὥρμησε, ὡρμήθην, quaeque ejus sunt generis, constanter longam sibi vindicant vocalem, ὄρνυμι multam iterum inconstantiam ostendere clarum est. Apponam ejus locos singulos, quibus inspectis patebit, merum librariorum arbitrium hanc varietatem peperisse. Igitur IV, 237.

Ποσσὶν ὑπ' ἀμφοτέρων κόνις ὤρνυτο· τοὶ δ' ἑκάτερθεν.

Ib. IV, 285.

Ὦρνυτ', ἐπεί οἱ θυμὸς ἴδρις πέλε παντὸς ἀέθλου.

XI, 284.

Δὴ τότ' ἐπ' Ἀργείοισιν ὑπέρτερον ὤρνυτο κάρτος.

XIV, 488.

Οἱ δὲ θοῶς ὤρνυντο, πάρος βασιλῆος ἀκοῦσαι.

His obloquuntur II, 48.

Ἡμετέροις· δεινὸν γὰρ ἐπὶ σθένος ὄρνυτ' Ἀχαιῶν.

V, 168.

Οὐρανόθεν· Ζηνὸς γὰρ ἀάσπετον ὄρνυτο κάρτος.

VII, 254.

Καρπαλίμως ὄρνυντο· νόησε δὲ Δηϊδάμεια.

His inter sese collatis, nullum plane dubium esse potest, quin ubique ὤρνυτο et ὤρνυντο rescribendum sit. Quamquam in Apollonii Rhodii Argonautic. II, 897. idem relictum est, cum neque poëtae ipsius auctoritas, neque codicum consensus lectionem istam satis comprobet. Pari suspicione Quint. IV, 511. Οὔατα δ' ὀρθώσαντο — premitur, cum ab Homerica ratione hoc dissentiat, vid. Il. η, 272. ψ, 695. Haec quidem de varietate ista, ubi ab ε aut ο verbi stirps incipiat, annotanda habui; quae α in initio collocant, ea in plurimis sine ulla inconstantia η adjunxerunt, pauca tantummodo aut communem regulam deserunt, aut librariorum culpa deseruisse videntur, ut VII, 233. ἀσπάζοντ' ἐπέεσσιν, cui non favet Homer. Il. κ, 542. Δεξιῇ ἠσπάζοντ', ἐπέεσσί τε μειλιχίοισιν. Pariter mirationem excitet Quint. III, 100. Ἀντιθέῳ Πηλῆϊ

συνάρσαμεν. et maxime I, 67. Ὀψὲ δ' ὑπαχλύνθη μέγας οὐρανός. cum I, 598. XI, 248. ἤχλυσε. XIV, 462. ἐπήχλυσεν. II, 550. VIII, 446. ἠχλύνθη leguntur. Quare prius etiam augmento confirmare consentaneum erit. Magnam autem providentiam in his formis adhibendam esse, si quid certi et explorati de iis statuere velis, jam admonuit Wolfius V. S. in praefatione Nov. Homeric. Carmin. Edit. p. LXVII. Quare iis, quae disputabam, rem istam non tam dirimere, quam alios, quibus codices Quinti praesentes evolvere licuit, ut minutarum etiam rerum curam habeant, excitare volui. Accurata enim librorum manuscriptorum collatione quaestionem istam discerni posse speraverim. Multo minus dubitandum videtur de eorum verborum augmento, quae, consona in principio adjuncta, a praepositionibus bisyllabis composita sunt. In his enim ipsum Aristarchum, qui in aliis incrementum istud e more Ionico saepe praecidisse dicitur, apud Homerum retinuisse constat, et paucis exemplis contrariis longe plura, quae assentiuntur, apud Quintum obsunt. Referam singula: lib. VI, 114. ἀποσκοπίαζον. VIII, 487. ἀποφαιδρύναντο. Sunt autem haec ἅπαξ λεγόμενα apud Quintum. Nam quamquam praeter hunc locum V, 616. ἀποφαιδρύναντες legatur, tamen ex hoc nihil colligere licet. Alterius autem simplex invenitur II, 5. IX, 138. ἐσκοπίαζον. Quare, cur in composito augmentum omissum sit, vix dicas. Neque tamen augmentum addendum, sed potius particulam separandam censeo, ita quidem: Τοὺς δ' ἄλλοι μὲν Ἀχαιοὶ ἀπὸ σκοπίαζον ἰόντας. Hos abeuntes Achaei alii intuiti sunt. Alia sibi ipsa repugnant, ut V, 14.

Τηθὺς δ' ἀμφετέτυκτο, καὶ Ὠκεανοῦ βαθὺ χεῦμα.

cl. ejusd. libr. v. 103.

Ζεὺς δέ οἱ ἀμφετέτυκτο. — — — —

Cujus simplex etiam ἐτέτυκτο habere solet, ut XI, 380. Porro libr. XIII, 522. - - - - ἀναμνήσαντο δ' ἀγαυῆς Αἴθρης. XIV, 174. Σφωϊτέρου κατὰ θυμὸν ἀνεμνήσαντο γάμοιο. Lib. VI, 105. Ὑγραὶ δ' ἀμφ' ἐλάτῃσι διαπρήσσοντο κέλευθα. ac X, 453. Καὶ κρημνοὶ, πᾶσαι δὲ διεπρήσσοντο χάραδραι. adde XIV, 404. Huic similis controversia XI, 450. Ἐμμεμαὼς πολέμοιο, θοοῖς ἐπιβήσατο ποσσίν. et I, 686. Ἰδαίων ὀρέων ἐπεβήσετο· τοῦ δ' ὑπὸ ποσσίν. Quibus

congruit VIII, 391. Θαρσαλέους ἥρωας· Ἔρις δ᾽ ἐπετέρπετο θυμῷ. idemque observatur II, 486. IV, 141. VIII, 289. XIV, 463. sed ecce! IX. 324. Ἀλλήλους ὀλέκοντες· Ἔρις δ᾽ ἐπιτέρπετο θυμῷ. Denique IV, 135. Χερσὶν ὑπ᾽ ἀθανάτῃσι θεαὶ παρενήνεον Ὧραι. X, 462. Ἦην θεσπεσίην παρενήνεον, et III, 685. ἐπενήνεον. contra IX, 114. Ἔντε᾽ ἀποκταμένων παρανήεε, ubi παρενήνεε, etiam Apollonii Rhod. Argonaut. I, 1123. auctoritate defensum, Quinto reddendum erit.

Lib. IX, v. 300—2.

— — — — οὐδ᾽ Ἐννοσίχθων
Ὄβριμος ἠγνοίησε· μένος δ᾽ ἐπέπνευσεν Ἀχαιοῖς
Ἤδη τειρομένοισιν. — — — —

Praeter hunc locum duo modo alii VII, 460. - - τειρομένοισιν ἐπιπνεύσῃ λιγὺς οὖρος. et XIV, 342—4.

— — — — κατέρυξε δὲ κῦμα
Ὄβριμος Ἐννοσίγαιος· ἐπιπνείουσι δ᾽ ἀῆται
Μείλιχοι. — — — — —

verbum hic obvium suppeditant; quorum quisque de vero ventorum flamine agit. Neque apud Quintum solum, verum apud omnes alios carminis heroici scriptores, si recte observaverim, eadem, neque ulla alia, ejusdem obtinet significatio. Defungar exemplis paucis. Hom. Il. ε, 697. 8.

Αὖτις δ᾽ ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο
Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.

Od. ε, 356. 7.

— — ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν, ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.

Idem confirmatur Apollonii Rhodii usu, qui unico in versu verbum in rem haud dissimilem transtulit. Arg. III, 936. 7.

— — — — οὐδέ σε Κύπρις
Οὔτ᾽ ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνείουσιν Ἔρωτες.

Hinc versui Quinti supra allato verbum magis idoneum quaerendum esse intelligitur, idque in promtu est. Cum

enim poëta dicat, Neptunum Achivis, quorum vires jam exhaustae erant, animum addidisse sive injecisse, levissima mutatione genuinam vocem: ἐνέπνευσεν, revocare licebit. Hoc autem nulla re magis, quam Quinti ipsius auctoritate, firmatur. Vid. XIV, 564.

Ἀνδρὶ περιστήσαντο· μένος δ' ἐνέπνευσεν ἀνάγκη.

VIII, 326. 7.

— — — — Ἄρης δέ οἱ ἀντεβόησεν
Σμερδαλέον, Τρώεσσι δ' ἐνέπνευσεν μέγα θάρσος.

XII, 60. 1.

— — — Τρωσὶν γὰρ ἐνέπνευσεν μέγ' ἀνάγκη
Θάρσος. — — — — —

Ib. 373.

— — — Ἥρη γὰρ ἐνέπνευσεν μέγα θάρσος.

Haec quidem apud Quintum obvia sunt, plura adeo, quae nostrae sententiae patrocinantur, Homerus aliique subministrant. Ille quidem Il. κ, 482.

Ὣς φάτο· τῷ δ' ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.

quocum compone: υ, 60. 262. ρ, 456. alia. Porro Apollon. Rhod. Argon. II, 613.

Ἥ οἱ ἐνέπνευσεν θεῖον μένος. — —

Lib. IX, v. 346—49.

— — — — — οὐδ' ἐλέησαν
Κουριδίους περ ἐόντας· ἐπεὶ ῥ' ἀπαναίνεται ἦτορ
Ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ὅτε ζηλήμονι νούσῳ
Ἀμφιπέσῃ· κρατεραὶ γὰρ ἐποτρύνουσιν ἀνίαι.

Sermo est in his versibus de feminis Lemniacis, quae ob maritorum in Thressas captivas amorem ira et aemulatione incitatae totum sexum virilem funditus sustulerant. Cui narrationi, pluribus expositae, sententiae loco subnectuntur haec: ἐπεὶ ῥ' ἀπαναίνεται ἦτορ et quae sequuntur: cum viri et feminae animus valde recuset, aemulationis morbo illato. Quomodo autem haec et per se justa explicatione enucleari possint, et cum superioribus apto vinculo conjungenda sint, dicere non habeo. Proinde haec a prima manu ita scripta fuisse divinabar:

— — — — ἐπεὶ μάλα μαίνεται ἦτορ
Ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ὅτε ζηλήμονι νούσῳ Ἀμφιπέσῃ.

cum viri feminaeque animus furore accendatur, ubi aemulationis morbus sese insinuaverit. Quam emendationem si probaverimus, omnia leni procedere flumine manifestum est. Neque conjunctio ista Quinto inusitata dicatur. Lib. II, 234.

— — — ὁ γὰρ μέγα μαίνετο θυμῷ.

Ib. 408.

Ὃς δὲ, καὶ οὐτάμενός περ, ἀταρβέϊ μαίνετο θυμῷ.

VII, 588.

— — — καὶ ἦν μέγα μαίνετ' ἀήτης.

XIII, 375, 6.

Μαίνετο γάρ οἱ θυμὸς ὑπὸ κραδίῃ μέγ' ἀέξων
Ζηλήμων. — — — — —

Quae cum ita sint, emendationem propositam admodum speciosam, nec tamen veram dixerim. Quominus enim unice probandam putem, hoc me impedit, quod Quintus totum locum ex Apollonii Rhodii Argonautic. lib. I, 609 sqq. transtulit, et vestigiis ab Apollonio signatis institit. Ibi autem inter alia haec leguntur:

Ἔνθ' ἄμυδις πᾶς δῆμος ὑπερβασίῃσι γυναικῶν
Νηλειῶς δέδμητο παροιχομένῳ λυκάβαντι.
Δὴ γὰρ κουριδίας μὲν ἀπηνήναντο γυναῖκας
Ἀνέρες ἐχθήραντες, ἔχον δ' ἐπὶ ληϊάδεσσιν
Τρηχὺν ἔρον. — — — —

Hinc autem elucere videtur, vocabulum istud, utpote ab Apollonio acceptum, non prorsus abrogandum esse; attamen, quemadmodum nunc scribitur, singula explicari haud possunt. Quare ad Apollonii exemplar corrigendum censeam: ἐπεί ῥ' ἀπαναίνεται ἦτορ Ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας, et quae sequuntur: cum animus maritos et uxores respuat, ubi aemulatio eum invaserit.

Lib. IX, v. 408. 9.

Ἕλκεος ἀμφ' ὀλοοῖο καὶ ἀργαλέων ὀδυνάων
Ἧρουν· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἑὰς διεπέφραδ' ἀνίας.

Iam Rhodomannus formam ionicam et poëticam εἴροντ᾽· αὐτὰρ magis idoneam judicavit, eamque Quintus alibi non repudiat. cf. lib. XII, 362. 3.

— — — — ἀμφὶ δὲ μύθοις
Μειλιχίοις εἴροντο πάρος· — — —

X, 155—57.

— — — τὸν δ᾽ ἄστεος ἄγχι γυναῖκες
Ἀγρόμεναι, τεκέων σφετέρων ὕπερ, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
Εἴρονθ᾽. ὃς δ᾽ ἄρα τῇσι μόρον κατέλεξεν ἁπάντων.

Quo in loco poëtae nostro obversatus est Homericus locus Il. ζ, 237. sqq., ubi Hectori, urbem ingressuro, Trojanae mulieres obviam veniunt, de cognatorum sorte sciscitaturae. Uterque autem te doceat, etiam in Quint. libr. VI, 148. 9.

Καί μιν ἀδελφειῶν πηῶν θ᾽ ὕπερ, ἠδὲ τοκήων
Ἤρετο προφρονέως· ὁ δέ οἱ μάλα πάντ᾽ ἀγόρευεν.

formam poëticam magis vulgari in posterum anteponendam esse.

Lib. X, v. 32.

Ἤν πως ἐνθάδε πουλὺν ἔτι χρόνον ἀμφιμάχωνται.

Particulas ἐπὶ et ἔτι scribarum inertia saepe confusas esse scimus, vid. Brunck. ad Apoll. Rhod. Argon. I, 18. II, 479. idemque nostro in loco factum esse suspicor. Praepositionem enim restituere consentaneum erit: πουλὺν ἐπὶ χρόνον ἀμφιμάχεσθαι, in longum tempus pugnare, nostrum: auf eine lange Zeit. Huc accedit, quod plurimi Quinti loci eam scripturam reposcunt. Sic II, 526.

Πολλὸν ἐρειδομένοισιν ἐπὶ χρόνον.

VII, 457. 8.

— — οὕς τ᾽ ἀνέμαιο καταιγίδες ἀντιόωσαι
Εἴργουσιν μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον. — —

IX, 281. 2.

Αἰδῶ γάρ, μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἔνθα μένοντας
Ἔμμεναι ἀπρήκτους. — — — —

X, 22. 3.

— — — — ἅπερ πολέεσσι καὶ ἄλλοις
Πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἔσσετ' ἀγειρομένοισιν ἰδωδή.

XII, 14.

— — μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἀγχόθι μίμνε
Χηραμοῦ — — — —

Ib. 59. 60.

Ἀλλ' ἄγε μηκέτι πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἀμφὶ πόληα
Μίμνωμεν. — — — —

Qua quidem in re iterum sermo Homericus recentioribus viam monstravit. Ita Il. β, 299.

Τλῆτε φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον. — —

Od. α, 407.

Ἠ.δ' ἔθει οὐ μάλα πολλὸν ἐπὶ χρόνον.

et saepius. Alibi etiam apud poëtas eadem confusio tollenda sit. Ita Apoll. Rhod. Arg. IV, 1518.

Κάμμορε, τίπτ' ἔτι τόσσον ἀμηχανίῃ βεβόλησαι;

e consueta Graecorum scriptorum oratione ἐπὶ τόσσον refinxerim. Infelix, cur tanta calamitate perculsus es?

Lib. X, v. 87.

Τυμνὸν τε καὶ Ἰμβράσιον, Χέδιόν τε, Φλέγην τε.

Nomen Χέδιος parum Graecum puto, unde enim originem trahat, nondum reperire potui. Itaque, quo recepto versus moduli pariter majus robur nanciscentur, Homerico de more Σχέδιον emendaverim. cfr. Il. β, 517.

Αὐτὰρ Φωκήων Σχέδιος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον.

Ib. ο, 15.

Ἔνθ' Ἕκτωρ μὲν ἕλε Σχέδιον, Περιμήδεος υἱόν.

cl. ρ, 306. De controversia, quae his duobus Homeri locis aut vere inest, aut inesse videtur, monuit Spohnius meus in libello de agro Trojan. p. 24. Quinti versum excipiunt hi:

Μνήσαιόν τ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ Εὔνομον, Ἀμφίνομόν τε
Καὶ Φάσιν, ἠδὲ Γανηὸν, — — — —

ubi Rhodomannus pari causa, quae nos ad mutationem propositam commovit, impulsus, non ita male: *Γαληνὸν* conjecit.

Lib. X, v. 247—250.

— — — — νεκροὶ δ' ἐπέκειντο νέκυσσιν
Πανσυδίῃ, ψεκάδεσσιν ἐοικότες, ἠὲ χαλάζῃ,
Ἢ χιόνος νιφάδεσσιν, ὅτ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλην
Ζηνὸς ὑπ' ἐννεσίῃ Ζέφυρος καὶ χεῖμα παλύνει.

Comparationem satis elegantem Quintus Homero Il. *κ*, 5—8. debet; in fine autem *Ζηνὸς ὑπ' ἐννεσίῃς*, numero plurali, constans tum Quinti ipsius, tum aliorum poëtarum usus reponi jubet. Quamquam enim alio in versu idem error irrepsit, nimirum libr. XII, 379. 80.

— — — — ἀμφὶ δὲ νόστου
Ἐννεσίῃ Ὀδυσῆος ἐμοὶ μενέαινον ὄλεθρον.

tamen hic quoque locus tantum abest, ut illi priori excusationi esse possit, ut ipse eidem suspicioni obnoxius sit. Nam pluralem *ἐννεσίῃς Ὀδυσῆος* praeter poëtarum morem jam numeri desiderium ibi flagitat. Quintum vero ab hoc usu numquam recessisse, multa, quae in contrarium proferri possunt, fidem faciunt, ut I, 125. *Παλλάδος ἐννεσίῃσι*. add. II, 508. 656. III, 475. V, 195. 383. VIII, 432. XII, 4.

Lib. X, v. 276.

Τείρετο δὲ στυγερῇ βεβλημένος ἦτορ ἀνίῃ.

Homerus Il. *ι*, 9. Ἀτρείδης δ' ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος ἦτορ, in quo cum alii pariter *βεβλημένος* scriberent, Grammatici diligentiores hoc discriminis inter utramque vocem statuerunt, quod *βεβλημένος* ad corporis, *βεβολημένος* ad animi dolorem solum referendum dicerent. Qua de re vide, quae attulit Heynius ad h. l. Homer. Iliad. Vol. V, p. 525., etiam Wolfius V. S. in praefatione Nov. Edit. Carmin. Homeric. p. XLIII. paucis de his admonuit. Itaque nostro quoque loco *βεβολημένος*, quod insuper Quinto familiarissimum esse solet, reddendum existimo. Quamvis enim objici possit, poëtam agere de dolore e vulnere excitato, tamen non ipsum cor Paridis, cf. v. 240., sagitta Philoctetis immissa perfossum erat,

atqui aliam mensuram sequitur ibidem 595.

Παῖδα κασιγνήτης κρατερόφρονα κωκύουσαι.

cui congruunt lib. VII, 287. X, 509. 459. XII, 498. Futurum autem poëtam nostrum prima in syllaba de more producere demonstrat lib. III, 628.

Κωκύσω φίλον υἷα. — — — —

qua de causa hic quoque: Κώκυσ'· ἀλλ' ἐκάνευθεν — vel: Κώκυεν scribi oportet. Ejusdem vero normae mentionem injicit Draco p. 78. l. 2. p. 91. l. 12. p. 66. l. 14. Μηνύρομαι τὸ νῦ ἐκτείνεται, καὶ μηρύομαι ὁμοίως. ubi primum vocabulum de mendo suspectum est; litera canina extincta μηνίομαι rectius sese habebit; etenim de eo praeter Draconem regula prosodiae supra laudata meminit. Hisce autem verbis, quorum ῡ mensura gaudet ancipiti, ἀλύω annumeratur. Quod, etsi syllabam penultimam multo saepius longam sistat, eandem nonnunquam corripit, cfr. Il. ε, 352. ω, 12. Od. σ, 333. Hinc, ubi totum locum minus accurate inspexeris, te fallant Draconis verba p. 22. l. 25. Ἀλύω τὸ ῦ ἐκτείνεται; eadem cum esse videantur, quae alibi de vocibus pari modo terminatis praescribantur. Sed insequentia iis prorsus disconveniunt; cum auctor non de verbis in υω desinentibus, verum de aliis, quorum literae extremae ι et ω sint, exponat. Itaque in vulgatae scripturae sedem ἀλίω substitui debere res ipsa clamat, et regula prosodiae 116, quae eadem continet, manifestius etiam testatur. Multos autem praeterea scribarum errores, in Draconis libro admissos, ut editio princeps codicis ipsius manum quam diligentissime referret, editorem celeberrimum intactos reliquisse notum est. Quibus quidem e regulis illis prosodiae collatis medicinam idoneam saepissime acquiri posse, jam Bastius, vir immortalis, ad Gregor. Corinth. p. 240. monuit; idemque comparatione utriusque subinde instituta regulis istis in notis ad Gregorium aliquoties opem salubrem praestitit. Vera enim sunt, quae perhibet, regulas eas libri Draconis bonam partem continere. Nam prior, eaque longior Draconis operis pars regulas easdem de singularum vocum et syllabarum mensura iisdem propemodum verbis proponit. Quo fit, ut ex regulis istis Draco et ipse emendari possit, et aliis iterum in locis Draconis verba ad regulas has melius constituendas com-

mode transferantur. Posterior autem libri istius, qui Draconis sub nomine fertur, pars, quas, si titulum respexeris, solas exspectes, complectitur quaestiones de poëtarum metris. Insunt autem huic etiam multa similis incuriae et festinationis documenta. Ita legitur p. 147. l. 12. ἀκριβώτερον, quod in ἀκριβέστερον abeat, necessarium erit, p. 158. l. 10. in inscriptione περὶ ἐκθλίψεως verba exciderunt: καὶ κράσεως; nam sermo est de schemate utroque conjuncto, cum de singulis paulo superius dixerit. Lexicis etiam augendis Draconis libellus inserviat. Aliis enim, quae vel satis obscura vel dubia sunt, omissis, haec verba in Schneideri vocabulario non obvia apud eum deprehendi. p. 22. l. 5. Βραχυπροπαραληκτέον. p. 124. l. 16. Διαιρετέον et Διοριστέον. p. 59. l. 10. Δίβραχυς et Δίμακρος. p. 125. l. 12. Ἑξάσημος. p. 134. l. 1. Ὁμοιόπους. p. 13. l. 10. Οὐράδιον. p. 157. l. 5. Προσσυναιρέομαι. p. 125. l. 12. Τετραδικός. Quod ibidem legitur l. 11. Τετράσημος, cum suspectum perhibeatur, Draconis usu stabiliri poterit, idemque in adjectivum Ἐπουσιώδης, quod ad rem ipsam attinet, p. 12. l. 1. apud Draconem oblatum, cadit. Tricha, qui par argumentum tractat, voces nonnullas apte conflatas, quas e nullo alio scriptore adhuc laudatas vidi, praebet. Quorum e numero sunt p. 15. l. 13. Ἀντιδάκτυλος. p. 46. l. 12. Αὐτοδιόρθωτος. p. 51. l. 29. Ἑκκαιδεκασύλλαβος. p. 31. l. 8. Ἐννεασύλλαβος. p. 8. l. 5. Ἡμίαμβος. (cujus coloris alia pauca Passowius in libello de fine Lexicor. p. 89. supplevit, iis accedat e Manethonis Apoteles. II, 358. Ἡμίβιος.) Tricha p. 8. l. 15. Τριμετρία.

Lib. XI, v. 8. 9.

Ἐν γὰρ δὴ μέσσοισιν Ἔρις, στονόεσσά τ' Ἐνυὼ
Στρωφῶντ' ἀργαλέῃσιν Ἐριννύσιν ἴκελαι ἄντην.

Vix ulla eget admonitione, in carmine epico formam poësi heroicae magis peculiarem resuscitandam esse: εἴκελαι, Sic III, 121.

Ἀργείοις ἐπαρωγὸς ἐλεύσεται εἴκελος ἀλκὴν
Πατρὶ ἑῷ. — — — —

ib. 536.

Θῆκε δ' ἄρ' ἐρσήεντα καὶ εἴκελον ἀμπνείοντι,

cll. v. 781. V, 396. alibi.

Lib. XI, v. 88. 89.

— — — — οὐδ' ἐρατεινὰ
Θρέπτα τοκεῦσιν ἔδωκεν, ἐπεί ῥά νιν ἔκλασε δαίμων.

Transtulit haec Posthomericorum auctor ex Iliados ρ, 301—303.

— — — — οὐδὲ τοκεῦσιν
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν
Ἔπλεθ' ὑπ' Αἴαντος μεγαθύμου δουρὶ δαμέντι.

cfr. et rhapsodiae δ, v. 487. Quare ad Homeri normam Quinto etiam θρέπτρα placuisse verisimile est; ut enim a λύω λῦτρον et λυτήριον, ita a τρέφω θρέπτρον et θρεπτήριον, idem, quod Attici τὰ τροφεῖα appellarunt. Breviori horum nominum forma Homerus usus est, longiore poëtae alii, velut Hesiod. Op. et D. 186. 87.

— — — — οὐδέ μὲν οἵγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.

Apollon. Rhod. Arg. I, 281. 2.

— — — — τὸ γὰρ οἶον ἔην ἔτι λοιπὸν ἐέλδωρ
Ἐκ σέθεν, ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρια πέσσω.

Jam cum Homeri signa Quintus semper fere sequatur, de vera ejus lectione vix ambigere possis, nisi Zenodoti auctoritatem, qui, teste Scholiographo Venetiano p. 125., θρέπτα apud Homerum legit, unde θρέπτα plures codices invasit, cfr. Heyn. ad Homer. Iliad. Vol. IV, p. 643., praetexere velis. Nihilominus autem θρέπτρα, et linguae analogia et Grammaticorum peritiorum auctoritate inductus, alteri etiam apud Quintum praetulerim.

Lib. XI, v. 135. 36.

Μάντεϊ εἰδόμενος Πολυμήστορι, τόν ποτε μήτηρ
Γείνατ' ἐπὶ Ξάνθοιο ῥοῆς θεράποντ' Ἑκάτοιο.

Poëtas heroici versus ὁ ῥόος et αἱ ῥοαὶ dicere amasse, supra de versu Graecorum heroico p. 76. monuimus. Quae si vera sint, ut mihi quidem persuasum habeo, locus allatus nos non potest non offendere. Facile autem incommodo huic occurres, unico enim signo adjecto, Quintum poëtarum usum non violasse patet: γείνατ' ἐπὶ

Ξάνθαιο ῥοῆς. Cui quidem emendationi ipse locus Homericus, quem Quintus hic et in aliis nostro similibus adumbrasse videtur, adstipulatur. Obvius autem est Il. δ, 474—76.

— — — — ὅν ποτε μήτηρ
Ἴδηθεν κατιοῦσα παρ' ὄχθῃσιν Σιμόεντος
Γείνατ', ἐπεί ῥα τοκεῦσιν ἅμ' ἕσπετο μῆλα ἰδέσθαι.

Neque nostrae sententiae obstant supra lecta Quint. XI, 37. 8.

— — — — τὸν Ὠκυρόη τέκε Νύμφη
Σαγγαρίου ποταμοῖο παρὰ ῥόον. — — —

Nam in his numeros mutare a poëtarum usu non alienum est. Praeter Homeri exemplum id doceant tria alia Apollonii Rhodii Argonautic. I, 35. 6.

— — — — ὅν ῥα Κομήτης
Γείνατο δινήεντος ἐφ' ὕδασιν Ἀπιδανοῖο.

Idem ib. 54. 55.

— — — τὸν μὲν ἐπ' Ἀμφρυσοῖο ῥοῇσιν
Μυρμιδόνος κούρη Φθιὰς τέκεν Εὐπολέμεια.

Id. IV, 616. 17.

— — — — τὸν ἐν λιπαρῇ Λακερείῃ
Δῖα Κορωνὶς ἔτικτεν ἐπὶ προχοῆς Ἀμύροιο.

Lib. XI, v. 365. 6.

Τοῖαι Ἀργείων πεπυκασμέναι ἀμφὶ βοείας
Καρτύναντο φάλαγγες. — — — —

Metrum in primo horum versuum nimis languere videtur, quam ut vulgarem scripturam salvam putem; itaque particulam, quae ob literas easdem facile exteri potuit, revoco: Τοῖαι ἄρ' Ἀργείων. Frequens autem ei particulae in comparationibus locus est. Sic inferius v. 420. habes:

Ὣς ἄρ' ὑπ' Αἰνείαο κατηρείποντο φάλαγγες.

XII, 374. eadem:

Τοῖα δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δολοφρονέων ἀγόρευεν.

Praeter hunc locum eadem mensura adest in Quinti libr. VI, 35. Ῥήξῃ ἐκ θεμέθλων; sed videndum est, annon

ibi potius scribas: Ῥήξῃ ὑπὲκ θεμέθλων, sicut XI, 124.

Δένδρεα μακρὰ πέσῃσιν, ὑπὲκ ῥιζῶν ἐριπόντα.

Lib. XI, v. 471—3.

Δὴ γάρ οἱ λασίοιο καρήατος ἄλλυδις ἄλλῃ
Ἐγκέφαλος κεκέδαστο, συνηλλοίωτο δὲ πάντα
Ὀστέα. — — — — —

Olim fuit συνηλοίωτο; Rhodomannus dabat συνηλοίητο, idque vel numero plurali dictum συνηλοίηντο absque ulla haesitatione Quinto reddendum erat. Idem jam invenis XIV, 523. 4.

— — — — συνηλοίηντο δὲ πάντων
Σώματα λευγαλέως. — — — —

Quamquam enim lib. VI, 281. 2.

Οἴνῳ δ' αἷμα μέμικτο, συνηλλοίωτο δὲ πάντα
Εἴδατα καὶ κρητῆρες, ἐΰξεστοί τε τράπεζαι.

alterum, quod Tychsenius rescripsit, legitur, tamen illius nullus locus hic relictus est. Diversa enim e stirpe haec duo oriuntur. Hoc quidem ab ἄλλος, ἀλλοῖος, ἀλλοιόω, alienum reddere, immutare, illud ab ἀλοάω, seu, quod idem est, ἀλοιάω, terere; originem enim habent ab ἀλωή, area. Hinc ἀλοία in Homer. Iliad. ι, 568. obvium Apollonius Sophista in Lexic. Homeric. p. 84. recte ἔτυπτε explicat. Magis etiam Rhodomanni sententiam Oppianus poëta confirmat; ille enim duobus in locis activo ejusdem verbi usus est. Cyneg. I, 267. 8.

Ἀντιπέρην πέτρῃσιν ἑὰς κεφαλὰς ἐλόωντες
Ὄστα συνηλοίησαν, — — — —

et Halieut. III, 574. 5.

Ἄνδρες ἐπασσυτέροισι καταίγδην ἐλόωντες
Κρᾶτα συνηλοίησαν· ὁ δ' ὄλλυται ἄφρονι πότμῳ.

Lib. XII, v. 309.

Πρίν μοι ἀμφὶ πάρηια κατασκιδνᾶσθαι ἰούλους.

Ita, Rhodomanno auctore, legitur, cum ante eum παρειὰ legeretur. Defendi autem potest haec vocalium commis-

sura aliis Quinto usitatis, vid. ad libr. III, v. 235. Sed vulgaris etiam lectio praesides habet satis graves, Etymologicum magnum et Scholia Venetiana ad Hom. Il. γ, 55., ubi vel Aristarchus vel alii, Scholiastae enim sibi ipsis adversantur (cfr. edit. Villoison. p. 88. Eustath. ad Homer. Iliad. p. 377.), παρειὰ tuiti sunt. In Apollonii quoque Rhodii Argonauticis IV, 172. παρείασιν Brunckius e quatuor codicibus regiis edidit. Παρηῒς vero modo epicis serioribus dicitur, ut Apoll. Rhod. Arg. I, 791. III, 1064. Quint. Smyrn. IX, 372. Opp. Cyneget. III, 214. et juxta eos tragicis, Euripid. Hec. 271. Orest. 949 hi autem ι etiam subscribunt, et vocem bisyllabam faciunt. Eurip. Suppl. 75. διὰ παρῇδος ὄνυχα λευκόν. Helen. 1089. παρῇδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός. Iidem vero formam sexus feminei ἡ παρεὰ agnoscunt, v. c. Apoll. Rhod. II. 1216. Bion Id. XV, 19. Quint. Smyrn. IV, 355. Sophocl. Antig. 530. Eurip. Troad. 281.

Lib. XII, v. 393. 94.

Πάντας δ' ὀτρύνεσκε θοῶς ἐμπρησέμεν ἵππον,
Ἵππον δουράτεον, καὶ γνῶναι εἴ τι κέκευθεν.

Hoc quoque in versu diphthongus extra caesuram malè producta legitur; sed jam Rhodomanni sagacitatem corruptela non praeteriit, recte enim γνώμεναι mutavit, idque Quinti ipsius testimonio confirmatur, vid. VIII, 159. 60.

Καὶ δόρατος πείρησαι ἀτειρέος ἡμετέροιο
Γνώμεναι ἄντα βίην. — — — —

Eodem jure Rhodomanni conjecturam libri nostri v. 333. 4.

— — — — ὁ δ' αὖ μάλα πάντ' ἐπερείσας,
Αὐτοῦ πὰρ κληῗδι καθέζετο. — — —

εὖ μάλα vulgari longe praeferendam duco. Particulae enim istae et persaepe conjunguntur, et ipsi rei maxime conveniunt.

Lib. XII, v. 447. 48.

Τῷ δ' ἐπὶ {κύντερον ἄλλο θεὰ μεγάθυμος Ἀθήνη
Δυστήνοις τεκέεσσιν ἐμήδετο Λαοκόωντος.

Docuimus in libello de versu Graecorum heroico p. 51. Homerum, ut hic quoque apud Quintum legitur, in vocabulo θεά ultimam vocalem semper et ubique servasse, neque umquam in η mutasse. Recentiores an hac in re Homeri normae morem gesserint, pro certo non dixerim, cum magna ejus rei inconstantia in eorum libris appareat. Sic pauca tantummodo exempla hujus poëmatis in medium proferam: libr. XII, 112. θεῆς δ' ὅγε μῦθον ἀκούσας. v. 378. θεῆς χόλον ὧφρ' ἀλέωνται. v. 455. - - οἱ δ' αἶψα θεῆς ὕπο κινηθέντες. et vers. 414. adeo: Δῖα θεή et XIII, 401. Πάντα γὰρ ἠμάλδυνε θεὴ Κύπρις. atque accusativus V, 563. Τίσομεν ὥστε θεήν. Sed primum et quartum casum nullo pacto in η terminari posse crediderim, ideoque α in his necessario revocandum erit. Genitivi autem et dativi formam istam, etsi satis dubiam, in aliis quoque Graecae poëseos monumentis obviam habemus. Ita Apollonius Rhod. Argonaut. III, 252. IV, 241. at iterum renituntur ejusdem I, 226. 721. et loci plurimi. Idem III, 549.

Εἰ ἐτεὸν Φινεύς γε θεῇ ἔνι Κύπριδι νόστον
Πέφραδεν ἔσσεσθαι. — — — —

et vicissim IV, 251.

Ὃ ῥα θεᾷ ἥρωες ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἔδειμαν.

Lib. XII, v. 484. 5.

Τεῦξαν ἅμ' ἀγρόμενοι κενεὸν τάφον· καὶ ἐπὶ δάκρυ
Χεῦε πατὴρ ἀλαοῖσιν ὑπ' ὄμμασιν. — — —

Magno cum versus detrimento, qui numero plane destitutus est, haec in editione Bipontina ita leguntur. Sed facile sanabis: ἠδ' ἐπὶ δάκρυ Χεῦε πατήρ.

Lib. XII, v. 844. 5.

Σχέτλιοι, οὐδέ τι ἴστε κακὸν μόρον, ἀλλ' ἄρα πάντες
Χαίρετε ἀφραδέοντες· ὃ γὰρ μέγα πῆμα κέκευθεν.

Hiatus, primo qui versui inhaeret, tum Homericus est, tum in pronomine τι, quod alias eodem modo positum invenitur, facile locum habet; magis autem de altero dubites. Hermannus quidem dualem voluit reponere, eumque a Quinto pluralis loco nonnumquam supponi,

Rhodomanno monstrante, observavit. Sed ad hiatum defendendum respondere possis, vocalium concursum certe non admodum raro in hac sede inveniri; cui tamen illud obstat, quod verba, quibus hiatus oritur, plerumque interpunctione vel parva separata leguntur. Hinc vulnus quidem loco nostro inflictum suspicor, medicinam autem paullo longius arcessam. In fraudem enim librarium duxit particula in fine versus prioris jam corrupta, *ἀλλ' ἄρα πάντες*, quod ex *ἄμα* ortum ducere videtur. Hanc enim Quinti orationi apprime convenire nemo negabit, et deinde poëtae mens haec est: Temerarii non intelligitis fatum funestum, sed omnes omnino stulte quidem gaudetis. Itaque scripserim: - - - *ἀλλ' ἅμα πάντες Χαίρετ' ἄρ' ἀφραδέοντες.* Quam libenter autem haec duo noster consociaverit, brevi probabo. II, 550. 1.

— — — — θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἄητα
Μητρὸς ἐφημοσύνῃσι, μίῃ φορέοντο κελεύθῳ.

V, 269. 70.

— — — — — ἀλλ' ἅμα πάντας
Τρῶας ἐπεσσυμένους μένον ἔμπεδον. — —

VI, 513. 4.

Τοὺς δ' ὁπότ' Εὐρύπυλος λαοσσόος εἰσενόησεν
Χαζομένους ἅμα πάντας ἀπὸ στυγεροῖο κυδοιμοῦ.

adde VIII, 168. 9. XII, 177. ib. 427. 8. XIII, 215.

Lib. XIII, v. 3. 4.

Μολπὴ ἐπ' ὀρχηθμοῖσι, καὶ ἄκριτος ἔσκεν ἀϋτὴ
Δαινυμένων, οἵη τε πέλει περὶ δαιτὶ καὶ οἴνῳ.

Novam in his particularum confusionem detexisse mihi videor. Etsi enim *περὶ*, si sententiam ac vim ejus spectaveris, fortasse ferri possit, tamen, cujus mutatio proclivis erat, *παρὰ*, non modo Quinti ipsius, verum etiam aliorum sermoni longe accommodatius erit. Audiamus primum poëtam nostrum, hic dat lib. II, 148.

Οὐ μὲν χρὴ παρὰ δαιτὶ πελώριον εὐχετάασθαι.

IX, 515.

Αἰεὶ τοι παρὰ δαιτὶ γέρας βασιλήϊον ἔσται.

XIII, 384.

Τερπόμενοι παρὰ δαιτὶ, παρ' ἠϋκόμοις ἀλόχοισιν.

V, 66.

Ἐν δ' αὐλοὶ, κιθάραι τε, παρ' εἰλαπίνῃσι πέλοντο.

Deinde Apollon. Rhod. Argon. I, 458. 9.

Μυθεῦνθ', οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ
Τερπνῶς ἑψιόωνται. — — — —

Idem II, 157. 58.

— — — — οὐδέ τιν' ὕπνος
Εἷλε παρὰ κρητῆρι καὶ αἰθομένοις ἱεροῖσιν.

Sophocles Oed. Tyr. 779. 80.

Ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθης
Καλεῖ παρ' οἴνῳ, πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.

Euripid. Med. 197. 98.

Ἐπί τ' εἰλαπίναις καὶ παρὰ δείπνοις
Εὕροντο βίου τερπνὰς ἀκοάς.

Idem Troad. 567., ubi cfr. Seidlerum V. C. quosque alios viros doctos commemorat.

Lib. XIII, v. 67. 68.

Αὐτοὶ δ' αἶψ' ἐκβάντες ἐς Ἴλιον ἐσσεύοντο
Ἄτρομοι, ἠΰτε μῆλα περὶ σταθμὸν ἀΐσσοντα.

Nomen *ἄτρομοι*, quod aliis offensionis ansam praebebat, editio novissima retinuit. Piersonius quidem in Verisimilibus p. 34. *ἄβρομοι*, ex Homer. Iliad. *ν*, 41. *ἄβρομοι*, *αὐΐαχοι* emendavit, Pauwius autem *ἀτρέμας* praecepit. Neutrum satis aptum. Videre enim in promtu est, *ἄβρομοι* si vocentur, nomen istud ad oves parum congruere, et *ἀτρέμας* quietem magis, quam motum indicat. Vulgaris quidem lectio ovium gregi melius conveniat, at profecto Graecis, ne Trojanis adventus ipsorum patefieret, sine ullo strepitu incedendum fuit. Quare, si quid novandum sit, quo omnibus hisce incommodis occurrere possimus, *ἀθρόοι, ἠΰτε μῆλα*, reponam. Cfr. III, 103. 4.

Καί σευ φορμίζοντος ἐπήϊεν ἀθρόα φῦλα,
Θῆρές τ', οἰωνοί τε, βαθυσκόπελοί τε κολῶναι.

v. 205. 6.

Ὡς Τρωαὶ περὶ νεκρὸν ἀποκταμένου Ἀχιλῆος
Ἀθρόαι αἴξουσιν, ἀπειρέσιον κοτέουσαι.

V, 612. 13.

Ἦ ῥα παρηγορέων· περὶ δ' ἀντίθεοι βασιλῆες
Ἀθρόοι αἰψ' ἀγέροντο. — — — —

VII, 114.

Ἀθρόοι ἐν κονίῃσι δεδουπότες ἐξεχέοντο.

VIII, 333. 34.

— — — — σχεδὸν ἀθρόαι ἄλλοθεν ἄλλαι
Θυμὸν ἀποπνείουσι. — — — —

adjice XI, 388. 89. ubi pariter de Achivorum exercitu dicitur ad urbem Priami accedente:

Ὥρμηναν δὲ πύλῃσι θεηγενέος Πριάμοιο
Ἀθρόοι ἐγχριμφθέντες. — — — —

Lib. XIII, v. 108—10.

Ὡς ἄρα Τρωϊάδες μέγα κώκυον ἄλλοθεν ἄλλαι,
Αἱ μὲν ἀνεγρόμεναι λεχέων ἄπο, ταὶ δ' ἐπὶ γαῖαν
Θρώσκουσαι. — — — — —

Vides in his sibi invicem opposita esse: *αἱ μὲν, ταὶ δὲ*, quod a poëta hiatus arcendi causa factum esse mihi persuasum habeo; idem observatur paulo superius versu 61. et alibi. Qua ex re apparet, Hermannum lib. IV, 185. et XIII, 89. recte emendasse, nec minus libr. IX, 469. *Ἀθανάτων ἰότητι κατέφθιτο· τοὶ δ' ἀνὰ θυμὸν Τέρποντ' εἰσορόωντες*, id quod in libr. de vers. Graec. heroic. p. 155. praecipiebam, scribendum esse. His autem insuper adjiciendus erit libr. XIII, 518.

Ὡς φάτο· οἱ δ' ἀΐοντες ἑοῦ μνήσαντο τοκῆος.

Ne quis enim ista aliis eadem in regione admissi hiatus exemplis speciose defendere conetur, Quinto vocali antegressa hac in formula literam consonam semper prae-

figi tenendum est. E multis locis sufficiant pauci. Ita eandem locutionem vide IX, 110.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἐς Ἄρηα μεμαότες ἐντύναντο.

Ib. 248.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐς Ἄρεος ἔργον ὄρουσαν.

XI, 221.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἐπίθοντο, θρασὺν νόον ἐν φρεσὶ θέντες.

XII, 214.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἐπίθοντο Διὸς τρομέοντες ὁμοκλήν.

XIII, 350.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἐπίθοντο καὶ ὡς θεὸν εἰσορόωσκον.

Alia exempla pari modo frequentantur, ut IX, 323.

Χάσσατ' ἐς οὐρανὸν εὐρὺν, ὁ δ' εἰς ἅλα· τοὶ δ' ἐμάχοντο.

et similia reperiuntur X, 269. XII, 334. 457. 461. alibi. Imo vocali longa aut diphthongo praeposita eadem forma potior est; emenda igitur IX, 336. 7.

Νηΐ θοῇ· οἱ δ' αἶψα κατὰ πτόλιν Ἡφαίστοιο Ἤλυθον. — — — — —

Nam similia docent, consonam aegre abesse, velut XI, 175.

Πανσυδίῃ· τοὺς δ' αἶψα κύνες κατὰ ποσσὶ κιχόντες.

XII, 304.

Πατρὸς ἑοῦ· τοὶ δ' αἶψα καὶ αὐτοὶ θωρήχθησαν.

Neque ab eo alii loci abhorrent, vid. VIII, 187. XII, 68. 565.

Lib. XII, v. 593. 94.

— — — — — οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη,
Κάλλος ἰδὼν ἀρίζηλον, ἐπὶ ξίφος αὐχένι κῦρσαι.

Haud scio, quam ob causam editio recentissima tam patienter priscam hujus versus scripturam, quae metrum perimit, toleraverit: praesertim cum Rhodomannus verum monstravit: *κάλλος ἰδὼν ἀρίδηλον.*

Lib. XIII, v. 425., 26.

Οὐδὲ ἡ ἔργον ἀεικὲς ἐσέδρακεν, ἀλλά οἱ αἰδὼς
Καὶ χόλος ἀμφιχύθη. — — — —

Dum vitium abigere voluerunt, gravius intulerunt, hiatum pessimum. Quambrem vulgata lectio: *οὐδέ οἱ ἔργον ἀεικὲς* in posterum iterum adoptanda erit. Fortasse autem supra v. 323. 24. repetitio ejusdem verbi delenda est. Adsunt enim haec:

Ἐκρέματ' ἐμπεφυὼς ἁπαλὸς πάϊς, ἀμφὶ δὲ δάκρυ
Χεύατό οἱ ἁπαλῇσι παρηΐσιν.

Homericum vocabulum *ἀταλὸς* hic obliteratum esse, suspicio me tenet, vid. Il. *σ*, 567.

Lib. XIV, v. 20.

Κασσάνδραν δ' ἄγε δῖαν ἐϋμμελίης Ἀγαμέμνων.

Contra epicorum dialectum, vid. de vers. Graecor. heroic. p. 34., h. l. Cassandrae nomen in fine *α* servavit. Neque unquam ejus generis nomina muliebria poetae ita agnoscunt. Homer. Il. *ν*, 366. *Κασσάνδρην.* Od. *δ*, 126. *Ἀλκάνδρη.* Quint. XII, 526. *Κασσάνδρη.* I, 43. *Εὐάνδρη* et *Ἀντάνδρη.*

Lib. XIV, v. 280—83.

Τοῦ πέρι δειμαίνουσα καὶ ὀσσομένη μέγα πῆμα
Οἰκτρὸν ἀνωλύζεσκε· γόῳ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄϋτει.
Εὖτε κύων προπάροιθε κινυρομένη μεγάροιο
Μακρὸν ὑλαγμὸν ἵησι, νέον σπαργεῦσα γάλακτι.

Siquidem *ἀνολύζω* bene excusum habeatur verbum, Lexicis inserendum erit; ut certe e Quinti libr. XIII, 107. *ἀνατρίζειν*, e Maneth. Apotelesm. V, 279. *ἀνεφέλκω* haud negligenda sunt; verum cum simplex etiam *ὀλύζω* aucto-

ritate careat, dubitare licebit. Possis autem vario modo corrigere, vel *οἰκτρὸν ἀνῳμώζεσκε*, ut vers. 315. *Οἰκτρὸν ἀνοιμώξασαν*, idque vulgatae proximum opinor, vel *ἀνιΰζεσκε*, ut XI, 177. *μακρὸν ἀνιΰζοντες*, vel denique *ἀνατρίζεσκε*, cujus modo mentionem injeci. Versu etiam postremo laudatorum aut *σπαργῶσα*, quae est forma communis, aut Homericum *σφαραγεῦσα*, cfr. Od. ι, 440., suscipiendum dixerim.

FRIDER. TRAUG. FRIEDEMANNI

PHILOS. DOCTORIS, GYMNASII ZWICKAV. CONRECTORIS,
SOCIETATIS LATINAE DUCAL. JENENSIS
SOCII HONORARII

DISSERTATIO

DE

MEDIA SYLLABA PENTAMETRI GRAECORUM ELEGIACI.

Qualemcunque legas, venia dignare libellum.

VIRO

CLARISSIMO, ERUDITISSIMO

CHRIST. AUG. LOBECKIO

VETERIS LITERATURAE IN ACADEMIA REGIOMONTANA
PROFESSORI MERITISSIMO

PRAECEPTORI PLURIMUM COLENDO

S. P. D.

FRIDERICUS TRAUG. FRIEDEMANNUS.

Triste sane mihi accidit atque acerbum, quod, quum Vitemberga discederem, inter tot mihi cara relicta, TE etiam, VIR DESIDERATISSIME, privabar, quem semper ita colueram, nihil ut fieri posset amantius. Etenim ab eo inde tempore, quo schola Misenensis Afrana, cui Deus bona quaevis cumulatissime duit, academiae Vitembergensis institutioni me tradiderat, studiorum meorum ratio ad TUAS potissimum scholas statim me adduxit, et propius ad TE accedere verecundantem mirifice confirmavit et morum TUORUM comitas et incredibilis TUA benevolentia. Quo factum est, ut una cum aliis amicis, rerum philologicarum studiosis, quorum fere omnes jam praesunt muneribus scholasticis, coram TE disputare solerem, ubi, miraremurne magis uberrimos doctrinae TUAE fructus in nos redundantes, an jucundissimam colloquiorum TUORUM suavitatem, difficile est judicatu. Quum praeterea etiam praeeundo, consulendo, adhortando, libros communicando, de studiis nostris tantopere promeritus esses, ut qualemcunque meum harum literarum amorem TIBI uni me de-

bere fatear, quidni debebam commoveri discessu meo, quidni debebat mihi vita sine TE videri acerba? Sed tamen in summo hoc dolore mihi non mediocrem consolationem attulit cum amicorum sedulitas, qui diligentissime de rebus TUIS renuntiabant, de quibus nec ipse dedignatus es ad me perscribere, tum GOERENZII, Viri Clarissimi, collegae conjunctissimi, amicitia.

Jam vero, quum tanto locorum intervallo a TUIS disjunctus sis, ut non unquam, quod Deus O. M. averruncet, jucundissima TUA consuetudine frui posse videamur, vetus dolor ingravescit vehementius, nec ulla alia cogitatione mitigatur, nisi hac: salvum TE evasisse ex periculosissimis, quibus academia Vitembergensis concussa trepidet, rerum praesentium procellis, laresque TUOS eo collocasse, ubi et vitae TUAE commodis prospectum sit lautius, et dignitatis TUAE splendori honorificentius. In tanta itaque TUORUM de me meritorum multitudine nihil mihi semper fuit exoptatius, quam ut erga TE cognoscerer animo esse gratissimo, et quamvis TE minime de meo erga TE amore dubitare certo scio, tamen publica quadam meae voluntatis testificatione non solum officii sanctitatem explendam, sed etiam pietatis laudem quaerendam esse putavi. Cui desiderio satisfa-

ciendi haud scio an occasio laetabilior offerri mihi potuerit, quam nuptiae, quas cum virgine castissima et suavissima es celebraturus. Hic etsi aptius fuisset ἁρμάτειον μέλος, vel ἐπιθαλάμιον, sive κοιμητικόν, sive ἐγερτικόν, TIBI accinere, vel nescio quid de νυμφιδίᾳ κλίνῃ, quam de argumento et per se satis leviculo, et nunc aedepol maxime ἀπροσδιονύσῳ disserere: tenuem tamen muneris oblati materiem satis, spero, illud excusabit, quod non solum eorum aliquid, quae olim TE coram tractaveram, in medium proferre, sed etiam SPITZNERO meo comitem me adjungere constitueram. — Sed, heus tu, inquies, putabam te totum in Strabone. — Recte, VIR CELEBERRIME, nec immerito me objurgas. Est vero ea, puto, animi humani ratio, ut graviorum laborum onera jucundioribus subinde ferculis appositis levanda et vires debilitatae recreandae videantur. Nec TE praeterit, quam parum otii hilaris viro officia sua diligenter curanti praebeant munera scholastica, quae fere ita sunt comparata, ut, si ad vitam caelibem aegre sustentandam sufficiant, et pauculas horas subsecivas non sine valetudinis periculo surripi sibi patiantur, abunde habeas, quod tibi gratuleris. Sed nolo vel nostris temporibus haec incommoda vitio vertere, vel ea jamjam lon-

gius persequi, quippe quae taedii sint plena et animum hebetent magis et deprimant, quam acuant et reficiant. Ab ineunte vero aetate in eam me opinionem semper adduxi, ut vitae desidiosae, etiamsi minori virium contentione parari posset, labores vel aerumnosissimos longe anteferrem. — Sed quorsum haec? Nempe ut intelligas, VIR PRAESTANTISSIME, me in administranda Strabonis absolvendi provincia, quam a TZSCHUCKIO, τῷ νῦν ἐν μακαρίταις, nescio qua voluntatis proclivitate vel moliminis audacia, ad me deferri passus sum, omnem operam et cogitationem collocasse, et, ne factae sponsionis fidem infringam, diligenter propediem esse curaturum. Quo id successu factum fuerit, TUUM est judicare. — Utinam vero Geographis Graecis minoribus, ut nobis, BREDOWIO praematura morte exstincto, spes affulsit non vana, SCHAEFERUS, V. Cl., contingat editor, quo quis est qui neget ullum reperiri posse vel a doctrinae copia vel a librorum supellectile instructiorem? Quae viri eruditissimi opera ut quam primum publice possit prodire, cum omnino literarum graecarum, tum Strabonis praesertim gratia, qui non vulgares ex ea concipiet fructus, nemo me exoptare potest ardentius. Ego vero, mi LOBECKI, hunc virum talem semper expertus sum et experior quotidie, qualem

TU esse saepenumero dicebas, hoc est, summa humanitate abundantissimum. Quantum igitur in me situm est, efficiam, non modo ut ipse sciat, quam me sibi devinctum sentiam, sed ut alii etiam intelligant, quanta ejus erga me benevolentiae exstent monumenta.

Excipias igitur benigne, PRAECEPTOR CARISSIME, hoc, quidquid est, de media pentametri graeci syllaba δελτάριον, quam olim leviter affectam recolui nunc auctius et diligentius, ususque ea, quae his literis concedi solet, licentia, adspersi etiam alia minus ad rem pertinentia, de quibus judicium TUUM cognoscere mihi erit gratissimum. Quanquam vero multa reprehensionis TUAE nota auguror insignitum iri, atque omnino vereor, ne non satis digna TANTI VIRI persona expromserim; ita tamen TE velim existimare, majori mihi esse gaudio acerrimum TUUM TUIque similium vituperium, quam eloquentissimas aliorum collaudationes. Sicubi vero reperti fuerint paulo morosioris frontis judices, dabunt nonnihil communi hominum erroribus obnoxiorum sorti, plus etiam fortasse amori erga TE nostro prorsus singulari. Sed ut redeam ad illud, cujus causa haec omnis suscepta est scriptio: dum vita suppetit, non desinam fausta TIBI quaevis et prospera apprecari,

atque ut Fortuna in omnibus rebus TUIS optatis respondeat, a Deo O. M. expetere, inprimisque ut ex his nuptiis gaudia et solatia quam firmissima et dulcissima TIBI succrescant, a summo bonorum omnium auctore assiduis precibus efflagitare; nam pro cujus salute atque incolumitate vota suscipiam justiora, equidem novi neminem.

Vide, quaeso, VIR DILECTISSIME, quam justo longius me perduxerit nescio quae TEcum colloquendi et de meis qualibuscunque studiis TIBI exponendi voluptas, quorum TU cum antea semper, tum etiamnunc hoc tempore moderator es consultissimus. Finem igitur imponam meae verbositati, ubi *Phrynicho* TUO, cummaxime lucem adspicere gestienti, ceterisque, quae orbi literato paras, operibus doctissimis, otii et valetudinis tranquillitatem exoptavero serenissimam. De meo autem in TE animo sic TIBI velim persuadeas, meam TUORUM erga me meritorum memoriam, in qua pie colenda ipse mihi non satisfacio, a nulla oblivione unquam posse deleri. Vale, OPTIME PRAECEPTOR, et amorem mihi TUUM conserva. Scribebam Zwickaviae mens. April. A. R. S. CIƆIƆCCCXV.

DE
MEDIA
PENTAMETRI GRAECI ELEGIACI
SYLLABA.

Quid sit, quod ego rem tantillam tamque parum scilicet! necessariam peculiari opella illustrandam mihi sumserim, neminem puto esse miraturum, nisi qui has literas despicatui habet, hoc est, in summa rerum optimarum versatur ignoratione. Quorum risum ut facile feram, movet me, misso doctissimorum hominum exemplo, vel unius viri judicium nuper prolatum (*praef.* ad *Dracon. Straton.* p. XXI.), *ab hujusmodi initiis ordiendum esse, ut scientia metrica perfici aliquando possit.* Sed tamen erunt fortasse justi literarum graecarum aestumatores, qui laesae verecundiae reum me agant, utpote qui post curas egregias duumvirorum summorum, *Hermanni*, peritissimi doctrinae metricae restitutoris et quasi architecti, et *Jacobsii*, qui de Anthologia Graeca optime mereri pergit, eandem rem denuo sub incudem vocare ausus fuerim. At enim vero neuter eorum in hunc campum latius exspatiari aut rem ad umbilicum perducere, sed praetereundo tantum leviter attingere voluisse videtur. Neque tamen ego is esse mihi ipse videor, qui, quae ille ad *Orph.* p. 764. sqq., hic in *Actis philolog. Monac.* T. I. Fasc. II. p. 159. sqq. de media pentametri graeci elegiaci syllaba monuit, rectius omnino constituere et tradere explicatius possim; imo eorum vestigiis insistam, et exempla ex omnibus Graecorum poetis elegiacis et epigrammatariis, quotquot a me reperiri potuerunt, afferam, ut inde, temporum ratione habita, certi aliquid definiri liceat. Nam *Hermannus* quidem l. l., quum hujus syllabae mentionem facit,

tantum abest, ut, quod inceperat, absolvere voluerit, ut nonnullorum versuum corruptionem simulque emendandi viam subindicasse satis habuerit. *Jacobsius* vero, etsi iteratis curis ad crisin in Anthologia Graeca, metrorum inprimis gratia, exercendam accessit, reliquos tamen poëtas elegiacos a disputatione sua seclusit, ac ne Anthologiae quidem, quod exspectasse me profiteor, omnes locos adhibuit, sed eos tantummodo commemoravit, qui medicina ex membranis allata facile sanari posse viderentur, omissis iis, qui, ob ipsorum scriptorum negligentiam, manum emendatricem prorsus respuerent. Hic enim vir doctissimus, quum olim, *Brunckii*, doctrinam secutus, minus recte de hac syllaba in *Animadvss.* ad *Anthol. Gr.* T. VI. p. 358. T. VIII. p. 36. et 348. T. XII. p. 90. et 300. statuisset, jam in *Addendis* T XIII. p. 15. et 37. sq. et in *praef.* ad *Nov. Anthol. Palat.* T. I. p. XXX. sq. et XXXVII. sq. sententiam se mutasse ea, qua est, modestia ultro fatetur *).

Quibus rebus intelligitur, non plane supervacaneam fore eam, quam suscepimus, de media ista syllaba disserendi operam, quippe quum et *Graefius* V. D. hanc quaestionem attigerit p. XII. et p. 151. sq. ad *Meleagr. epigrr.*, quorum editionem, novae recensionis Anth. Gr. prodromum, paravit admodum elegantem, in qua tamen accentuum notationem plane omissam summopere his nostris temporibus mecum dolebis. Neque vero possum, quin lectores antea, quam ipsi sponte cognoscant, commonefaciam, ne quid novi hic exspectare velint et exquisiti, neve expedita et illustrata satis a me omnia esse opinentur, sed, ut moderate ferant, ubi in summo quae-

*) Quanquam hoc novo opere splendide suscepto librarius parum prospexit emtorum rationibus satis subinde curtis, laudandus tamen est cum editore cl., quod genuinis praestantissimi codicis Palatini lectionibus diutius nos carere non patitur; atque quum non solum in *Germania*, sed apud exteros quoque, adeo ferveat Anthologiae Graecae studium, ut post *Boschium* etiam e *Gallia* et *Russia* novae promittantur editiones, nemini non grata erit et accepta haec accuratissima membranae adhuc Parisinae ex apographo Gothano descriptio.

cunque in rem facientia colligendi recteque disponendi studio parum probaverint meam aut sedulitatem aut judicandi rationem, ac, si quid norint rectius, candide impertiant, rogatissimos esse cupio. Namque etsi ex toto doctrinae metricae campo latissime patenti angulum perquam angustum mihi proposuerim investigandum, cujus tractatio suapte quidem natura omni difficultate videtur destituta, tamen cum ob poetarum sub censum hic venientium varietatem, tum ob diffusam emendationum a VV. DD. publicatarum multitudinem, fieri facillime potuit, ut melius administrata ignorarem, ipse pejora conarer. In primis doleo, quod mihi *Schweighaeuseri* editione Athenaei uti non licuit. Quod si igitur talia lectores aequi hic vel illic merito desideraverint, condonent velim auctori et ab ingenii felicitate et a beata supellectilis literariae copia parum adjuto. Hac enim de causa si quis tale consilium abjiciendum esse suaserit, nae iste homines sanos ab his literis colendis inimicissime deterrebit.

Sed ut certa quadam ratione ac via procedat disputatio nostra, dicendum est primo loco de propria natura mediae pentametri elegiaci syllabae, quae non usu et experientia discitur, sed argumentis *a priori* sumtis, ut *οἱ τῶν φιλοσόφων παῖδες* loqui solent, demonstratur. Verumtamen non juvat hic repetere, quae *Hermannus* de pentametro elegiaco acutissime, ut solet, disseruit in libro *de metris* p. 281. sqq. et in *Handbuch der Metrik* §. 239. sqq. Ille igitur ex immutabilibus numeri legibus ostendit, in periodicis ordinibus, ad quos refertur pentameter elegiacus, nonnisi in ultimi ordinis fine syllabam *ἀδιάφορον* locum habere posse, quamobrem medium pentametri locum, quum sit ultima *primi* ordinis syllaba, neque *ἀδιάφορον* neque hiatum admittere. „*Vocamus autem hiatum*, ut ipsa *Hermanni* verba ad *Orph.* p. 720 apponam, *non eodem modo in epicis, ut vulgo in Atticis poëtis solent. Apud Atticos enim poëtas hiatum dicunt, quotiescumque vocabulum in vocalem desinens ante vocabulum a vocali incipiens collocatur. In epicis, pariterque in elegorum scriptoribus et lyricis, is tantum censetur hiatus, si vocabuli in vocalem exeuntis ultima syllaba ante vocalem, quo sequens verbum incipit, non est in arsi, neque, si longa est,*

corripitur." Quae res ita nobis videntur omni dubitatione exemtae, ut neminem unquam de earum veritate ambigere posse putemus; *Apelii* enim elegantissimi opiniones, uberius nuperrime expositae, nondum eam vim habent, ut aliter statuere nos cogant.

Jam vero quum poëtas non Graecorum modo, sed etiam Romanorum ab hac lege interdum descivisse animadvertissem, codicum Mss. lectiones perlustranti mihi scrupulum injecerunt non levem pravae VV. DD. emendationes ab scriptorum librorum auctoritate in alia omnia tanta saepiuscule cum socordia abeuntes, ut vix oculis tuis fidem habeas. Ita v. c. inventus est, qui in *Propertio* Eleg. II, XXV, 19. pro *invitis* corrigeret:

Laesus, et invitus ipse redit pedibus,

cf. *Huschk.* in *Anal. Crit.* p. 72. Alibi vero vice versa librariorum errores critici sicco pede transierunt. Sed haec longius persequi nolo. Neque enim Romanorum poëtas disputatio nostra attinget, in quibus quid de media hac syllaba observetur, alio forsan tempore, si per otium licuerit, et si forte VV. DD. praesenti huic conatui suffragia sua non prorsus denegaverint, percensebimus.

Quum igitur ex iis, quae *Hermannus* demonstravit, patefieret, mediam pentametri elegiaci syllabam nec brevem esse, nec locum hiatui concedere posse; necessario consequitur, operam nostram in eo debere versari, ut exempla duplici huic legi contraria ad variantes Codd. Mss. lectiones examinentur, et emendationes a VV. DD. propositae eadem lance ponderentur. Quod ut ordine fiat recto et commodo, etsi variae iniri possunt viae, nulla tamen mihi videtur neque ad quaestionis subtilitatem accommodatior, neque ad criticas rationes inde deducendas fructuosior, quam quae ab aetate, qua singuli poëtae vixerunt, praescribitur. At vero ita non sum nescius, quot quantaque mihi objiciantur impedimenta, quae aegre imminui, removeri atque arceri nequaquam possint. Tanta enim est aevi, quo poëtae, quorum versus in Anthol. Gr. asservantur, plerique floruerunt, incertitudo et obscuritas, ut, si densissimas tenebras vel paululum illustratas concupiveris, longissimis subtilissimisque opus sit disquisitionibus, ad quas recte instituendas non sufficit interior graecae poeseos notitia, quam tamen mihi arrogare nolim, sed summa requiritur

totius antiquitatis cognitio. Augetur haec difficultas mirum quantum eo, quod in auctorum nominibus praefigendis infestissime grassatur librariorum et editorum inter se discrepantium inconstantia. Quae quum ita sint, ut huic malo qualicunque demum modo medear, acquiescendum mihi esse puto in *Fabricii* catalogo critico poëtarum epigrammatariorum, quem *Jacobsius* uberiorem multo et accuratiorem reddidit in *Animadvss.* ad Anth. Gr. T. XIII. p. 829 – 964. Nam in elegiacorum poëtarum aetate constituenda, ut numerus eorum est minor, ita minora quoque offenduntur obstacula. Utinam vero reperiatur aliquis, qui horum reliquias per varios auctores, grammaticos et scholiastas hucusque dispersas, in unum corpus colligat diligentius, quantumque res ipsa permittit, illustret, denique de singulis subtilius disputet, quam nuper factum est a *D. Conr. Schneidero* in dissertatione vernacula: *Ueber das elegische Gedicht der Hellenen*, in *Studien* edd. a *Creuzero* et *Daubio*. T. IV. P. I. p. 1—74.

Ex qua quidem temporum supputatione hoc lucratus esse mihi videor commodi, quod paulo jam accuratius definire licet, quis poëtarum istorum strenue, quis laxius, quis denique negligenter metri leges in syllaba media producenda observarit. Atque uti in tota Graecorum aliorumque populorum poësi, ita et in hac pentametri syllaba accidit, ut antiquiores poëtae nonnulla licenter fecisse videantur, quippe ab epicis, quorum vestigia premebant, invitati. Inde est, quod in Tyrtaei, Mimnermi aliorumque istorum temporum elegis, ubi syllabarum brevium in caesura productiones et hiatus occurrunt, caute nec sine alia vitii nota corrigendum esse statuo. Postquam vero cum reliquis artibus poësis etiam ad altiorem evehi coepta erat perfectionis gradum, poetae elegiaci et epigrammatarii summa utebantur severitate (v. *Hermann.* ad Orph. p. 764.), et, quo majorem carminibus suis conciliarent gratiam, epicis adeo diligentibus se praestiterunt diligentiores. Quod si hucusque non clare perspici potuit, in causa fuerunt VV. DD. errores; jam vero aliquanto magis perspicietur absoluta nova Anthologiae Palatinae editione. Idcirco rarissima sunt apud Meleagrum et poëtas huic aequales in subtiliores metricae leges peccata, de quibus diligenter

exposuit *Graefius* in praef. ad Meleag. Edit. Quo fit, ut in his omnia ad veriorem normam confidentius refingenda esse putem, atque in eam omnino pronus sim opinionem, a Meleagro et poëtis hujus aetatem paulum cum antegressis tum secutis in media pentametri sede constantissime vitatum fuisse et hiatum et brevis syllabae productionem. Pleraque etiam hujus generis vel subdititia sunt, vel Cod. Vat. auctoritate rectius constituuntur, vel admodum probabili emendatione removeri possunt. Insequenti autem tempore, quum Graecae poeseos flos sensim paulatimque marcesceret, et justa numerorum rotundorum cura imminueretur, quis est, qui istam etiam syllabam miretur fuisse neglectam? Cujus negligentiae prima, nisi fallor, vestigia reperiuntur in Luciano, in quo tamen et ipso quaedam corruptionis suspicione non vacant. De poëtarum recentioris aevi incuria, quae in sepulcralibus potissimum inscriptionibus conspicitur, vix opus est monere; sed cf. quae ad Lucianum commemoravimus. — Haec omnia utrum cupidius, an verius dixisse videamur, res ipsa patefaciet.

Omnino autem spero fore, ut ad aetatem cujusvis poëtae rectius constituendam, si alia adsint indicia, hujus etiam syllabae sobria observatio aliquid habeat momenti. Atque optandum profecto est, rerum metricarum in Anthologia Gr. scrutatores velint majorem tribuere diversae poëtarum aetati attentionem. Mihi quidem probe discernendum esse putavi inter poëtas *certioris* et *incertioris* aevi, quanquam in ea re nunquam componetur VV. DD. dissensio. Neque necessarium duxi, eos commemorare locos, ubi syllaba ista vel sequenti litera consona duplici, vel ν paragogico adjecto rite producitur, de cujus additamenti, plerumque a codd. Mss. commendati, necessitate satis nunc constat. cf. *Jacobs* in praef. ad Anthol. Palat. T. I. p. XXIX. sqq. — Sed veniamus ad rem, et a *certioris* aevi poëtis initium capiamus.

TYRTAEUS.

II, 6.

ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
κῆρας, ἶσ' αὐγαῖσιν ἠελίοιο; φίλας.

Sic scripsit *Brunckius* ex emendatione V. D. in *Miscell.*

Observv. T. I p. 128. *Stobaeus* habet κῆρας ἐπ' αὐγαῖσιν ἠ. φ. *Hertelii* Gnom. Poëtt. editio, in qua lepide vertitur, ita h. v. producit:

αὐγαῖσιν κῆρας ἠελίοιο φίλας.

Thierschius V. D. in *Actt. Philoll. Monacc.* T. I. p. 216. sq., quum ἴσος penultimâ correptâ usui Ionicorum poëtarum repugnare animadvertisset, nihil certius esse ait *H. Grotii* emendatione: κῆρας ὁμῶς αὐγαῖς s. αὐγῆς ἠ. φ., comparans Hom. Il. ι, 312. Odyss. ξ, 156. De mensura vocis ἴσος cf. quos allegant *Koen.* et *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 302. Adde *Maittair.* de dial. p. 55. ed. Sturz. Drac. Straton. de metr. p. 49. sq., ubi eadem fere habes, quae Etym. M. praecipit. Contra *Hermannus* ad Viger. p. 935. ed. noviss. multo sane, si literarum ductus spectes, faciliore mutatione restituit:

κῆρας ὑπ' αὐγαῖσιν γ' ἠελίοιο φίλας —

his subjectis: „Ita pugnare hortabitur, vitam spernentes, „mortem autem, sub luce quidem solis, i. e. honestam, „ut in pugna, expetentes, quoniam illa parum gloriosa „mors est, qua quis domi suae morbo vel senio exstin„guitur. Facit ad hanc rem hoc in Callini elegia v. 14.

„πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
„ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου."

SOLON.

Fragm. V, 60.

πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
κοὔτις λύσαιτ' ἂν ἤπια φάρμακα δούς.

Ita vulgatur. *Br.* dedit κοὐκ ἄν τις λύσαι ἤ. φ. δ. nihil, ut passim solet, monito lectore. Praetulerim equidem, quod in *marg Stob.* reperiri dicitur: κοὐκ ἄν τις λύσαιτ' ἤ. φ. δ. Medio non offendor. vid. Apoll. Rhod. Arg. I, 997. ibique *Brunck.* in append. not. *Budae.* Comment. L. Gr. p. 74. sq. Similiter dicitur πείσματα λύειν et λύεσθαι. cf. *Hermann.* ad Orph. Argon. v. 1352.

Fragm. XIV, 14.

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσιν μέγ' ἄριστος.
ὀκτὼ δ' ἀμφότερα τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.

Unice h. l. probanda est lectio *Clementis Alex.*, quam exhibuit *Brunckius* in Poëtt. Gnomm.

ὀκτὼ τ' ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.

Atque ita nulla videtur remansisse distichi obscuritas, de qua gravissime conqueritur *Fortlag.* in Opp. Gnom. Poet. T. II. p. 80. — Caeterum non erat, cur olim fr. XX, 6. geminata sibila scriberetur:

νικᾷν δ' οὐκ εἴασσ' οὐδετέρους ἀδίκως.

Vid. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 825. et canon satis notus ap. Drac. Straton. de metr. p. 34. coll. Hom. Il. δ, 226. Hesiod. Scut. 424. Recentioris aetatis poëtae, uti in reliquis, uti in his etiam negligentiores se praestiterunt. cf. Epp. Cyzic. in Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 63. Nr. 14. v. 4. καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε νῦν ὁσίως. *)

MIMNERMUS.

II, 2.

ἡμεῖς δ' οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
ἦρος, ὅτ' ἄψ αὐγῇ αὔξεται ἠελίου, —

Br. vulgatum αἶψ' mutavit in ἄψ. Difficilis licet videatur hujus loci emendatio, tamen, ut sanum habeam, nondum abs me potui impetrare. Aeolicae literae in verbo αὔξειν apud hunc poëtam, qui, nescio quo jure, pentametri perhibetur inventor (cf. *Ruhnk.* ad Hermesian. eleg. v. 36.), non satis tutum erit refugium. Conjeci ἀκτὶς pro αὐγῇ, h. e. *AKTIC* pro *AΥΓH*; sed lubentissime cedam cuivis aptius aliquid proferenti vel indubitatius hiatum excusanti. Priori versui concinit quodammodo Meleag. Ep. CX, 2. coll. Homer. Il. β, 468. 471.

*) Fragm. XVI, 6. Versum, quem *Br.* tacite transvolavit, a multis, novissime a *Naekio* V. D. in Sched. Critt. p. 20. tractatum, feliciter tandem persanavit *Hermannus* ad Viger. p. 927. sq. ed. noviss. Eandem veró rationem, notante *Fortlagio* ad h. l., olim jam ingressus erat *Vossius* in notis ad Justin. II, 7.

SAPPHO.

I, 4. (T. I. p. 55. Br. T. I. p. 49. Jac.)

Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρισνὼ
Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαοναϊάδα, —

In Cod. Vat. Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 274. inscribitur *ΩΣ ΣΑΠΦΟΥΣ*, ubi *Jacobsius* praeterea ex Cod. dedit *Ἑρμοκλείταο*, adscita VV. DD. correctione (cf. Animadvss. ad Anth. Gr. T. VI. p. 183.) *τῶ Σαοναϊάδα* pro eo, quod praebet Cod., *τῶς αυν αϊάδα*. *Volgerus* in edit. fragmm. p. 33. sq. nihil de syllaba brevi monuit. *Reiskius* tentabat:

Ἑρμοκλύτοιο, κάτω ὃς παρὰ νῦν ἀΐδᾳ —

Toupius vero:

Ἑρμοκλείδαο, τῷ ῥά νυν εἰν ἀΐδᾳ —

Equidem, nisi titulus in Cod. Vat. huic poematio praefixus auctoris nomen suspectum reddere possit, ob vocabulorum, nominum inprimis propriorum, longitudinem, productionem minus offensionis habere putaverim. Quid *Blomfieldio*, qui *Sapphus Fragmenta* et *Epigrammata* post *Volgerum*, ipso fatente, paulo castigatiora edidit in *Museo critico*, quod prodit Londini, T. I. p. 1—31., placuerit, dicere non habeo.

SIMONIDES.

XXVII, 2. (T. I. p. 132. Br. T. I. p. 64. Jac.)

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλη περὶ πατρίδι θέντες
κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος.

Hic nisi trajectis vocibus legatur:

ἀμφεβάλοντο νέφος κυάνεον θανάτου,

medendi viam invenio nullam. *)

---

*) Ibid. Ep. LXXXIX, 4.

— — γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἴκαδε νόστου
ἤμπλακες, οὐδ' ἵκεν Χῖον ἐς ἀμφιρύτην.

Haud aliter Cod. Vat. in Anth. Palat. T. I. p. 465. *Χῖον ἐπ' ἀμφ.* Mendum inesse versui arguit notissimum discrimen

THEOGNIS.

Statim ab initio v. 2.

λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀναπαυόμενος —

quaevis correctionis via videtur praeclusa; sed excusatio tamen petenda est cum ab interpunctione, tum a verbis longioribus. Perrara vero occurrunt syllabae brevis productae in toto *Theognidis* carmine exempla; namque loca contraria vel a *Brunckio* temere inquinata, vel a VV. DD. correcta sunt, vel ita se habent, ut facile locum dent emendationi. Verumtamen in his ad veram normam restituendis summa adhibenda est cautio. *Theognis* enim, siquidem ejus, ut aliorum istius aevi poëtarum, quae circumferuntur, ab interpolatoribus non sunt contaminata, plusculum adamasse videtur hiatus, praesertim in nomine *Πολυπαΐδη*, de quo cf. *Hermann.* ad Orph. p. 728. sq. Ac primum quidem in medio pentametro haec inveniuntur:

v. 26.

οὐθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

Quidquid est, quod pugnat *Br.* contra V. D. in Bibl. Crit. Amstel. P. V. p. 40. *ἁνδάνειν τινὰ* dici posse negantem, nondum tamen poenitet me olim conjecisse *πάντεσσ'*, nactum suasores *Porsonum* ad Eurip. Orest. v. 1623. et *Schaeferum* ad L. Bos. Ellips. p. 168. Neutra a parte stare videtur *Matthiaeus* V. Cl. in Gramm. Gr. p. 512. Neque vero etiam illud prorsus negligendum est, quod *Theognis*, hac dictione delectatus, nuspiam ita loquitur. cf. v. 24. 34. 44. 52. 780. et, ubi similis sententia, v. 781. sq. *οὐδὲ — Ζεὺς Κρονίδης θνητοῖς πᾶσιν ἁδεῖν δύναται.* Adde *Solon.* fragm. VII.

---

metricum vocabulorum *Χῖος* et *Χῖος*. cf. Steph. Byz. s. h. v. Drac. Straton. p. 101. Grammat. Hermann. p. 426., ubi in voce *ος latet *νῆσος*. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 984. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 343. T. V. p. 288. Quid substituendum sit, nescio; hoc scio, *Χῖος* saepissime aliarum vocum sedem occupasse. cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 622. ed. Lips. *Bast.* in Ep. Crit. p. 106. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 569.

v. 250.

πρᾶγμα δὲ τερπνότατον, οὗ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.

Sic olim vulgo. *Br.* recte meliorem *Stobaei* lectionem adscivit:

ἥδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ.

v. 274.

μηδεμίαν κατόπιν ἀζόμενον νέμεσιν.

Scribendum fortasse *κατόπισθ'*.

v. 432.

τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον οὐδὲν ἐπιστρέφεται.

Corrigendum videtur *τῶν δ' αὐτοῦ ἰδίων οὐ. ἐπ.* quae est genuina verbi constructio.

v. 1092.

ἄλλοι δ' Οὔλυμπον ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

Sic codd., Aldus et Hertelius. Recte *Οὔλυμπόνδ'* alii cum *Brunckio*, cui tamen, quod nolim, lectio vulgata peraeque bona videtur.

v. 1160.

τολμᾷ ἔχων τὸ κακόν, οὐκ ἐπίδηλον ὅμως.

Male ita *Hertelius*. Rectius idem v. 434., ubi eadem sententia, quae h. l. cum versibus sqq. a *Br.* omissa est, iisdem verbis conclusa legitur,

τολμᾷ ἔχων τὸ κακόν, κοὐκ ἐπίδηλος ὅμως.

Reliquae brevium syllabarum productiones hae sunt. v. 519. *καὶ βραδὺς εὔβουλος εἷλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων* et v. 453. *μήποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον ἔχε* —, v. 928. *ποσοὶ καταμάρψας.* v. 11. *Ἄρτεμι, θηροφόνε, θύγατερ Διός.* Quarum quidem syllabarum priores emendat *Hermannus* ad Orph. p. 765.; tertia habet, quo excusetur; quarta denique, tanquam imperita *Brunckii* mutatio, diu explosa est a *Porsono* in praef. ad Eurip. Hecub. p. IX. cf. *Hermann.* l. l. et *Passow.* in libell. de Lexicc. Grr. p. 104.

Transeo ad hiatum in medio pentametro.

v. 356.

δειλῶν τοι τελέθει ὀξυτέρη κραδίη.

αἵματος ἰοβόλου κάτθανε γευσαμένη. *)

ARISTOTELES.

III. Nr. 28. (T. I. p. 181. Br. T. I. p. 114. Jac.)

Ἐπὶ Ἀχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ.
Παῖδα θεᾶς Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα
— ἥδ' ἱερὰ Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει πεδίῳ.

Achillis tumulum alii alias collocant. cf. *Hemsterh.* ad Lucian. Contempl. XXII. T. I. p. 520. ed. Reitz. *Tzschuck.* ad Pomp. Mel. II, 7, 2. Ut duplici mendo medeamur, nec sententia efficiatur incommoda, corrigi possit ἥδ' ἱερὰ νησὶς ἀ. ἔ. π., quanquam ne sic quidem perspicitur, unde vox Προποντὶς advolaverit, quam *Jacobsius* ad h. l. T. VI. p. 372. ex glossemate irrepsisse censet. Fuitne forsan olim scriptum ἥδ' ἱερὰ πόντου νῆσος ἔ. π.? Sacram insulam illam vel peninsulam vocari apparet ex cultu, qui Achilli heroi tribuebatur, divino. Strab. L. XIII. T. V. p. 324. ed. Lips. Sic Aristot. Ep. Nr. 8. v. 2. ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη de Diomede dicitur. Sed certius aliquid desidero.

Ibid. Nr. 27.

Φείδιππον Τροίην πέρσαντ' ἠδ' Ἄντιφον ἥρω
γαῖα πατρὶς κώμη ἠδ' Ἐφύρα κατέχει.

Ordine paulum inverso scribas:

ἥδ' Ἐφύρα κώμη, γαῖα πατρίς, κατέχει.

Ita hiatus importuni unicum in omnibus his versibus exemplum sustuleris haud violenter. **)

---

*) Ejusdem Demodoci dictum non minus acerbum ex *Aristot.* Ethic. ad Nicom. VII, 9. Μιλήσιοι ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσί, δρῶσι δὲ οἷάπερ οἱ ἀξύνετοι, afferunt *Jacobs.* in Catal. Poet. Epigr. T. XIII. p. 882. et *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 29., quod nescio an versus speciem prae se ferat sic rescribendi:

— Μιλήσιοι ἀξύνετοι μὲν
οὐκ εἰσίν, δρῶσιν δ' οἷάπερ ἀξύνετοι.

**) Quae enim praeterea exstant: 4, 1. Ἐλεφήνορα, ἀρχὸν Ἀβάντων. 14, 1. ἠγήτορα ἤδε θανόντα. 40, 1. Ἀχιλῆϊ ξὺν καὶ π. ἔ.

NOSSIS.

I, 4. (T. I. p. 194. Br. T. I. p. 127. Jac.)

τοῦτο λέγει Νοσσίς· τινὰ δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλασεν,
οὐκ οἶδεν κῆνατ' ἄνθεα ποῖα ῥόδα.

Haec est Cod. Vat. scriptura. *Olearii*, *Bentleji*, *Reiskii* et *Wakefieldii* emendationes recenset *Jacobs.* ad h l. T. VI. p. 412. Quod unice probandum est, *κῆνας*, *Reiskius* conjecit, idque tum *Brunckius* olim, tum *Jacobs.* nunc in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 131. recepit.

PHILETAS COUS.

XV. (T. I. p. 123. Jac. p. 234. Lectt. Br.)

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος, ἀμφὶ δ' ἀραιὴν
ἰξὺν εἰλεῖται ἅμμα μελαγκράνιον.

Vulgo ita legitur in Analect. ex emendatione *Salmasii* in Plin. Exercc. p. 186. C., cui forsan Lucian. Asin. 9. T. II. p. 577. ed. Reitz. *ἅμμα κατ' ἰξύος δήσας* ansam de-

---

46, 2. *Ὀρφέα ἐν χώρῳ* — habent omnia, quo se tueantur. Verum Nr. 16, 1.

Ἀρχὸς ὅδ' ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ, Ἀγκαίου υἱός —

nisi quis allatis *γεραῖος*, *πατρῷος* similibusque formis (vid. *Hermann.* ad Eur. Hecub. v. 79. ad Aristoph. Nub. v. 1472. ad Eurip. Suppl. p. 87. *Seidler.* de verss. dochm. p. 101.) defendat, malim pro *υἱός* substituere *παῖς*, quae vox saepius per librariorum oscitantiam omissa et synonymis resarcita invenitur. cf. *Porson.* ad Eurip. Phoen. v. 16. et in Advers. p. 201. ed. Lips. Numerosior utique foret versus, si propius ad Hom. Il. II, 609., unde videtur adumbratus, ita accederet:

Ἀρχὸς ὅδ' ἐκ Τεγέης, Ἀγκαίου παῖς, Ἀγαπήνωρ —

In iisdem Epp. Nr. 33, 1. *Brunckius* perperam *Ἐύμηλος* dedit; melius Ed. HSt. p. 500. *Εὔμηλος.* vid. *Hermann.* ad Orph. Arg. v. 864. et ad Hom. Hymn. in Apoll. v. 36. et *Matth.* ad h. l. p. 16. *Brunckium* etiam Crinag. Ep. VII, 1. *ἐύκλδανος* (*Jacobsius* Nov. Anth. Palat. T. I. p. 269. recte *εὐπ.*), Marian. Ep. II, 10. *ἐύβοτρυν*, Ep. in Byz. Monum. IV, 1. *ἐύκλεα* scripsisse, non mirabitur, qui, quid de his ad Apoll. Rhod. I, 96. praeceperit, perspectum habet. Neque audien-

dit; neque aliter edidit *Kayserus* in Fragm. Philetae p. 52., nisi quod ἀραιὰς ἰξὺς cum *Casaubono* et *Xylandro* restituit, uti fecit *Siebenkeesius* in Strabone L. III. T. I. p. 419. ed. Lips., apud quem solum hoc epigramma exstat. Ibi vero in reliquis omnibus, antiquissimis etiam, editionibus legitur:

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος, ἀμφὶ δ' ἀραιὴ
ἰξὺς εἰλεῖται κόμμα μελαγκραῖνον.

Hinc nec *Siebenkeesii* Codd., quorum lectiones ineditae penes me sunt, nec *Falconeri Angli* (T. I. p. 231.) dissentiunt, nec *Guarini* Vet. Interpr. recedit, ita reddentis: „*Hirta vestis sordida: rarus limbus involvitur: et* „*junceum ornamentum.*" Confusa sunt *limbus* et *lumbus* et κόμμα sumsisse videtur pro κῦμα s. κυμάτιον, quod est ornamentum architectonicum. *Jos. Scaliger*, ut me monent *Tzschuckii* schedae, margini exempl., quo olim usus est, quodque nunc Vindobonae asservatur, alleverat: ἀμφὶ δ' ἀραιὰν ἰξὺν ἐνειλεῖται κόμμα μελαγκραῖνον. *Toupius* in Addend. ad Theocr. p. 393 (T. II. p. 378. sq. ed. Heindorf.) ex sequentibus corrigit: ἀμφὶ δ' ἀραιὴν

---

dus est *Heynius* ad Homer. Il. T. V. p. 312. In recentissima Quinti Smyrnaei editione relictum est IV 441. θέρους εὐθαλπέος, quae vox Lexicis accedat simul cum his: εὐγάλον Tryphiod. 537. εὐθετισμὸς Apoll. Dyscol. ap. Herm. de Emend. R. Gr. Gr. p. 98. εὐκτυπέω Quint. Smyrn. V, 21. εὐαίχην Tzetz. Posthom. 478. εὔστηθος Id. ibid. 470. (εὔσκαλμος est *Reiskii* dubia emendatio in Anyt. XII, 3.) Alia quaedam reperient harum rerum studiosi in *Jacobsii* Ind. Verb. Anth. Gr. T. XIII. p. 533. Plura *Passowii* V. D. sedulitatem daturam esse confidimus. In iisdem Aristot. Epitaph. Nr. 8, 1. nescio quo casu omissa est a *Jacobsio* quaedam lectionis varietas. *Tzetzes* enim, qui in scholiis ad Homericorum suorum v. 113. hoc ep. allegat, versum priorem ita exhibet: Τὸν πάντεσσι κράτιστον ἐπιχθονίοις Διομήδην —ubi, totum distichon in Anthol. etiam legi, non obversabatur editori doctissimo. Anthologia Gr. vero potuisset etiam augeri iis, quae idem partim ab aliis repetita, partim a semet ipso excusa commemorat in schol. ad Hom. v. 42. 69. 190. 220. Posthom. 207.

Ἰξὺν εἱλεῖται ΖΩΜΑ μελαγκράνιον, quemadmodum, probante *Jacobsio* ad h. l. T. VI. p. 394., conjecit etiam *Tyrwhittus* in Not. in Strabon. p. 10., cui viro acutissimo Strabonem plura, quam debet, accepta referre posse velim ac pervelim. *) Ego vero constantem omnium codd. lectionem ita defendi posse spero, ut ἀραιὴ ἰξὺς ex Graecismo non inusitato explicetur et κόμμα de *segmento, funiculo* accipiatur; sin secus, amplectar ἀραιὴν ἰξὺν et ζῶμα, quod nescio an ante oculos habuerit *Longus* in Past. I, 4. κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη· ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν· μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν. Metrum vero utrobique salvum est. cf. *Brunck.* ad Apollon. Rhod. I, 515. et *Spitznerus* meus in dissert. de product. brev. syllab. in vers. Graec. heroic. p. 51. sq. ubi nec nostri loci immemor est vir diligentissimus. Quare nec ejusdem Philetae fragm. XX. p. 66. ed. Kays. ap. Athen. VII. p. 327. C.

Οὐδ' ὕκκης ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγεν

in reprehensionem incurret. Reliquam loci Straboniani partem commodiore loco pertractabimus; sed non possum, quin Diodori Siculi locum, abs quo Philetae fragmentum lucem aliquam accipiet, apponam: L. V. c. 18. T. I. p. 344. ed. Wessel. ὁπλισμὸς δ' ἐστὶν αὐτοῖς τρεῖς σφενδόναι, καὶ τούτων μίαν περὶ τὴν κεφαλὴν ἔχουσιν, ἄλλην δὲ περὶ τὴν γαστέρα, τρίτην δ' ἐν ταῖς χερσίν.
XVI, 4. ibid. p. 53. ed. Kays.

οὐδ' ἀπὸ Μοῖρα τέλος τι κακῶν φέρει, ἀλλὰ μένουσιν
ἔμπεδα, καὶ τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.

---

*) Verbum εἱλεῖται admonet nos loci corrupti in Etym. M. p. 379. Ἔρως ὁ στέφανος παρὰ Νικαεῦσιν, ὁ ἐκ πάντων ἀνθέων τοῖς νέκυσι πωλούμενος, ubi *Hemsterhusius* ad Lucian. Contempl. XXII. T. I. p. 519. ed. Reitz. satis commode πλεκόμενος suspicatur. Commodius fortasse suspiceris πειλούμενος h. e. περιειλούμενος. Errorem palaeographicum illustrabunt monita *Bastii* in Addend. ad Greg. Cor. p. 928. ed. Schaef. Phavorinus haec ita effert: Ἔρως ὁ στ. π. Ν. ὁ ἐκ τῆς γῆς ἠρανισμένος, in quo forsan verba τοῖς νεκροῖς exciderunt. Morem defunctos coronandi attigit *Dorvill.* ad Charit. p. 354. ed. Lips. et *Husckk.* Anal. Crit. p. 208.

Repono *καὶ τοῖσίν γ'*, quod nemo tanquam otiosum metri fulcrum increpabit, nisi qui harum particularum societatem *ἐνεργητικὴν* minus habet perspectam. Apoll. Rhod. IV, 447. *Ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἀπείρονα τετρήχασι* contulit jam *Kays.* p. 39. Minus satisfacit *Heinrichii* conject. in Obss. in Auctt. Vett. p. 55. *καὶ ἄλλοις ἄλλα πρόσαυξ.*

HERMESIANAX.

Eleg. ap. Athen. L. XIII. p. 597. v. 54.

> *Φοίτα δ', ἄλλοτε μὲν προλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν*
> *Οἰνηρὴν δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα.* —

Vulgo *Δοῦριν.* Emendavit *Casaubonus* probavitque *Ruhnkenius* ad h. l. in Ep. Crit. II p. 295. ed. alt. Loquendi usum illustrat *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. IX. p. 313. Mihi scribendum videtur *δούρων* vel *δόρασιν.* Facillimum foret *δούρει,* dummodo hujus formae alia superessent exempla praeter *δορεί,* de qua cf. quos laudat *Doederlein.* in Obss. Critt. in Sophocl. in Actt. Monacc. T. I. p. 47. sq. *)

*) v. 96. *ὅτ' ἀπειδανῆς Λαΐδος ἠράσατο* — *Heinrichii* emendatio in Obss. Critt. in Var. Auct. p. 49. *ὅταν πιννυτῆς Λ. ἠράσατο* rata haberi nequit. Neque enim cadit in hujus aetatis poetam ejusmodi soloecismus, quo recentissimi demum scriptores delectantur. cf. *Herm.* ad Orph. Arg. v. 9. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 553. *Matth.* Gr. Gr. p. 742. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 146. sq. et in praef. ad Anthol. Palat. T. I. p. XLVIII. sq. Eadem ratio est conjunctionum *ἐὰν* (v. *Bast.* Ep. Crit. p. 62.), *ὁπόταν, ἐπειδὰν* (v. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 134. *Porson.* in Adverss. p. 216. Lips. *Jacobs.* Additam. Animadvv. ad Athen. p. 147.) et *κἂν* (cf. quos laudat *Jacobs.* in Addend. ad Anth. Gr. T. XIII. p. 3. et 87. quibus adde *Herm.* ad Aristoph. Nub. v. 1156.). Verumtamen summam in his adhibendam esse cautionem ob scribendi compendia docuit *Bast.* ad Greg. Cor. p. 115. Sed ante omnes hac macula liberandus *Euripides* in Fragm. ex Aegaeo XVI. *ὅταν τις σώματος μέλλει πέρι Λέγειν.* XXXI. *ὅταν τις μὴ φρονῶν δοκεῖ φρονεῖν.* Tum *Strabo* L. I. T. I. p. 11. Lips. *ὅταν οὕτω φησίν. Siebenkeesius:* „Vat. A. B. Stroz. A. *φῇ*" soloecam structuram nihil curans. Recte *φῇ* etiam codd.

Ibid. v. 98.

Ὀξὺς Ἀρίστιππος πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας
Φεύγων οὐδαμένου ἐξεφόρησε βίω.

Moscov. Escur. Paris. 1. Nec *Falconerus* offendit, nec *Breguignyus* T. I. p. 16. Idem L. VI. T. II. p. 305. Lips. Ἐὰν δὲ μηδὲν παρ' ἐκείνων ἔχομεν — Cod. Moscov. bene ἔχωμεν. Ita etiam in Excerpt. Gr. Gr. Dionys. Thr. ap. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VI. p. 313. ed. Harl. compluries deinceps ὅταν cum indicativo junctum occurrit, ubi semper cod. Venet. Villois. conjunctivum praebet. Quare non dubito, quin etiam Cap. XI. ἢ ὅταν βραχεῖα οἷσα καταπεραιοῖ εἰς μέρος λόγου καὶ τὴν ἑξῆς ἔχει — scribendum sit ἔχῃ. Aristoph. Thesmoph. v. 376. ἣν ἄλις ἔσθ' ἡμῖν σχολή corrigit *Porsonus* in notis ad Aristoph. Brunck., quas editioni novae Pluti Hemsterhusiani attexuit *Schaeferus* p. 569. Forsitan idem vitium eximendum est Stephano Byz. s. v. Γετία. ὅταν ἐπικηρυκεύονται, ubi Eustath. ad Dionys. Per. v. 304. melius ἐπικηρυκεύωνται, eidemque s. v. Νάξος. ἐὰν — γράφεται, quae vox peculiari forma in Codd. exaratur, unde lapsus facilis. cf. *Berkel.* ad Steph. Byz. p. 49. *Bast.* in Commentat. Palaeograph. p. 802. *Porson.* in Postscript. varr. lectt. cod. Harlej. in Hom. Odyss. *B.* 244. *Mos. Solan.* ad Lucian. Ver. Hist. I, 23. Schol. T. II. p. 89. Reitz. Nec magis ferenda est vitiosa structura in Schol. Apoll. Rhod. I, 262. Paris. ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχει, pro quo Vet. Schol. et Hom. Il. λ, 269. ἔχῃ, ubi *Heynius* T. VI. p. 167. hujus Schol. non meminit. Ap. Grammat. post *Herm.* libr. de Em. R. Gr. Gr. p. 461. ἂν θέλῃς, ἣν βούλει scrib. βούλῃ. cf. Joann. Gramm. ap. *Maittair.* de Dial. p. 80. ed. Sturz. [In eodem Gramm. *Herm.* p. 463. post παραβολὴν inserendum videtur ὡς τό, quod absorpsit sequens ὥστε. Ibid. p. 467. pro στεναγμῶν reponendum στεναγμάτων ex Sophocl. Oed. Tyr. v. 5. Similia, advocato in testimonium eodem Tragici loco, habent Schol. Plat. in *Siebenk.* Anecdd. p. 10. et Schol. Apollon. Rhod. I, 1079.] Schol. Aesch. Prom. in *Faehsii* Sylloge p. 12. ὅταν ποιῇ — καὶ λέγει scrib. λέγῃ. Excerpt. ex Georg. Lecapen. Gr. Gr. in *Matthaei* Lectt. Mosqq. T. I. p. 68. ὅτε μὲν — λαμβάνηται, ὅταν δὲ — scrib. ὅταν. Omnem medicinam respuunt hi loci: Lex. Ms. ap. *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 647. ed. Harl. ὅταν οὖν ἐβούλοντο — ἐὰν καὶ ἔλεγεν ὁ κύριος. Schol. Min. Hom. Il. *E*, 389. ἐὰν μὴ ἀπήγγειλε τῷ Ἑρμῇ. Schol.

Ita Ms. Venet. et Med. ap. *Ruhnk.* ad h. l., qui, caetera intacta relinquens, particulam δ' ejiciendam censet. Servari poterit, si sub versus initium scripseris Ὀξὺν Ἀρίστιππον idque cum antecedentibus copulaveris. Reliqua ut probabiliter sanentur, suspicatus sum οὐδὲ μένων ἐξεφόρησε βίον, *nec manens vitam pertulit*, h. e. nec sine Laide vitam sibi esse putavit vitalem; in quo tamen, ut verum fatear, magis mihi placet sententia, quam orationis forma. Possis etiam οὐδ' ἀνέμων ἐξεφοβεῖτο βίαν. Namque si, quae Diog. Laert. II, 71. et Aelian. V. H. IX, 20. tradunt de Aristippi in Isthmum navigatione, recte ad hoc Laidis visendae gratia institutum iter referuntur, vehementissima maris tempestate correptus summum adiit vitae discrimen. Verumtamen *Ruhnkenio*, tanto viro, caecutiente, nec mihi turpe erit tenebras huic loco offusas dispellere non posse.

ALCAEUS MESSENIUS.

V, 8. (T. I. p. 487. Br. T. I. p. 238. Jac.)

— ἐν δὲ Λυαίου
νηῷ φόρμιγγα θήκατο καὶ καλάμους.

Excidisse videtur C ob similitudinem sequentis Θ, vel omissum esse a librariis de numero anxiis. Scribendum igitur additâ istâ literulâ φόρμιγγας. Deest hoc epigramma in Cod. Vat. Nullum vero novi praeter hoc syllabae ab Alcaeo Mess. productae exemplum. Namque de ὁ παρθένιτας in Ep. XXI, 1. cf. *Hermann.* ad Orph. p. 766. *Schaefer.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 629. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 141. sq. Vix notatu dignae

---

Harlej, Odyss. Λ, 497. ἐὰν ἦλθον τοιοῦτος. Eustath. ad Hom. Il. Α, 56. κἂν βασιλεὺς ἦσαν. Phrynich. in *Bekkeri* Anecdd. Grr. T. I. p. 38, 13. κἂν Ὅμηρος εἴπεν. Ibidem T. I. p. 413, 32. Ἄορνος λιμήν. Legendum videtur λίμνη, quod suadent et res ipsa et sequentia et frequens harum vocum permutatio. cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 101. et 624. Veterum de hac λίμνῃ loca congesserunt *Casaub.* ad Strab. L. V. p. 373. sq. ed. Almel. *Wesseling.* ad Diod. Sic. L. IV. T. I. p. 267. *Beckm.* ad Aristot. Mir. Auscultt. p. 220. sqq. *Tzschuck.* ad Pomp. Mel. II, 4, 9.

sunt merae librar. hallucinationes in Cod. Vat. Ep. VIII, 10.

θῆρα, τὸν ὀρχησμὸν αὐτομαθῆ Κυβέλης.

Ep. XIX, 6.

Ἀσωπὸς γοερὸν ἦχον ἀπὸ στομάτων.

Ex Planude ervarunt *Br.* et *Jac.* in Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 255. et 428. γοερῶν et ὀρχησμῶν s. ὀρχηθμῶν, quae variatio reperitur etiam in Lucian. de Salt. XXIII. T. II. p. 281. R.

LEONIDAS TARENTINUS.

LXXXV, 2. (T. I. p. 242. Br. T. I. p. 176. Jac.)

Ἠρίον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοιο καλύπτεις
ὀστέον, οἵην, γᾶ, ἀμφέχανες κεφαλήν;

Sic olim vulgabatur. Sed *Br.* et *Jac.*, hic etiam in Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 440. ex Cod. Vat., ut videtur, scripserunt γαῖ', quemadmodum v. 10. γαῖ' ἐρατή, ubi olim eodem modo peccabatur.

In ejusdem vero epigrammate, quod *Jacobs.* in Nov. Anth Pal. T. I. p. 450. edidit, v. 7. et sq.

ἐκ τοίης, ὤνθρωπε, ἀπηκριβωμένοι ὀστῶν
ἁρμονίης, ὕψος, ἦρα, καὶ νεφέλας·

idem V. D. utrique hiatui succurrere studet ita, ut corrigendum proponat κατηκριβωμένος et ὑψοῖς. Sed Grammaticum quendam habet auctorem, de quo quid sit sentiendum, eruit *Jac.* in Animadvss. ad Anth. Gr. T. VII. p. 126. sq., ubi eosdem versus olim publici juris fecerat.

HEDYLUS.

II, 6. (T. II. p. 526. Br. T. I. p. 233. Jac.)

— ὡς δ' ἐπιλάμπει
ἡ χάρις· ὥστε, φίλε, καὶ γράφε καὶ μέθυε.

Haud cunctanter emendo φίλος ex permutatione creberrima. Vid. *Hermann.* ad Orph. p. 744. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 149. et 157. et ad Anthol. Gr. T. XIII. p. 106. coll. quos citat *Matth.* in Gr. Gr. p. 429.

DIOSCORIDES.

VII, 2. (T. I. p. 494. Br. T. I. p. 245. Jac.)

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν, ὅρκον ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης ἔθετο Σωσιπάτρῳ φιλίην.

Auctor hujus lectionis est *Brunckius*. Veram Codicis Vat. scripturam, probatam ex parte ab *Hermanno* ad Orph. p. 767., exhibuit *Jacobsius* in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 98.

— ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.

XXXII, 4. (T. I. p. 502. Br. T. I. p. 253. Jac.)

— παῖδα δὲ δαίμων
ἔφθασεν, οὐδ' αὐτὸν εἴκοσιν ἠελίων.

Scribe, quod sensus summopere commendat, ex Cod. Vat. et tribus Aldin. αὐτῶν, uti nunc edidit *Jac.* in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 353.

POSIDIPPUS.

XIV, 2. (T. II. p. 49. Br. T. II. p. 50. Jac.)

Λύσιππε, πλάστα Σικυώνιε, θαρσαλέη χείρ,
δάϊε τεχνῖτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ, —

Pervulgatus est Grammaticorum canon de diversa mensura τῆς κλητικῆς τῆς ά κλίσεως εἰς ης et ας. cf. Regul. Prosod. post *Hermanni* libr. de Emend. R. Gr. Gr. p. 422. Drac. Straton. de metr. p. 109, 16. Epigrammatarii vero poëtae syllabas ex hac lege corripiendas haud rarenter producunt. Loca ipsa indicavit *Hermannus* ad Orph. p. 769., quibus addo Phan. Ep. VII, 1. Hinc quoque improbanda est *Brunckii* nimis calida emendatio in Glauci Ep. III, 3, cum *Jacobsio* ad Anth. Gr. T. XIII. p. 49. — Veniam itaque locus hic nanciscetur satis firmam.

THEODORIDAS.

XVIII, 2. (T. II. p. 45. Br. T. II. p. 46. Jac.)

πέτρος ἐγὼ τοπάλαι γυρή, καὶ ἄτριπτος ἐπιβλής,
τὴν Ἡρακλείτου ἔνδον ἔχω κεφαλήν.

Post Ἡρακλείτου inserendum esse δ', quod offert Cod. Vat., viderunt jam *Dorvillius* ad Charit. p. 594. ed. Lips. *Jacobsius* ad Anth. Gr. T. VIII. p. 133. T. XII. p. 465. T. XIII. p. 22. in Actt. Monacc. T. I. p. 142. et assumtum est in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 453.

ANTIPATER SIDONIUS.

XXVIII, 6. (T. II. p. 14. Br. T. II. p. 14. Jac.)

— τί δὲ τὸ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν
ὄλλυται εἴτε λύκος, εἴθ' ὑπὸ τοῦ φύλακος;

Ita Cod. Vat., unde *Br.* dedit λύκων. — „At rectius λύκοις „legetur cum Planude, structurâ eleganter variatâ.“ Verba sunt *Jacobsii* in Actt. Monacc. T. I. p. 161. quae mea facio. Idem fere sentiebat V. D. in Animadvv. ad Anth. Gr. T. VIII. p. 37.

LIX, 2.

Βακχυλὶς ἡ Βάκχου κυλίκων σποδός, ἔν ποτε νούσῳ
κεκλιμένη, Ζηνὶ τοῖον ἔλεξε λόγον.

Sic legitur in Planude. *Brunckius* in his male partim, partim bene rem gessit; male, quod edidit ἔκ ποτε νούσω κεκλιμένα, quum antiqua lectio cum *H. Steph.* in Thes. L. Gr. T. II. p. 252. esset retinenda; dicunt enim Graeci simillima ratione δεδεμένος ἐν πέδαις. cf. *Jacobs.* in Additam. Animadvss. ad Athen. p. 73. et quos ibi allegat: bene vero, quod *Ζηνὶ* mutavit in *Δηοῖ.* Quod quam verum sit, ut appareat, ipsius adscribam verba: „In Pla-„nudea *Ζηνὶ τ.* Illud *Ζηνὶ* in nullo Cod. inveni. Omnes „habent *Διΐ*, quod ob pravam pronuntiationem corru-„ptum est e sincero *Δηοῖ*, quod exhibet Vat. membr. „Cum *Διΐ* metro repugnaret, mutaverunt editores in „*Ζηνί.*“ Cf. de hac permutatione *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 1700. *Erfurdt.* ad Sophocl. Electr. v. 1093. Circumspecte igitur *Jacobsius* in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 281. Cod. Vat. auctoritatem secutus, ἔν ποτε νούσῳ et *Δηοῖ* excudi jussit.

LXXVIII, 4.

— αἵ τοι ἵκοντο
μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένοις θάνατον.

Monace. T. I. p. 170. sq. et in Addend. T. XIII. p. 16. Sed *Hermanno* ad Orph. p. 770. αἴφνης arridere videtur.

ANTIPHILUS.

XXV, 2. (T. II. p. 176. Br. T. II. p. 161. Jac.)

Ἄρτι με πηγνυμένην ἄκατον τρόπιν ἔσπασε γείτων
πόντος, κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος.

Nullus hic conjecturae locus videtur relictus ob dictiones, quae imitationis speciem prae se ferunt: Ep. XXVI, 2. καὶ χέρσῳ βαιὸν ἐρεισαμένην. Ep. Adesp. 434, 6. χεύματα κὴν χέρσῳ λοίγια, κὴν πελάγει: nisi forte μηνάμενος κατ' ἐμὲ legendum statueris. Sed in Planud hoc epigr. diserte tribuitur *Cyllenio* cuidam, de cujus aetate ne hilum quidem constat, cujusque epigrr. duo in eodem argumento versantia leguntur Anth. T. II. p. 282. Br. T. II. p. 257. Jac.

Ep. in Cod. Vat. p. 492. v. 6.

πλεύσομαι εὐαεῖ θαρσαλέως Ζεφύρῳ.

Edidit *Huschkius* V. Cl. in Anal. Crit. p. 222. et *Jacobsius* in Paralipp. T. XIII. p. 684., qui ad hiatum vitandum εὐαεῖ scripsit.

POLYAENUS.

IV, 2. (T. II. p. 287. Br. T. II. p. 263. Jac.)

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο τιθηνητήριον οὖθαρ
ἔμπλεον εἴδουσα πικρὸς ἔτυψεν ἔχις.

Vulgatam hanc lectionem *Br.* mutavit sic:

ἔμπλεον οἰδούσης λιγρὸς ἔτυψεν ἔχις.

Cod. Vat. a vulgata nihil differt, nisi in eo, quod πικρὸν habet. *Br.* ob sequens πικρὸν γάλα non debebat πικρὸς spernere, ut existimat etiam *Jac.* ad h. l. T. IX. p. 319. Sed οἰδούσης, quo nihil substituere possum aptius, debetur *Scaligeri* nescio utrum conjecturae, an lectioni. In ultimo vero versu *Grotius* vertit:

Et vivit soboles morte redemta mater.

Quod nisi vitium inest describentis, voluit *parens* vir harum rerum, si quis alius, peritissimus.

ALPHEUS MITYLENAEUS.

VIII, 2. (T. II. p. 130. Br. T. II. p. 117. Jac.)

Ἡρώων ὀλίγαι μὲν ἐν ὄμμασιν, αἱ δ᾽ ἔτι λοιπαὶ
πατρίδες οὐ πολλὸν αἰπύτεραι πεδίων.

Haec est *Br.* lectio, quae unde petita sit, ignoratur; nam Vat. et Planud. habent *πολλῶν*, unde *Hermannus* ad Orph. p. 767. *πολλόν γ'*, *Jacobsius* in Actt. Monacc. T. I. p. 161. *πολλῷ γ'* corrigebat.

CRINAGORAS.

XLV, 2. (T. II. p. 152. Br. T. II. p. 140. Jac.)

Δείλαιοι, τί κεναῖσιν ἀλώμεθα θαρσήσαντες
ἐλπίσιν, ἀτηροῦ αἰσθόμενοι βιότου;

ω ω

Ita vulgo. Cod. Vat. *ἀτηροῦ αἰθόμενοι θανάτου*, unde *Br.* laudabiliter fecit *ἀτηροῦ ληθόμενοι θανάτου*, quem sequutus est *Jac.* in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 415.

Ep. in Cod. Vat. p. 494.

κήμοὶ γὰρ Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ᾽ ἀήτῃ
ὤρεξας πρηεῖ ἀσπασίω λιμένας.

Edidit *Huschkius* in Anal. Crit. p. 218. sq., qui optime emendavit *πρηεῖς Ἀσπασίῳ λ.*, quod recepit *Jac.* in Paralipp. T. XIII. p. 687.

PARMENIO.

VIII, 2. (T. II. p. 202. Br. T. II. p. 186. Jac.)

Παιδὸς ἀφ᾽ ὑψηλῶν κεράμων ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα
κύπτοντος (Μοῖρα νηπιάχοις ἄφοβον)
μήτηρ ἐξόπιθεν μαζῷ μετέτρεψε νόημα.

Vulgo *Μοῖραν*. Quod quum non habeat, quo referatur, laudat *Jac.* ad h. l. T. IX. p. 114. *Brunckium*, qui ex Cod. Vat. evulgavit *Μοῖρα*. Mihi legendum videtur *Μοῖραι*. Nempe in codd. *αι* et *α*, praesertim in fine vocabulorum, ne unculo quidem differunt, sed pro captu lectoris alterutrum assumitur. cf. *Bast.* Comment. Palaeograph. p. 704. sq. Ex Leonid. Alex. Ep. XXIX., in

quo eadem res tractatur paulum variata, nihil in usum h. loci proficitur.

XIV, 2.

Παρθενικῆς τάφος εἰμ' Ἑλένης, πένθει δ' ἐπ' ἀδελφοῦ
προφθιμένου διπλόα μητρὸς ἔχω δάκρυα.

Cod. Vat. et Planud. tenacissime consentiunt. Nihilo tamen minus persuasum mihi habeo de veritate conjecturae *Jacobsii* διπλᾶ, quam stabilivit in Actt. Monacc. T. I. p. 137. et ad Anth. Gr. T. XIII. p. 14., nec vituperandus est, quod ita edidit in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 359.

PHILIPPUS.

LXXXIV, 4. (T. II. p. 235. Br. T. II. p. 219. Jac.)

ἀθάνατον ποιεῖ οὐ λόγος, οὔτε θεός.

Totum epigramma ex fide Cod. Vat. editum in Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 410. Tres nempe versus priores sunt genuini, quos excipiunt interpolati hi:

δ' ἐν φ
ἦλθεν εἰς αἴδαο δέμας, ψυχὴ δ' ἐς Ὄλυμπον
τέρπετ' ἅμα Ζηνὶ καὶ ἄλλοισιν μακάρεσσιν·
ἀθάνατον δὲ οὔτε λόγος ποιεῖν, οὔτε θεὸς δύναται.

„Ultimus horum versuum, si a Philippo est, sic scribendus videtur: ἀθάνατον δὲ ποιεῖν οὐδὲ θεὸς δύναται." *Jac.* l. l. Eandem conjecturam cum lectoribus communicaverat in Animadvss. ad Anthol. Gr. T. IX. p. 209. sq.

ANTIPATER THESSALONICENSIS.

LXX, 2. (Lectt. p. 155. Br. T. II. p. 114. Jac.)

Πέντε Διωνύσοιο θεραπνίδες αἵδε σαω τεω
ἐντίνουσι θεαῖ ἔργα χοροστασίης.

Sic *Br.* e Cod. Vat. protulit, ubi vero θεᾶς, non θεαῖ, legitur. Exinde *Jacobsius* ad h. l. T. IX. p. 342., admissa *Br.* conjectura in v. 1., cum *Schneidero* effecit:

— αἵδε σαώτεω
ἐντύνουσι θοῆς ἔργα χοροστασίης.

CN. LENTULUS GAETULICUS.

III, 2. (T. II. p. 166. Br. T. II. p. 152. Jac.)

Λάζεο, τιμήεσσα Κυθηριάς, ὑμνοπόλοιο
αἶψα τάδε κλυτὰ δῶρα Λεωνίδεω.

Ita profert Suidas s. v. αἶψα. T. I. p. 664., apud quem *Toupius* in Cur. Novissim. T. II. p. 194. ed. Lips. ex h. l. Anthologiae κλειτοῦ scribendum esse censet. Cod. Vat. κλυτοῦ, ex quo *Jac.* T. IX. p. 32. verisimillimam hanc lectionem expiscatus est:

λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω·

quam novis argumentis corroboratam repetiit in praef. ad Nov. Anth. Palat. T. I. p. LVIII. et in ordinem migrare jussit p. 245.

LOLLIUS BASSUS.

III, 10. (T. II. p. 160. Br. T. II. p. 147. Jac.)

ὄξος ἂν αἰτήσω, τόξον φέρει· ἂν δέ γε τόξον,
ὄξος· ὅλως δ' ὃ λέγω, οὔποτ' ἐπαισθάνεται.

Jacobsius in Catal. Poett. Epigr. T. XIII. p. 867. (coll. Addend. ad h. l. T. XIII. p. 4.) hoc epigramma *Nicarcho* vindicandum esse statuit; sed nec istius aetas in ea tempora incidit, quibus hunc hiatum possimus ignoscere. Num a poeta profectum esse dices:

ὄξος· ἐπαισθάνεται δ' οὔποθ' ὅλως, ἃ λέγω.

Ex Cod. Vat. sumsi ἅ. At non ibo infitias, violentiorem esse hanc transpositionem.

AMMIANUS.

XXIV, 4. (T. II. p. 389. Br. T. III. p. 97. Jac.)

ἤδη σοι προλέγω, Ὠριγένης λέγομαι.

Ibid. v. 1. *Εἰ μὲν τοὺς ἀπὸ Ἄλφα μόνους κέκρικας κατορύσσειν.* Sola haec apud Ammianum notavi hiatus exempla. Namque Ep. XII, 2. vel cum Planude auctor habendus est Palladas, vel πρὸ, quemadmodum in epicis poëtis, veniam habet, quod elidi nequit. cf. *Herm.* ad Orph. p.

737. Ep. XXVII, 2. vero legendum est sine ulla haesitatione ἂν δ' ἰατρεύῃ. Quod si res, quae h. l. narratur, Valente imperante accidit (cf. *Jac.* T. X. p. 145. sq.), carmen non videtur ad Ammianum auctorem referendum esse. vid. *Jac.* in Catal. Poëtt. Epigr. T. XIII. p. 840. sq. Praeterea vero utrinque nomina propria fruuntur aliqua excusatione. Servavi etiam σοὶ ex Cod. Vat. pro καὶ, quod infersit *Br.*, cum *Jac.* ad h. l. T. X. p. 146. et in Actt. Monacc. T. I. p. 282.

LUCILLIUS.

CXXI, 6. (T. II. p. 342. Br. T. III. p. 53. Jac.)

— ἕξεις, Νουμήνιε, τέκνα,
χαλκὸν ἔχων· πτωχὸς οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

Acutissime *Hermannus* ad Orph. p. 768. δ' inseruit, idque auctoritate sua nunc comprobavit Cod. Vat. Cf. *Jac.* in Addend. T. XIII. p. 48. Sed additum legitur jamjam in Ed. HSt. p. 20., quod *Jac.* monere omiserat.

X, 4.

— καὶ τὰ παρ' αὐτῷ
μᾶλλον ἰδεῖν φρίσσει, ἢ ποτε τὸ στάδιον.

Revocanda est constans codd. et editt. lectio φρίσσων cum *Hermanno* ad Orph. p. 770. et *Jacobsio* in Addend. T. XIII. p. 40.

XXVI, 4.

ποῦ μοι χορτασίῃ ὀστρακίνων πινάκων;

Hermannus ad Orph. p. 771. transponendo sanare studuit:

ὀστρακίνων ποῦ μοι χορτασίῃ πινάκων;

Praeplacet nunc *Jacobsii* emendatio χορτασίην in Addend. T. XIII. p. 41. sq.

XCIX, 8.

χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσπασίως.

Nihil verendum est; namque „deest, inquit *Br.* ad h. l., „hic versus in omnibus codd. et in duabus primis editt., „additus ab Aldo in secunda." Idcirco suffragor senten-

tiae *Jacobsii* in Addend. T. XIII. p. 47. recentioris commatis hunc versum esse pronuntiantis. *)

NICARCHUS.

XXXV, 6. (T. II. p. 357. Br. T. III. p. 67. Jac.)

— *Ζεὺς ἡνίκα τὸν Γανυμήδην*
ἥρπασε, τῇδ' αὐτὸν, οἶμαι, ἔχων ἀνέβη.

Immerito *Br.*, *οἶμαι* de suo addens, proscripsit *φαίνει*, Cod. Vat. lectionem, restituendam illam cum *Hermanno* ad Orph. p. 765., utpote unice genuinam.

STRATO.

III, 4. (T. II. p. 359. Br. T. III. p. 68. Jac.)

κωκωτὴν φῦσαν ἄρτι καταρχομένην.

Sic Cod. Vat. Recte edidit *Br.* *κοκκωτὴν φυσᾶν*, prius ex *Salmasii*, ex sua conjectura posterius, quod etiam in Apogr. Lips. ita exhiberi monet *Jacobs.* ad h. l. T. X. p. 52.

LVIII, 2.

Νῦν ὀρθὴ, κατάρατε, καὶ εὔτονος, ἡνίκα μηδέν·
ἡνίκα δ' ἦν ἐχθὲς, οὐδὲν ὅλως ἀνέπνεις.

---

*) Lucill. Ep. I, 3.

Σὺν κναὶ καὶ λόγχαις ταῖς πρὶν συσφόντισι Μάρκος
μηδὲν ἑλὼν, αὐτοὺς τοὺς κύνας ἐκρέμασε.

Vocabula *ταῖς πρὶν* sine lacunae indicio omittuntur in Cod. Vat. Ed. Flor. et Ald. pr.; quare ea *Jacobsius* in Actt. Monacc. T. I. p. 131. non temere a Planude, versus in fine mutili resarciendi causa, intrusa esse suspicatur; aliis, quid exciderit, indagandum relinquens. Perfrictae frontis suspicionem non movebo, si hoc suscipere ausus fuero, nec, si secus quidquam fecerim, veniam me non impetraturum spero. Legendum igitur videtur *ΜΑΡΚΟΣ 'Ο 'ΑΡΓΟΣ*, quem hanc ipsam ob *ἀεργίαν* Lucillius multis nominibus perstringit. Ep. CVIII, 1. *Εἰς φυλακὴν βληθεὶς ποτε Μάρκος ὁ ἀργός, ἑκοντὶ, Ὀκνῶν ἐξελθεῖν, ὡμολόγησε φόνον.* Ep. CIX. *Τῆς νυκτὸς τροχάσας ἐν ὕπνοις ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργός Οὐκέτ' ἐκοιμήθη, μὴ πάλι που τροχάσῃ.* Quâ conjecturâ admissâ, detruncationis simul aliqua apparebit ratio.

X

Scribendum videtur apud hunc turpiculum perditissimae nequitiae magistrum μηδέν.

LXXVIII, 2.

Πέντ' αἰτεῖς, δέκα δέξο καὶ εἴκοσιν· ἀντία δ' ἕξεις.
ἀρκεῖ σοι χρυσός· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

Ita *Br.*; sed Cod. Vat. *Πέντ' αἰτεῖς δέκα δώσω καὶ εἴκοσι δ' ἀντία ἕξεις ἀ. σ. χρυσοῦς.* Unde *Jac.* in Act. Monacc. T. I. p. 161. sq. elicuit:

Πέντ' αἰτεῖς, δέκα δώσω· ἐείκοσι δ' ἀντί ἀφέξεις —
ἀρκεῖ σοί; — χρυσοῦς· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

hoc sensu: „Quinque rogas; decem dabo; quin viginti „tibi repraesentabo aureos. Num hoc sufficit? Sufficeret „vel Danaae." Nuperrime vero *Meinekius* V. D. in Cur. Crit. in Comic. Gr. fragm. p. 19. hanc emendationem proposuit:

α. *Πέντ' αἰτεῖς;* β. *δέκα δὸς καὶ ἐείκοσιν· ἀντία δ' ἕξεις.*

α. *ἀρκεῖ σοὶ χρυσοῦς· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.*

lepide, addens, finxisse poëtam, aureo Danaen a Jove adductam fuisse, ut secum concumberet Utralibet sententia tibi probetur, vel tertiam comminiscaris etiam licet probabiliorem, brevis tamen syllaba. vel Cod. Vat. auctoritate, ex versu medio est propellenda.

LXXXIII, 2.

Ἢν ἐσίδω τινὰ λευκόν, ἀπόλλυμαι· ἢν δὲ μελίχρουν,
καίομαι· ἢν ξανθόν, εὐθὺς ὅλως λέλυμαι.

Hermannus ad Orph. p. 768. opportune inserit δ', probante *Jac.* in Addend. XIII. p. 61.

EP. ADESP. ap. PAUSANIAM.

CXXXV, 2. Paus. V, 22, 2. T. II. p. 98. ed. Fac.

— τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.

Codd. *Facii* nihil opis ferunt. Pausanias ipse ἐλεγεῖον ἀρχαῖον vocat. Legendumne levi trajectione:

ᾤκισεν Ἰονίῳ Φοῖβος ἀκερσεκόμας,

LUCIANUS.

IX, 6. (T. II. p. 310. Br. T. III. p. 23. Jac.)

> εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν
> στριφνήν, τὸν πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον.

Sic Br., sed Cod. Vat. στρυφνὴν et οὐ π. quod in nonnullis Planud. codd. et editt. omittitur. Praeclare emendavit *Hermannus* ad Orph. p. 768.:

> εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν,
> στρυφνήν, ἡ πινυτὸν δήν οἱ ἔκλεπτε νόον,
> ᾔτησεν παρὰ προςδοκίαν.

hoc, inquiens, poëtam sibi velle: *ubi vulvam vidit, quae jam diu tenebat exspectantem, poposcit.* Assentientem sibi habet *Jacobsium* in Actt. Monacc. T. I. p. 164. et in Addend. T. XIII. p. 37., qui tamen mutationi δήν οἱ propterea diffidit, quod Lucianus a licentia syllabam pentametri mediam corripiendi non se abstinuerit, laudans Ep. X, 2.

> τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

ubi, quid *Br.* transpositione,

> τοῖς σου τρῶγε ποσί, καὶ τρέχε τῷ στόματι,

quam a *Salmasio* excogitatam probaverat etiam *Dorvillius*, lucremur, prorsus se intelligere negat; *Scaligeri* autem correctione τοῖς ποσί σου τρῶξον perire lepidam alliterationem τρῶγε — τρέχε, neque se magis admittere mutationem leniorem τ. π. σ. τρώγειν, ob

Ep. XXI, 2.

> οὔτε λόγον κοινόν, οὔτε λογισμὸν ἔχων

et Ep. XXXII, 2.

> ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

Revera sane Lucianus, licet alioquin rerum metricarum non fuerit negligentissimus, in his aliquantisper videtur sibi indulsisse. Quantumvis igitur Ep. XXXIII, 2. οὐ λήσεις δὲ θεούς, οὐδὲ λογιζόμενος Vat. Cod. et Planudeorum unus, qui θεὸν repraesentant, nihil nos morentur; caetera tamen exempla ad unum omnia corrigi, salvâ verecundiâ, vix possunt. Atque eorum quidem poëtarum, qui post Lucianum vixerunt, inveniuntur haud pauci,

in quibus talia conjecturis vexare hoc est summam prodere temeritatem. Quod vero non ita velim accipi, ut singulos quosque poëtas aetate nobis illo propiores hoc vitio laborare putem; immo vero quo quisque meliores antiquitatis scriptores imitandos sibi proposuerat, eo magis cavit, ne justas metri leges violaret: tantumque abest, ut versus hanc in rem peccantes communi serioris aevi labe excusem, ut eos nihilo secius, ubi cum manifesta corruptelae suspicione lene in promtu est mali remedium, emendandos esse quovis pignore contendam.

DORIEUS ap. ATHENAEUM.

Ep. v. 2. (T. II. p. 63. Br. T. II. p. 62. Jac.)

τετρωετῆ δάμαλιν ἐν Διὸς εἰλαπίναις —

Servavit Athen. L. X. p. 412. et particulam posteriorem Eustath. ad Hom. Odyss. p. 206, 38. Exigua mutatione forsan scribendum est *δαμάλην*. De utraque forma vid. Intpp. ad Greg. Cor. p. 57. ed. Schaef. coll. *Maittair.* de Dialect. p. 267. ed. Sturz. Similiter dicitur *ἄσις* et *ἄση*. cf. *Herm.* ad Orph. p. 711. *ἴγδις* et *ἴγδη*. vid. *Jacobs.* ad Anth. T. XI. p. 86. coll. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. v. 710., et quae sunt ejusdem generis alia. *)

EP. ADESP. ap. ATHENAEUM.

CCCXCIV. a. v. 2.

— οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοιήδε καὶ ξυνάπασα πόλις.

Vulgo ap. Athen. X. p. 442. F. *τοίη δή*, neque aliter in Ed. HSt. p. 533. legitur, quo nihil dici potest elegantius. Vitii auctor exstitit *Brunckius*.

PHRONTO.

I, 4. (T. II. p. 346. Br. T. III. p. 56. Jac.)

καί σε ποθήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην.

---

*) *Schweighaeuserum* *δαμάλην* ex vet. cod. recepisse me monuit *Spitznerus* de hac re consultus.

Conjicit *Hermannus* ad Orph. p. 768. καὶ δέ σε ποιήσουσ' αἱ ι.'*A*. *Jacobsius* in Addend. T. XIII. p. 49. καὶ ποιήσουσίν σ' αἱ ι.'*A*. Idem tamen propter ea, quae monuit ad Luciani epigr., nihil fortasse mutandum esse censet.

DIOGENES LAERTIUS.

Vit. Anaxarch. IX, 10, 2.

— τάδε λέξει
ῥήματα Περσεφόνῃ· ἔῤῥε μυλωθρὲ κακέ.

Idem extstat in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 343.

GREGORIUS THEOL. NAZIANZ.

Tanta apud hunc meliorem fidei christianae, quam poëticae elegantiae, praeceptorem sese offert tum aliarum legum metricarum, tum mediae pentametri syllabae neglectio, ut, brevitati quum studeam, si exempla in *Anthologia Palatina* obvia tantum indicavero, satisfecisse me lectoribus existimem. Alii enim libri ob summam talium rerum in iis, quibus versor, literarum ἐσχατιαῖς pauperiem ad manus non fuerunt. Corripuit Theologus mediam pentametri syllabam in his locis Anthol Pal. T. I. p. 541. Nr. 9. v. 2. p. 545. Nr. 13. v. 2. 4. et 6. p. 554. Nr. 22. v. 4. p. 516. Nr. 27. v. 2. nisi probanda est *Jac.* conjectura. p. 553. Nr. 51. v. 2. p. 569. Nr. 112. v. 4. p. 571. Nr. 118. v. 4. p. 572. Nr. 121. v. 4. p. 576. Nr. 139. v. 6. nisi, quod *Jac.* fecit, codicis Vat. ex altero loco lectionem receperis. p 582. Nr. 161. v. 6. p. 586. Nr. 166. v. 4. p. 586. Nr. 174. v. 2. p. 587. Nr. 177. v. 6. p. 592 Nr. 196. v. 4. p. 593. Nr. 198 v. 2. — Hiatum eadem sede admisit: p. 540. Nr. 5. v. 2. et 6. p. 541. Nr. 9. v. 4. p. 252. Nr. 45. v. 2. Nr. 47. v. 4. p. 554. Nr. 52. v. 4. p. 556. Nr. 60. v. 2. Nr. 62. v. 2. p. 557. Nr. 67. v. 4. p. 559. Nr. 77. v. 4. p. 560. Nr. 80. v. 2. p. 563. Nr. 89. v. 4. Nr. 92. v. 4. p. 570. Nr. 121. v. 2. p. 576. Nr. 136. v. 2. p. 577. Nr. 146. v. 6. p. 581. Nr. 158. v. 2. p. 585. Nr. 168. v. 2. p. 588. Nr. 180. v. 2.

PALLADAS.

XXXI, 4. (T. II. p. 413. Br. T. III. p. 121. Jac.)

οὐκ ἐθέλω ΔΟΜΙΝΕ· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Nulla hîc subnasci potest corruptelae suspicio, judicante etiam *Jac.* in Addend. T. XIII. p. 69.

XCII, 2.

Τὸν θῶ, καὶ τὰς κνῆ, τάν τ' ἀσπίδα, καὶ δόρυ, καὶ κρᾶ
Γορδιοπριλάριος ἄνθετο Τιμοθέῳ.

Neque hoc loco, praesertim in nominibus propriis tantae longitudinis et in *ἀναθήματι πεπαιγμένῳ*, quemadmodum vocatur hoc ep. in Cod. Vat., mutandum aliquid putaverim. *Τιμοθέῳ* vero pro *Τιμοθέου Br.* exstat in eodem Cod., unde recepit *Jac.* in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 214.

LXVI, 2.

τοῦ ξεινικοῦ θανάτου ἐγγύθεν ἐρχόμενος —

Prona foret verborum transpositio, sed tutius manum abstineo. Neque aliter Cod. Vat. in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 515.

JOANNES BARBUCALLUS.

VIII, 2. (T. III. p. 13. Br. T. III. p. 234. Jac.)

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἄπολις πόλις, ἄμμιγα νεκροῖς
ἐνναέται; κεῖμαι ἁ παναποτμοτάτα.

Vix emendationem huic loco admoveri posse recte judicat *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 280.

SOPHRONIUS.

II, 4. (T. III. p. 126. Br. T. IV. p. 96. Jac.)

— υἱὸς ἐτύχθη
εὐγενέος Στεφάνου· ἦν δὲ νομεὺς Φαρίης.

et v. 8.

οὐδ' ἐμοῦ ἐστι νόου, οὐδ' ἑτέρων στομάτων;

ubi nescio, an opus sit *Jac.* emendatione *κοὐδ'*, cui adeo in textu locum concessit in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 513. Fieri tamen potuit, ut auctoritate aliqua, quam ignoro, sit communita.

Haec habui, quae de media ista syllaba in iis poëtis, quorum aetas quodammodo potest definiri, cum lectoribus communicarem. Sequitur nunc, ut ad eos transgrediar, qui sunt *incertioris aevi.*

ARCHIAS.

IX, 6. (T. II. p. 94. Br. T. II. p. 82. Jac.)

τῶν ὁ μὲν ἐν ξυλόχοισιν, ὁ δ' ἠερίῃσιν ἐν ἄγραις
αἰὲν, ὁ δ' ἐν πελάγει εὔστοχον ἄρκυν ἔχοι.

Emendationem vix h. l. admittere videbatur *Jacobsio* in Actt. Monacc. T. I. p. 280., sed in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 242. suspicatur ἐκ πελάγευς. Sic Arch. Ep. VIII, 5. οἷς σὺ δι' αἴθρας Καὶ γᾶς καὶ πελάγευς εὔστοχα πέμπε λίνα.

ARSENIUS.

Ep. v. 2. (T. III. p. 143. Br. T. IV. p. 111. Jac.)

Ἕκτορ, ἂν ἀντ' ἐμέθεν ἤλυθες εἰς Ἀΐδην.

Cuinam inter eos, qui hoc nomine insigniuntur, tribuendum sit hoc distichon, non definiam equidem. In *Jacobsii* catalogo hic poëta, si Diis placet, epigrammatarius desideratur. Receptum vero est ep., quod in veteris editt. deest, ex marg. Wechel. cf. *Jac.* ad h. l. T. XI. p. 276.

DIONYSIUS SOPHISTA.

V, 2. (T. II. p. 254. Br. T. II. p. 231. Jac.)

— ἀλλὰ τί πωλεῖς;
σαυτὴν, ἢ τὰ ῥόδα, ἠὲ συναμφότερα;

Cod. Vat. nihil differt in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 106. *Hermannus* ad Orph. p. 767. informi hiatu offensus corrigit ἢ τα ῥόδ' ἢ σαυτὴν — quod *Jacobsio* in Addend. T. XIII. p 24. etiam ob ordinem sententiarum arridet. Quodsi idem V. D in Catal. Poet. Epigr. T. XIII. p. 885. hunc Dionysium ab eo, quem Suidas T. I. p. 597. commemorat, non diversum esse recte asserit, vixerit necesse est imperante Hadriano.

DIOTIMUS.

VI, 4. (T. I. p. 251. Br. T. I. p. 185. Jac.)

Κλειὼ μὲν Χαρίτων ἱερή, Δήμητρος Ἀναξὼ
ἐν ζωῇ πρόπολος· ἐννέα δ' ἠελίων —

Cod. Vat. προπολέως, unde *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 160. sq., membranarum ductus in antecedentibus sequ-

que secutus, correxit: *Δήμητρι δ' Ἀναξὼ Ἐν ζωῇ προπολεῦσ'*, sicque edidit in Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 530.

EVENUS.

XIII, 4. (T. I. p. 166. Br. T. I. p. 98. Jac.)

τὸν ξένον ἁ ξείνα, ἀφινὸν ἠερινά.

Sic vulgabatur in Planud. Editt. ante *Br.*, qui hiatum opitulante Cod. Vat. removens edidit, quod unice verum est, *τὸν θερινὸν θερινά.* Caeterum hoc epigr. *ἄδηλον* a Vat. Cod. loco tantum poster. Eveno nescio cui adscribitur.

GLAUCUS.

IV, 2. (T. II. p. 347. Br. T. III. p. 57. Jac.)

— *εἰς δὲ χορείαν*
θρώσκει μαινόμενος, ὡς βρομιαζόμενος.

Jac. ad h. l. T. X. p. 16., cui versus hic parum videbatur elegans, meliorem fere suspicatur, si legeretur:

θρώσκειν ἦκεν ἔρως, ὡς βρομιαζόμενον.

IGNATIUS.

Ep. v. 6. Nr. 208.

Ἵλαθι, ἵλαθί μοι ὄμματι εὐμενέϊ.

Edidit *Jac.* in Paralipp. ex Cod. Vat. T. XIII. p. 743.

Ep. v. 2. Nr. 209.

κεδνοῦ Παύλοιο· ὥστε γὰρ ἠελίου —

ibid. v. 4.

ἠδ' ἀρετῆς κάματοι εὖχος ἔχουσι μέγα.

Ep. v. 2. Nr. 210.

πάντα λιπὼν βιότου, ὅσσα περ εἶχε, θεῷ.

RUFINUS.

I, 4. (T. II. p. 390. Br. T. III. p. 98. Jac.)

καὶ μέχρι κινδύνου ἑσπομένη σύνοδος.

Sic Vat. Cod. etiam in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 88., nec opus forsan invento *Reiskii κινδύνων.*

PROBLEMATA ARITHMETICA.

XI, 6. (T. II. p. 480. Br. T. III. p. 183. Jac.)

ναὶ μὰ φίλην Κύπριν, ἓν τόδε μοῦνον ἔχω.

Fortasse ναὶ μὰ Κύπριν φιλίην. De prima vocis Κύπρις syllaba cf. *Jac.* ad Anth. Gr. T. XIII. p. 31. Facillima vero vocum φίλος et φίλιος confusio. cf. *Porson.* ad Eur. Med. v. 138. *Bast.* in Append. ad Ep. Crit. p. VII. Ed. HSt. p. 44. in Philipp. Ep. XXXIV, 6. pro φίλιοι exhibet φίλοι. Ep. Adesp. 66. Κύπρι — φιλίη. Similis jusjurandi formula in Epigr. Thessal. II, 4. οὐ μὰ Κύπριν.

XXX, 2.

οὓς τόδε δῶμα πεσὸν ὤλεσεν. Ἀντιόχου —

Cod. Vat. πεσών, unde aliquis possit conjicere οὓς δόμος ὧδε πεσών, sed nihil h. l. criticis licere professus est etiam *Jac.* in Actt. Monacc. T. I. p. 164. Δῶμα πεσὸν est apud Antip. Thessal. Ep. LXV, 2. et syllaba brevis, quae vix ac ne vix quidem emendatione bene sanâ tolli possit, reperitur

XVI, 6.

ἀνθρώπων κῆρες, ἐχθρὸν ἔχοντα βλέπω —

ubi manus emendatricis opera prorsus respuitur.

MENSES ROMANORUM.

Ep. v. 6. (T. II. p. 519. Br. T. III. p. 219. Jac.)

ἴση δ' εἰκοστῷ ἤματι νὺξ τελέθει.

ibid. v. 8.

ῥίζῃ ἐπ' ἀγροτέρῃ ἥμερον ἀκρέμονα.

EPP. in ATHLET. STAT. HIPPODR. CPOLIT.

XLVIII, 4. (T. III. p. 28. Br. T. III. p. 250. Jac.)

οὐκ ἴσον, οὐδ' ὀλίγον εὕρεο λειπόμενον.

XXII, 8.

σὸν δὲ τύπον τέχνη ἔξεσε, Πορφύριε.

XXVI, 2.

ἤθελε γὰρ χρυσῷ· ἀλλ' ἴδεν ἐς Νέμεσιν.

XLIX, 2.

ἤθελεν, ἀλλὰ πόθῳ οὐκ ἐπένευσε Φύσις.

EPP. in MONUM. BYZANT.

XXXIII, 6. (T. III. p. 140. Br. T. IV. p. 108. Jac.)

ἐπτάκις ἀγγέλλει ἄντυγος οὐρανίης.

Pronum foret remedium ἀγγέλλων; sed

XXXIV, 6.

τοῦτο συνειργάσθη ἔργον ἐπιχθονίων.

EPP. ADESPOTA.

LXXII, 2.

ΕΙΡΗΝΗ ΠΑΝΤΕΣΣΙΝ, ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών.
πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει.

In promtu est πάντεσσ' ex vs. 1., sed nihil malim moliri.

CCLXXIII, 8.

οὐδὲ τόπον, δῆκτα, σεῖο λιπὼν στόματι;

Vulgo δηκτᾳ, quod restituendum esse vidit jam *Jac.* in Addend. T XIII. p. 123., et quo non magis offendor, quam Nonni κυβιστητῆρι καρήνῳ Dionys. X, 149. et Manethonis αγρευτῆρι λίνῳ Apotel. V, 279., quae cum similibus attulit *Lobeckius* V. Cl. ad Sophocl. Ajac. p. 271.

CCXCI. b. v. 2. (Lectt. p. 288. Br.)

υἱὸς Ἀριστονόου, ἅπλοκον εἶδεν ὄναρ, —

Incerta haec est *Br.* emendatio, cui ipse fidem habet angustiorem. In marmore apud *Chandlerum* legitur

υιος δυστονοεν απλοκον ειδεν οναρ

in quo quid lateat sani, eruant, qui in his minus caecutiunt, quam ego.

CCCXII. 2.

Λάδας τὸ στάδιον εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
δαιμόνιον τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν.

Duplex insidet macula, quam forsan similium epigrammatum ope poterimus abstergere.

Nicarch. Ep. XXVI.

Ἰητρὸς τὴν γραῦν εἴτ' ἔκλυσεν, εἴτ' ἀπέπνιξεν,
οὐδεὶς γινώσκει· δαιμόνιον τὸ τάχος.

Epigr. Adesp. CVI.

Τὸ στάδιον Περικλῆς εἴτ' ἔδραμεν, εἴτ' ἐκάθητο,
οὐδεὶς εἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής.

Effugiamne temeritatis vituperium, quum legendum esse dixero:

Τὸ στάδιον Λάδας εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη,
οὔτι φράσαι δυνατόν· δαιμόνιον τὸ τάχος.

CCCXXXII, 2.

Ὡς δένδρον βραχύφυλλον, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀδωδήν,
οὕτως λουτρὰ τάδε μικρὰ μέν, ἀλλὰ φίλα.

Medetur Ed. HSt. p 352. exhibens *σμικρά*, quod non monuit *Jac.* ad h. l. T. XII. p. 67. Ne autem de *ταδὶ* cogites, vetant quae disserit *Herm.* ad Orph. p. 769. et *Jac.* in Actt. Monacc. T. I. p. 138. Vs. 1. forsan scribendum est *ὡς μὲν ἴον βραχύφυλλον.*

CCCLXXV. b. v. 4. (Lectt. p. 288. Br.)

πανδαμάτωρ δὲ χρόνος εἶξεν ἀρηγοσύνῃ.

Πανδαμάτωρ primum usurpavit de Somno Homerus Il. XXIV, 5. Odyss. IX, 372. (unde totum hemistichium migravit in Orph. Fragm. XVIII. p. 478. ed. Herm.), quem Simonides appellavit *δαμασίφωτα*. cf. *Heyn.* ad Hom. Il. T. VIII. p 582. sq. Ad *χρόνον* transtulit, quoad sciam, primus idem Simonides ap. Diod. Sic. XI, 11. T. I. p. 412. Wess. Lyr. fragm. HSt. p. 425. Hinc variis rebus hoc nomen inditum a recentioribus poetis. Posidipp. Ep. XIII, 2. *καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.*

CCCLXXXVII, 2.

οὐ σῦκ', οὐ μῆλα φύεται, οὐ σταφυλή.

Mutavit Br. Nam Cod. Vat. *οὐ σύκον, οὐ μῆλον φ.* *Μῆλον* probaverat *Herm.* ad Orph. p. 765. Veram lectionem *οὐ σῦκ', οὐ μῆλον φ.* dudum exhibuit Ed. HSt. p. 25. De numeri diversi conjunctione, quae non debet offendere, monuit *Jac.* in Addend. T. XIII. p. 128.

CCCXCVIII, 2.

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
ἔθνεσιν αὐχμηρὰ νῶτα βαρυνόμεναι, —

Vanum *Br.* somnium. Cod. Vat. *ἠπεἱρου. Jac.* triplicem proposuit emendandi rationem: *ληστήρων* ad h. l. T. XII. p. 98. *ὡς τοπάρος* in Addend. T. XIII. p. 129. *νηρίστοις* in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 496. Posterius probabilitate non destituitur. *Reiskii* vero *ἠπείροις*, i. e. *ἀπείροις*, non plane videtur adspernandum. *Dorvillius* certe ad Charit.

p. 651. ed. Lips. e Maneth. Apotel. II, 260. ἤπειρος pro ἄπειρος profert deque similibus formis nonnulla expromit.

CCCCVIII, 2.

Τὸν βίον, Ἡράκλειτε, πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης,
δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἔστ' ἐλεεινότερος.

Locus vix conjectura vexandus.

DCXXXVIII, 2.

Βαιὰ φαγὼν, καὶ βαιὰ πιὼν, καὶ πολλὰ νοσήσας,
ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον. ἔῤῥετε πάντες ὁμοῦ.

Phrasin ὀψὲ μὲν — ἀλλά illustrat *Wyttenbach.* ad Julian. Orat. I. p. 196. ed. Schaef. Non variat Cod. Vat. in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 407.

DCLXIX, 2.

δίκτυα ᾧ τό τε σὸν ἧε σύνηθες ὕδωρ.

Unde originem duxerit haec lectio, nisi forte *Br.* auctor habendus sit, equidem ignoro. Vulgatam καὶ τὸ σὸν ἦν κεῖνο σ. ὕ., quam Cod. Vat. confirmat, laudabiliter reduxit *Jac* in Nov. Anth. Palat. T. I. p. 457., assumta, ut par erat, in vs. 1. *Brunck.* emendatione posteriore.

DCLXXIV, 6.

— σὺ μὲν υἱὸν,
Νῆκι, σὺ δ' ἔκλαυσας, Εὔδικε, θυγατέρα.

Nulla subesse videtur corruptelae suspicio. vid. Nov. Anth. Palat. T. I. p. 393.

DCCIV, 4.

ὃς γενετῆρσι λίπεν ἡλικίης ἔλεον.

Syllaba brevis debetur *Br* novandi studio. Nam *Gorius* sic exhibet ος....... τηςσιν λειπων, unde *Maffeu*s dedit θρεπτῆρσιν λείπων, *Salvinius* ὃς γενετῆρσι λιπών. cf. *Jac.* ad h. l.

DCCXX, 4.

τὴν αὐτοῦ μελέσσ' οὐκ ἀνέπεισε μένειν.

Sic *Br.* ex emendatione *Dorvillii* ad Charit. p. 290. sq. ed. Lips. Marmor repraesentat: *THN AΥTOΥ MEΛEOC*, quod fortasse non est sollicitandum. cf. *Jac.* ad h. l. T. XII. p. 300.

DCCXXVIII, 6.

σῶμα δὲ φυλόπιδος ξξέρυσαν στυγερᾶς —

Possit alicui in mentem venire σώματα δ' ἐξέρυσαν φυλ.

στυγ. cf. de plural. σώματα *Wunderlich*. Obss. critt. in Aeschyl. p. 157. Sed *Br.* totum hoc epigr. ex *Ruhnkenii* conjectura edidit, quam commemorat *Koenius* ad Greg. Cor. p. 609. ed. Schaef. — *Montfauc.* et *Murator.* marmoris scripturam exhibuerunt hanc: *ΣΙΝΝΑ* φυλόπιδος *Δ'* ἐξέρυσαν στυγερᾶς, *Sinnam* juvenis nomen esse rati. Quidquid lateat, salvum est metrum in medio versu.

Hiatus exempla in *Epigrammatis Adespotis* occurrunt haec:

XIV, 4.

οὐ δρυός, οὐδ' ἐλάτης ἐχαράξαμεν, οὐδ' ἐπὶ τοίχου
τοῦτ' ἔπος· ἀλλ' ἐν ἐμῇ ἔσχετ' ἔρως κραδίᾳ.

Corn. Pauwius Meleagri hoc carmen esse putabat, quod propter hunc ipsum hiatum fit improbabile.

XC, 4.

ἄγκιστρον γριπεῖ· ὀψοφάγοις κρεάγρα.

Vulgo et in Membran. ναύταις. Mutavit *Br.*, contra quem *Jac.* conjicit νηκτοῖς.

CI, 2.

καὶ πῶς; οὐ λαλέει. οὐδὲν ὁμοιότερον.

CLXXXVI, 2.

Ἡρακλέους εἰκώ· οἶσθά με καὶ Προδίκου;

CCCXCVI, 8.

— σεῖο δὲ τηλοῦ
πλώοιμι, στυγεροῦ ὅσσον ἀπ' Ἀΐδεω.

Nov. Anth. Palat. T. I. p. 519.

DLXIV, 4.

ἄγγελος ὧν βασιλεῖ ἔφρασε λοξοτρόχις.

Ignoro aeque, ac *Jac.*, cur Br. οὖς, quod est in Vat. et Planud., abire jusserit in ὧν.

DXCIX, 2.

οὐκέτι χρεμπτομένη, οὔτ' ἀπομυσσομένη.

Nov. Anthol. Palat. T. I. p. 543.

DCCVIII, 6.

μάτηρ Ποικιλίω, ἐγγόνω ἀμφοτέρων, —

DCCXXIX. a. v. 2.

ἀρτίγαμος κούρη εἴκοσιν οὖσ' ἐτέων.

Marmor in reliquis corruptissimum h. l. exhibet:
ΑΡΧΙΓΑΜΟΣ ΚΟΥΡΗΣ ΕΙΚΟΣΙΝ ΟΥΣΑ ΕΤΕΩΝ.

EPP. ADESP. PARALIPP. ex COD. VAT.

Nr. 136. v. 2. T. XIII. p. 702.

ἓν μὲν μαινομένου, ἓν δὲ περαινομένου.

Edidit etiam *Huschk.* in Anal. Crit. p. 246.

Nr. 2. v. 2. Anthol. Palat. T. I. p. 306.

ἀλλὰ κατὰ στίχας ἶσα θεοῖσι σέβου.

Legitur in marg. Cod. Vat. p. 208. manu diversa adscriptum. Edidit etiam *Huschk.* in Anal. Crit. p. 208., qui καταστέψας corrigit. *Jacobsius* mavult κατασπείσας.

EPP. ADESP. PARALIPP. ex LIBR. EDIT.

Nr. 22. v. 4. T. XIII. p. 771.

Σκιπιάδαι δ' ἔπελον, εὐγενίῃ τ' ἔπρεπον.

Nr. 42. v. 7. ibid. p. 797.

ἐκτελέσας, γοερὸς οὐκ ἐσορῶ τὸ φάος.

Dorvillius malebat γοερῶς, quod et *Jacobsio* verius videtur cum ἐκτελέσας junctum.

Nr. 46. v. 4. ibid. p. 801.

ὡς παύρους πρότερον ἀνέρας ἀγχιθέων.

Murator. jam loc. sec. dederat προτέρων, quod, quum sensus flagitet, recepit *Jac.*

Nr. 65. v. 2. ibid. p. 818.

Περσεύς, τῶνδ' ἕνεκα δαίμονας ἱλάσατο.

Jac. ἕνεκεν scribendum esse censet.

Nr. 71. v. 6. ibid. p. 823.

φῶτα δ'. ἔχεσκεν Ἄθυρ εἴκοσι καὶ πίσυρα.

Nomen peregrinum nulla eget excusatione.

Nr. 26. v. 4. ibid. p. 775.

πευκεδανοῖο βίου, ὡς ἀνίῃ καθαρῇ.

Aenigm. in *Cod. Vat. Paralipp.* T. XIII. p. 723. v. 2.

αἰθιόπων δὲ κόνιν ἀντὶ βελῶν προχέει.

similibus productionibus excusatur. cf. *Jac.* ad h. l. et *Spitzner.* in dissert. de product. p. 22. sq.

Aenigm. XX, 4. (T. III. p. 323. Br. T. IV. p. 291. Jac.)

— εἰμὶ δ' ἔγωγε

τρωκτὸς ἅπας, μοῦνα δ' ἔντερ' ἄβρωκτα φέρω.

Si quid mutandum est, lege μοῦνον.

CHRISTIANICA EPP. in COD. VAT.

Nr. 68. v. 2. Anth. Palat. T. I. p. 21.

εὐφραίνει πατέρα νοῦς θεὸν εἰσορόων,

Nr. 77. v. 2. ibid. p. 22.

ἔμπεδον ἡ χήρη οὕνεκα πίστιν ἔχει.

EPP. CYZIC. in COD. VAT.

Nr. 1. v. 2.

καλλίκομον παῖδα Κάδμου καὶ Ἁρμονίης.

Sic Cod. Vat. Sed *Jac.* in Anthol. Palat. T. I. p. 57. et in Paralipp. T. XIII. p. 621. inverso ordine edidit *Κάδμου παῖδα*, ne metrum bis violaretur.

Nr. 2. v. 4.

ὄφρα μιν ἂψ ἀνάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης.

Nr. 10. v. 2.

ῥύσῃ τοῦ θανάτου, οἰκέτιν Τψιπύλαν.

Nr. 14. v. 4.

καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε νῦν ὁσίως.

ἩΡΩΕΛΕΓΕΙΟΙ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΛΥΡΙΚΟΥΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

v. 4.

Ἀλκαῖος πρότερος ἠχικὸς αἰολίδος.

v. 18.

Μείλωνος πατέρος ἔπλετο Βακχυλίδης.

Leguntur haec disticha incerti auctoris post vitam *Pindari* Graece conscriptam; in Anthologia Gr. vero et in Paralipomenis, nisi magnopere fallor, desiderantur. Vs. 4. *Schneiderus* in Lex. Gr. T. I. p. 552. a. conjectat *ἠχόος*, h. e. *διαλέκτου*, quum *ἠχικὸς* desit in Lexicis. Vs. 18. etsi facillima esset verborum transpositio, consultius tamen, ne poëtam imi subsellii ipsum corrigas, manus cohibetur.

His ita expositis sponte patet, quanti sint aestimandae VV. DD. conjecturae, quae vel syllabam brevem, vel hiatum in mediam pentametri sedem inferunt, quamque sit periculosum, ejusmodi commentis vel infimae Graecitatis poëtas de suo velle onerare. Quae peccata ut afferam singula, nemo, opinor, exspectabit; quum et res per se sit inutilis, neque ea cognita habeam omnia, ne,

que etiam, si haberem, risum movere velim. Quamobrem satius facturum me esse spero, si alia quaedam apponam, quae hanc saltem reprehensionem effugient. Ac primum quidem usus sum passim in emendandis locorum corruptorum vitiis verborum trajectione, quae, nisi insanae temeritati inserviat, summis viris recte visa est tutissima medendi ratio, non solum apud poetas, sed etiam apud prosaicae orationis scriptores. cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 536 ed. Lips. *Pors.* in praef. ad Eur. Hecub. p. XIII. ed. Lips. alt. Norunt, qui codices vel ipsos tractarunt, vel variarum lectionum farraginem in editionibus diligenter pervestigarunt, quam crebra sint librariorum in hac re errata. Hac via *Goerenzius* meus innumeros Ciceronis locos nuper persanavit: cf., ut unum ex multis delibem, ad lib. de Finib. B. et M. p. 160. Novis aliquot exemplis rem liceat illustrare. In inscriptione, quam Diog. Laert. VI. 2, 6. a quodam, uxore ducta, domui impositam fuisse narrat:

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος
Ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν.

scribe ordine inverso *Καλλίνικος Ἡρακλῆς*, quod et metrum arguit, et confirmat Cod. Vat., ex quo *Jacobs.* in Paralipp. T. XIII. p. 699. hoc ἄδηλον edidit:

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
Οὐκ εἰμὶ Λούκιος, ἀλλ' ἀναγκάζουσί με.

Periculosius foret verba transponere in *Aristonis* versu ap. Diog. IV, 6, 9.

Πρόσθε Πλάτων, ὄπισθε δὲ Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος.

hac ratione:

Πρόσθε Πλάτων, μέσσος Διόδωρος, ὄπισθε δὲ Πύῤῥων·

propterea quod malim h. l. agnoscere imitationem istius apud Homer. Il. Z, 181. et Hesiod. Theog. 323.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

et minori impendio reponere:

Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος.

Improbanda vero est trajectio, quam *Dorvill.* ad Charit. p. 596. edit. Lips., a *Casaubono* in errorem abreptus,

instituit in Hermippi fragm. ap. Athen. L. XI, p. 486. A., quod ita scribendum videtur:

Ἣν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιών,
Τῷ Διωνύσῳ δίδωμι πάντα τἀμὰ χρήματα —

vel cum *Porsono* in praef. ad Eur. Hec. p. XXV.

Τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

— *Cratinus* ἐν *Μαλθακοῖς* ap. Polluc. VII, 171.

λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους.

Nolim commutata invicem ultimorum vocabulorum sede senarii initio mutili frustulum excudere; lenius enim duplicatâ literâ sibilâ ποσσὶν ad aliud metri genus non minus Comicis usitatum possunt referri. *) — In *Aenigm.* de Amore, quod ex Cod. Vat. edidit *Jacobs.* in Paralipp. T. XIII. p. 725.

Ἄγονος ἐξ ἀγόνων, βελεηφόρος, ἔμβρεφος, ἄρσις.

malim Ἐξ ἀγόνων ἄγονος, quod metrum flagitat et sequentia suadent. Lexica non solum ἔμβρεφος, ut *Jac.* monet, sed etiam βελεηφόρος ignorant. Sub finem praecedentis epigr. Nr. 183. in *Somnum* pro πάντα δ' ἀληθῆ λέγω scribendum videtur πάντα τἀληθῆ λέγων. Prius postulat versus, posterius tuentur participia antegressa.

---

*) Eadem duplicatione sanare potero versum *Dionysii* ἐν γ' *Βασσαρικῶν* ap. Steph. Byz. s. v. *Κάσπειρος*·

Ἐν δέ τε Κάσπειροι ποσὶ κλειτοί, ἐν δ' Ἀρειηνοί.

Ita vulgo et Mss. referente *Holstenio* in Not. et Castig. ad Steph. p. 164., quibus addendus est Cod. Perus., ex quo varr. lectt. enotavit *Gronovius* ad calcem ed. Berkel. Sed in antiquioribus editt. fuisse videtur ποσσὶν κλειτοί, unde restituendum est ποσσὶν κλυτοί, ex frequenti permutatione. cf. Dorvill. ad Charit. p. 471. ed. Lips. Saepissime autem *Berkelius* opibus paratis dextre uti non scivit. Quantillae v. c. operae fuit in *Euphorione* ap. Steph. s. *Δύμη*·

Ἥτις ἔχεις κληῖδα ἐπιζεφύροιο Δυμαίης

membranarum κληΐδας in κληῖδας mutatum reponere. De quantitate hujus vocis noli dubitare; nam vett. editt. et codd. Mss. in talibus inconstantissime vagantur. cf. *Porson.* in Addend. ad Eurip. Med. v. 215. Similiter Caspiae portae a Dionys. Perieg. v. 1036. appellantur Κληῖδες γαίης Ἀσιήτιδος.

Syllaba ων quomodo cum ω possit confundi, docet *Bast.* in Comment. Palaeogr. p. 749. et in Addend. ad Longin. Fragm. VIII. p. 651 ed. Weisk. cf. Ejusd. Ep. Crit. Append. p. 22. — *Lucill.* Ep. LXXIII, 6. (T. III. p. 45. Jac.), ubi *Br.* edidit:

— εἰ δ' ἐστι τὸ κῦμα
μακρὰν ἔνθεν ἄρας εἰς τὸ φρέαρ με βάλε —

Planud. et Cod. Vat. ἔνθεν μακρὰν habent. Mutato ordine a *Br.* vitium, quod insidet, metricum non sublatum esse vidit *Jac.* in Addend. T. XIII. p. 44. Ad veram, opinor, scripturam ducunt codd. Ἔνθε μακρὰν ἄρας κτλ. Vox ἔνθε satis sese tuebitur similium adverbiorum exemplo (v. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 166.) et peculiari, quo in Mss. exaratur, compendio (cf. id. in Comment. Pal. p. 807.); neque enim, quod *Matthiae* V. Cl. in Gr. Gr. p. 561. statuit, literae hujus quasi paragogicae abjectio ad solos Iadis poëtas pertinere videtur. — Epigr. in Monum. Byz. I, 4. (T. IV. p. 101. Jac.)

Ἡ προπάροιθε κροτεῖν τῆς πόλεως πολέμους.

Cod. Vat ἡ πόλεως προπάροιθε συγκροτέειν πολέμους. *Jacobsius*, vulgatam lectionem Planudi deberi ratus, T. XI. p. 254. diversa trajectione instituta corrigit:

Ἡ προπάροιθε πόλεως συγκροτέειν πολέμους.

Mihi quidem primitus scriptum fuisse videtur ἡ πόλεως πρόπαρος σ. π. Quod quum librarii non intelligerent, substituerunt notius sibi προπάροιθε, et, ut versus quocunque modo integer relinqueretur, praepositionem in verbo omiserunt. *) — *Ariston.* Ep. III, 5. (T. II. p. 235. Jac.) Cod. Vat. aperto vitio:

— γραῦς δέ, παλαιὴ
ὡς ναῦς ὑποβρύχιος, ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

Verborum ordine inverso variis modis emendare studuit *Jac.* γραῦς δέ, παλαιὴ Νηῦς ὅπως, βρύχιος ζ. ἔ. π. Animadverss. T. IX. p. 260. Ναῦς ὑποβρυχί' ὅπως in Actt. Mon. T. I. p. 301. Ὁλκὰς ὑποβρυχί' ὡς in Anthol. Palat. T. I. p. 445. Mihi legendum videtur aut νηῦς ὑποβρύχιος, quod ὡς a librario, appositionis ignaro, est profectum (vid. *Her-*

---

*) Hanc rationem ipsi *Jacobsio* nunc placere, intellexi ex ejus Addend. T. XIII. p. 106.

mann. ad Hom. Hymn. in Mercur. p. 64.), aut *Ναῦς ἄθ' ὑποβρύχιος.* Theogn. 964. *νῦν δ' ἤδη, ναῦς ἄθ', ἑκὰς διέγω.* Automed. Ep. XI, 5. *ναῦς ἄτε μυριόφορτος.* *) — *Phalaec.* Ep. IV, 1. (T. I. p. 211. Jac.) *Φεῦγε θαλάσσια ἔργα, βοῶν δ' ἐπιβάλλευ ἐχέτλῃ.* *Jacobs.* in Anthol. Palat. T. I. p. 504. *Ἔργα θαλάσσια φεῦγε* conjicit, et in praef. p. XXXVII. not. 37. hoc improbans, *Φεῦγε θαλάσσης ἔργα.* Neutro opus videtur. Est enim formula Homerica, ideoque satis idoneam habet excusationem. Il. II, 614. *ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.* *Θαλάσσια ἔργα* dixit etiam, eundem auctorem sequutus, Quint. Smyrn. Parall. XI, 66.

Multo contra lenior medicina locis poëtarum depravatis cum fructu potest admoveri, si quis verba e serie, quae ferebantur, continua in versus membra dispescit; juvatque in hac artis criticae provincia paululum commorari. *Scol.* XVI. (T. I. p. 91. Jac. Anth. Gr.)

Ἔγχει κώθωνι, διάκονε,
Μηδ' ἐπιλήθου, εἰ δὴ χρὴ
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν.

Purum putum est distichon elegiacum ita distinguendum:

Ἔγχει τῷ κώθωνι, διάκονε, μηδ' ἐπιλήθου,
Εἰ χρὴ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν.

Vidit, sed bene coeptum parum exsecutus est *Ilgenius* V. Cl. *Διάκονε* cum *Hadr. Junio* praeoccupavit *Jacobsius* ad h. l. *Porsonum* prorsus mecum consensisse laetans nunc intelligo ex ejus Adverss. p. 147. ed. Angl., cui etiam res in eo melius cessit, quod *δὴ* a me ejectum in locum articuli instrusi substituit. Et sane tritissimus est hujus particulae post imperativum usus. cf. *Hemsterh.* ad Lucian. Somn. XV. T. I. p. 19. sq. ed Reitz. — *Simonidis* **) carm. IV. (Anth. Gr. T. I. p. 58. Jac.) a *Br.* ita distinctum:

*) In posterius incidit etiam *Aug. Meinekius* in Cur. Critt. in Com. Fragm. p. 18. probavitque sententiam suam *Jacobsio* in Addend. T. XIII. p. 25.

**) Apud eundem Ep. LXI, 1.

Γνῶθι Θεόκριτον προσιδών, τὸν Ὀλυμπιονίκαν —

Πολλὸς γὰρ ἡμῖν εἰς τεθνάναι χρόνος·
ζῶμεν δ' ἀριθμῷ
παῦρα κακῶς ἔτεα.

rectius sic ordinaveris, ut versus Alcaici videatur initium:

Πολλὸς γὰρ ἡμῖν εἰς τεθνάναι χρόνος·
Ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα κακῶς ἔτη.

— *Plutarch.* de Pyth. Orac. T. VII. p. 582. ed. Reisk. σκυθινῷ λέγοντι περὶ τῆς λύρας, ἣν ἁρμόζεται κτλ. Legendum est *Σκυθίνῳ*, quod jam monuit *Jacobs.* in Catal. Poëtt. Epigrr. T. XIII. p. 950. ubi plura de hoc poëta disputat, verba Plutarchi integra afferens. Sed fragmentum est numeris suis ita sine negotio restituendum:

— — — *ἣν ἁρμόζεται*
Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων, πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος
Συλλαβών· ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον ἡλίου φάος.

— Eodem modo *Faehsius* V. D. in Sylloge Lectionn. Gloss. etc. *) p. 30. non vidit, Scholiasten fabellam suam μετρικῶς concepisse. Scribe igitur:

---

metrum claudicans adjuvari fortasse potest, si προσιδὼν in ὧδ' ἐσιδὼν mutatum fuerit, nisi Theocriti pugilis nomen alias ignotum corruptelam subiisse statueris.

*) *Sylloge* ista spes nostras non uno modo fefellit, atque, ne alieno nomini iniquius obtrectare videamur, pauca judicii nostri corroborandi causa afferamus, in quibus V. D. partes suas minus recte gessit. p. 32. in Schol. ad Aeschyl. Prom. 451. ὕστερον δὲ θάλλης („*verisimil. leg.* Θαλῆς."). Rectius Θάλης, id quod accentus indicat, qui quantum in vocibus corruptis consulendus sit, docent quos laudat *Schaefer.* in Append. ad *Bast.* Ep. Crit. p. 35. Forma nominis Θάλης variat. cf. *Fisch.* Animadvss. ad Weller. Gr. Gr. T. II. p. 178. sq. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 279. sq. — p. 69. Schol. ad Aeschyl. Prometh. 102. (coll. p. 12.) ἀπὸ τοῦ πρὸς προθέσεως. Scribi debebat absque omni dubio τῆς pro τοῦ. Nota res est. cf. *L. Bos.* Ellips. p. 418. ed. Schaef. Erroris causam aperit *Bast.* in Comment. Palaeogr. p. 792. — Similiter p. 97. Gloss. in Soph. Oed. T. 219. ἐστὶ δὲ τὸ πραχθέντος οὐδέτερον. Nihil verius; neque opus *Faehsii* correctione τοῦ. — p. 279. Schol. ad Eur. Hecub. 168. Ἀπώλεσα ἀντὶ τὸ ἔφθειρα καὶ ἀπώλεσα ἀντὶ

Μῦθος παλαιός, ὡς Ἄτλας νώτοις φέρει
Τὸν οὐρανὸν κάτωθεν ἐκ γῆς ἀνέχων.
Σὺ γοῦν ἀκούων γνῶθι τοῦτ' ἀλληγόρως.
Ὄρος γὰρ Ἄτλας Λιβύης ἐν ἐσχάτοις,
Οὗ τὴν κορυφὴν ἐκ νεφῶν κεκρυμμένην
Εἶναι δοκοῦσιν οὐρανῷ συνημμένην.
Ἐντεῦθεν οὖν Ἕλλησιν ἡ μυθουργία,
Ἄτλαντα νώτοις εἰσαεὶ πόλον φέρειν.

τὸ κοινῶς λεγόμενον ἐχάωσα. Bis scribendum fuit *ἀντὶ τοῦ* et *λεγομένου.* Sinceram vocem *ἐχάωσα* hoc additamento „*ἔχασα* „a *χάζω existimo. assa scribendum*" depellere V. D. audet; sed mirum quantum a scopo abhorret. Recta descendit *ἐχάωσα* a *χαόω* i. q. *ἀπόλλυμι.* Vide, si tanti est, *Schneid.* Lex. Gr. T. II. p. 636. et *Ducang.* Glossar. p. 1730. sq. — p. 283. Schol. ad Eurip. Hecub. 600. *ἔστι δὲ τὸ ἀλλὰ ἀντὶ καί.* *Ἀντὶ* an absolute ponant Grammatici, ambigo; scribendum, quod post ea, quae *Bast.* in Commentat. Palaeogr. l. l. enucleavit, facile erat inventu, *ἀντὶ τοῦ.* Eandem medicinam multis Apoll. Rhod. Scholiastae locis adhibuit felicissime *Schaeferus.* —p. 270. Schol. marg. Soph. Philoct. 1401. *τεθρήληται λόγοις.* *Faehsius: „an τεθρύλληται?"* Voluit librarius *τεθρύληται.* Eustath. ad Hom. Od. p. 1307, 41. Rom. *ἡ πλείων χρῆσις δι' ἑνὸς λ̄ γράφει τὰ τοιαῦτα.* cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 122. *H. Stephan.* Thes. Gr. L. T. I. p. 1580. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 624. T. IV. p. 483. — Ibid. Schol. Eurip. Orest. 1514. *θρηνῶν ἤγουν λέγων.* Non *θροῶν* cum *Faehsio*, sed propius ad literarum ductus accedens *θρυλῶν* corrigam; quippe videntur λ̄ et ν̄ permutata. cf. *Dorv.* ad Charit. p. 342. et 616. ed. Lips. — p. 281. Schol. Eurip. Hecub. 372. *Πρὸ τοῦ τυχεῖν πραγμάτων ἀσχήμων.* *Faehsius:* „*ἀσχημόνων?*" Ita videtur. Sed quum *εὔσχημος, εὐσχήμως, πολύσχημος* etc. occurrant et apud recentiores inprimis frequententur (vid. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 202, *Passow.* in libell. de Lexic. Gr. p. 30.), cur voci *ἄσχημος* civitatis jus denegemus, pro qua pugnat analogia, etiamsi *H. Stephan.* in Thes. L. Gr. Append. p. 565. omni auctoritate eam carere profiteatur? Nec jure *Schneiderus* vocis *μικρόσχημος* fidem videtur addubitare. cf. *Ducang.* Glossar. T. II. p. 1507. —p. 316. non magnopere erat, cur h. l. et p. 317. *μὴ*

In his nihil mutavi, praeterquam quod v. 7. ἢ addidi post Ἕλλησιν, versus stabiliendi causa, quae vox quomodo, vel librarii vel editoris oculo errante, excidere potuerit, docet *Schaefer.* Meletem. Crit. Sp. I. p. 11. et *Bast.* ad Greg. Cor. p. 116. coll. *Porson.* in Varr. Lectt. Cod. Harlej. ad Hom. Odyss. *P*, 159. et in Advss. p. 140. ed Angl. Lucramur etiam h. l. ex impurissimo hominis balbutientis ore ad Lexica ditanda vocem ἀλληγόρως, quam *Faehsius* in ἀλληγορικῶς, sed contra versus mensuram, mutari cupit. Caeterum in tali versificatore ᾱνεχων, Λῐβυης, κορῡφην moderate feramus. Melioris commatis non sunt, quae nuper ex Cod. Paris. desumta publici juris fecit *Boissonad.* V. Cl. ad Marin. Vit. Procl. p. 70. sq. —

δὲ *perperam* positum aliquoties in μηδὲ mutandum V. D. censeret. Namque est hic syllabas dirimendi mos codicum veterumque editionum proprius. cf. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. v. 555. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 826. et quos larga manu excitat *Schaef.* in Append. ad *Bast.* Ep. Crit. p. 29. — p. 401. Schol. Pind. Olymp. I, 85. Ἄπεπτα δὲ μείναντα, τοῦ στομάχου μὴ δυνηθέντος κατεργάσασθαι αὐτά, βλάβην οἶδεν ἐπάγειν. *Faehsius:* „*Forte* εἴωθεν." Minime gentium. Usum hujus verbi apud poëtas Graecos et Romanos satis illustratum dederunt *Huschk.* in Anal. Crit. p. 124. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. VII. p. 264. Ex Grammaticorum scriptis haec sufficiant: Eustath. ad Hom. Il. α, 71. ἡ εἰς πρόθεσις καὶ αἰτιατικῇ οἶδε συντάσσεσθαι. Id. ad Il. α, 99. τὸ προσφέρειν καὶ τὸ προσάγειν αδιαφορεῖν οἶδασι. Id. ad Dionys. Perieg. 374. ὅσα (instrumenta) ἐκμαίνειν οἶδε πρὸς τὴν ὄρχησιν. — p. 402. Schol. Pind. Olymp. I, 131. ἄξιον — γενναίως ἢ ἀγεννῶς βιώσαντα τελευτᾷν. *Faehsius:* „*Rectius forte* μή. *Sed* „*si* μᾶλλον, *quod non semel omissum, suppleveris, verba* „*sunt sana.*" Posterior ratio unice probanda. Cf. de pervulgatissima ellipsi quos affert *Boissonad.* ad Marin. V. Procl. p. 78. et quae dudum exposuit *Joach. Camerar.* ad Moschop. Schol. in Homer. Il. p. 33. — p. 342. in Eurip. Suppl. 55. pro πότνια *Faehsius* „*metro jubente*" πότνα legendum censet. Nihil vero magis rhythmo adversatur. Cujusnam generis metrum sit, et antistropha et *Hermanni* praecipue editio docere eum potuisset. Ne tamen injuriosi vituperatoris personam suscepisse a quopiam accusemur, jam pedem figamus.

Inter Christianica epigrammata, quae ex Cod. Vat. edidit *Jacobs*. in Anthol. Palat. T. I. p. 8., legitur Nr. 11. carmen:

Εἰς τοὺς ἁγίους ἀναργύρους τοὺς εἰς τὰ Βασιλίσκου.
Τοῖς σοῖς θεράπουσιν
Ἡ θεράπαινα προςφέρω Σοφία τὸ δῶρον.
Χριστέ, προςδέχου τὰ σά,
καὶ τῷ βασιλεῖ μου
μισθὸν Ἰουστίνῳ δίδου,
νίκας ἐπὶ νίκαις κατὰ νόσων καὶ βαρβάρων.

Distingue:

Τοῖς σοῖς θεράπουσιν ἡ θεράπαινα προςφέρω
Σοφία τὸ δῶρον. Χριστέ, προςδέχου τὰ σά,
Καὶ τῷ βασιλεῖ μου μισθὸν Ἰουστίνῳ δίδου,
Νίκας ἐπὶ νίκαις κατὰ νόσων καὶ βαρβάρων.

Quae quominus Cl. editor immutaret, vel potius in eum, quo debebat, ordinem redigeret, obstitit haud dubie Vat. Cod. auctoritas. *Ἀνάργυροι* qui sint, docet *Ducang.* in Glossar T. I. p. 71. ubi aliud ejusdem metri carmen *εἰς τοὺς ἁγίους ἀναργύρους* appositum legitur. — *Timotheus* ap. Macrob. Saturn. L. I. c. 17. *σύ τ' ὦ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον λαμπραῖς ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων πέμψον ἑκάβολον ἐχθροῖς βέλος σᾶς ἀπὸ νεύρας, Παιάν.* Haec cujusnam sint metri, sponte elucet. Vide, an commode possint restitui hoc modo:

Σύ τ', ἰὼ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον
Λαμπραῖς ἀκτῖσ' Ἥλιε βάλλων,
Πέμψον ἑκαβόλον ἐχθροῖσι βέλος
Σᾶς ἀπὸ νευρᾶς,
[*Ἰήϊε, Δήλιε,*] *Παιάν.*

Numerorum causa pro ὦ scripsi *ἰώ*, quod vocativo junctum nihil habet offensionis. cf. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 140. De positu vocis *ἀεὶ* cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 326., qui hoc ipso loco utitur, et *Herm.* in praef. ad Eurip. Suppl. p. IX. Ultimum versum hariolando explevi; sed tale quid a poëta scriptum fuisse verisimillimum est. *) — Idem *Macrobius* Saturn. L. V.

*) Eundem numerum anapaesticum poteris restituere Hymno Dionysii in Anthol. Gr. T. II. p. 250. sq. Jac. v. 9. *πτανοῖς ὑπ' ἴχνεσι διώκεις* —.

c. 20. „*Epicharmus*, *vetustissimus poëta*, *in fabula*, *quae inscribitur Troes*, *ita posuit*:

Ζεὺς ἄναξ ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα."

Nescio an numeri, si Ζεῦ ἄνα legas, proveniant aptiores. *) — *Parthenii* fragm. ap. Steph. Byz. s. v. Ἰασσὸς est pentameter acephalus:

⏑ Ἰβηρίτῃ πλεύσει ἐν αἰγιαλῷ.

— *Alcaei* inprimis fragmenta sub prosa scriptorum, a quibus memorantur, oratione latent, unde eorum aliquot protrahemus. *Alc.* apud *Arist.* Polit. III, 14. p. 87. ed. Sylb.

---

si ἴχνεσι legatur. De syllabae primae correptione cf. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. XIII. p. 66. sq. Eurip. Electr. v. 1351. — Infeliciter igitur etiam *Reiskius* verbum ἐναμφιπλέκειν a semet ipso effictum intrudere ausus est versui apud *Plutarch.* Vit. Nic. cap. 9. T. III. p. 356. ed. R. servato:

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις.

Videtur is Archebuleus (vid. *Hermann.* de metris p. 300. Handb. d. Metr. §. 290. *Bentlej.* in Opusc. Philolog. p. 274. sq. ed. Lips.) eoque augenda sunt exempla de armis pacis tempore araneis oppletis allata a *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VI. p. 282. sq. coll. *Toup.* Ep. Crit. T. II. p. 41. ed. Lips.

*) Ejusdem *Epicharmi* sententia (cf. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 27., qui plura daturus erat ad Lucian. Vit. Auct. T. I. p. 568. ed. Reitz.) numeris suis restituenda est apud Plutarch. de Sol. Anim. T. X. p. 8. ed. Reisk., ubi sine nomine auctoris affertur et sine ulla metri specie. Scribe:

Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

Vulgo ὁρῇ et τὰ δὲ ἄλλα. Primum hemistichium, inserto γάρ, exstat ap. Schol. Aristoph. l. l. et Schol. Aeschyl. Prometh. 444. coll. *Wakefield.* Sylv. Crit. T. IV. p. 232. Perperam Homero adscribitur a Schol. Aeschyl. ad S. c. Th. in *Faehsii* Sylloge p. 111. quem tamen locum non habeo corruptionis immunem. De sensuum judiciis quid statuerint antiquitatis philosophi, vid. ap. *Sturz.* V. Cl. in Empedocl. fragm. p. 486. sqq. et *Goerenz.* ad Cicer. de Fin. p. 91. sq. Proverbialem utriusque sensus nexum illustrat *Boisson.* ad Marin. V. Procl. p. 75. Caeterum τἄλλα scripsi, non τάλλα. cf. *Schaef.* ad Aesop. Fab. ed. Heusing. nov. p. 132.

— — τὸν κακοδαίμονα
Πιττακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος
Ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινοῦντες ἀολλέες.

Scribitur ap. Aristot. ἐπαινέοντες. Apud Aeolenses vero quum αἴνημι dici pro αἰνέω auctores sint Gregorius Corinth. et alii, qui de dialectis scripserunt, Grammatici (cf. *Heindorf.* ad Platon. Protag. p. 592.), nihil quidem impedit, quominus Alcaeum hac forma facillime possimus donare; sed occurrit etiam altera in fragm. *Alcman.* ap. *Apollon. Dyscol.* de pronom. p. 381. ed. Bekk. et saepissime apud Pindarum, cujus tamen dialectus quomodo differat ab Aeolica, optime exposuit *Hermannus* in diss. *de dialecto Pindari.* De locutione στήσασθαι τύραννον vel βασιλέα adi *Musgrav.* ad Sophocl. Antig. v. 666. Herodot. V, 42. ἐστήσαντο βασιλῆα. — *Alcaei* fragm. ap. Schol. Sophocl. Oed. Tyr. v. 56. ejusdem videtur metri:

— — — ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήϊοι.

Alcaici proprie sic dicti fortasse est ejusdem fragm. ap. Apollon. Dysc. p. 388. B. ed. Bekk.

ΑΣΦΕ Αἰολεῖς·
ὅτ' ἄσφ' ἀπολλυμένους σάως,
Ἀλκαῖος δευτέρῳ.

Ibi tamen *Bekkerus* corrigendum forsan ait σάωσα vel σάωσεν, quod Sapphici versus foret. Mihi nihil mutandum videtur. cf. de verbi forma *Maittaire* de Dialect. p. 422. ed. Sturz. — Insigne *Alcaei* fragmentum pessime depravatum est apud *Strab.* L. IX. T. III. p. 459. ed. Lips. *Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, λέγων*·

Ἄσσ' Ἀθάνα ἀπολε . . . . . .
ἀπὸ Κορωνείας ἐπὶ δεῦ . . . .
Πάροιθεν ἀμφὶ Κωραλίῳ ποταμῷ παρ' ὄχθαις.

Foedissimas lacunas non χθὲς καὶ πρώην Geographi textum invasisse, indicio esse potest, quod non solum codd. *Tzschuckii* et *Falconeri* T. I. p. 597. (quibus addo Medic. A. B. ex schedis Tzschuckianis), sed etiam Epitomator *Pletho* omnia hic omittunt et *Guarinus* Vet. Interpr. nihil praebet, nisi haec: „*Alcaeus sane illum Coralium* „*vocat; dicens ad Coralii fluminis ripas.*" Cod. Paris. No. 1397., quem uberrimo cum fructu in Geographum

nati auctoritatem secutum esse, patet ex ejus versione sensu prorsus cassa: „*Alcaeus incolumis nequaquam ip-„sum tollet tyrannum: in clarum Palladis templum: „quem Attaci suspenderunt.*" De mente totius loci ne magna sit disceptatio, cavet Herodotus V, 95.; in singulis vero aqua haeret, inprimisque in voce ἀληκτορίν, quam plerique de clypeo accipiunt. *Fischerus* Animadvss. ad Well. T. I. p. 73. (coll. T. II. p. 73.) ἀληκτορὶν aeolice dictum pro ἀλεκτορὶν profert ex fragm. Lyricor. Ursin. p. 103. Num forsan respiciendus est Athenaeus, apud quem III. 98. C. Minerva ἀλέκτωρ ob causam notissimam vocatur. De solemni locutione κρεμάσαι τὴν ἀσπίδα cf. *Toup.* Opuscul. T. II. p. 58. ed. Lips. Ἀττικοὶ pro Ἀθηναῖοι dictum non offendit; nam vel Grammaticis usitatissima est haec variatio vid. Schol. Lucian. Jud. Vocal. T I. p. 87. ed. Reitz. Contempl. T. I. p. 496. Schol. Theocrit. XII, 28. quemadmodum Λακωνικοὶ frequentatur pro Λάκωνες. cf. *Hermann.* ad Aristoph. Nub. v. 187. Multa rimando multa exputavi, sed nihil ita comparatum est, ut luce dignum videri possit. Etenim, ut solutae orationis haec verba putem, abs me impetrare nequeo. — *Alcaeus* ap. Strabon. L. XIII. T. V. p. 373. ed. Lips.

Πρῶτα μὲν καὶ Ἄντανδρος Λελέγων πόλις.

Ejecta particula καί, quam ignorant tres codd. *Tzsch.* et duo *Falconeri* T. II. p. 872., quamque nec Vet. Interpr. [„*Urbs Lelegum in primis Antandros*"] agnoscit, et voce πρῶτα mutata in πρώτα, habebis Alcaicae strophae versum priorem:

Πρώτα μὲν Ἄντανδρος Λελέγων πόλις.

Quid sibi voluerit poëta, ignoro. Videtur autem acerrimus tyrannidis osor ea tempora respexisse, quibus Antandrii, Atheniensium jugo excusso, in libertatem sese vindicarunt. Vid. Diod. Sic. L. XIII. T. I. p. 573. ed. Wessel. De confus. πρῶτα et πρώτα cf. *Heyn.* ad Pind. Pyth. I, 66.

Oblata hac opportunitate alias quasdam lacunas explere conemur. Scol. Adesp. IV. (T. I. p. 87. Anth. Jac.) ap. Athen. XV. p. 695. A.

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον —

Multi vocabulum, quod in fronte excidit, variis modis restituere studuerunt. Equidem suspicor: *Πόῤῥωθεν.*

Antiphil. Ep. XXIV, 5. εἴγ' (εὖτ' legendum cum *Jac.* in Actt. Monacc. T. I. p. 148. et in Addend. T. XIII. p. 8.) ἀπὸ χέρσου Τηλόθεν, ὡς Ἀΐδης, πόντος ἀπεβλέπετο. Horat. Ep. I, XI, 8. *Neptunum procul e terra spectare furentem.* Lucian. M. D. XXVII, 8. T. I. p. 443. edit. Reitz. ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόῤῥωθεν. De vs. 3. cf. *Thiersch.* in Actt. Monacc. T. I. p. 213. — *Rhianus* ap. Steph. Byz. s. v. Ἀπία p. 146. ed. Berk. *)

Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέος ἦν δ' * * *
Ἀρχῆθεν γενεή. τοῦδε κλυτὸς ἐκγένετ' Ἄπις,
Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.

Salmasius versiculum in fine mutilum addito vocabulo ὀνομαστή suis numeris restituere conatus est. Possis etiam διασήμου, vel cum *Jac.* ad Anth. Gr T. XIII. p. 947., Τηλοδίκης τε reponere. Caeterum, quod idem jam fecit, τοῦ δὲ scribendum est et Ἆπις, de cujus vocis mensura cf. *Schaef.* ad Bucol. p. 216.; nam Gregor. Nazianz. aliosque pessimos versificatores nihil moramur. Sed rescribendum etiam fuit, spreto *Berkelii* monito, Ἀπιδανῆας. cf. Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 263. Drac. Straton. de metr. p. 4. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 225. sq. — *Euphorion* ap. Steph. Byz. s. v. Ἀσκανία p. 180. ed. Berk.

Καὶ Ψιλοὶ Ἀσκάνιόν τε Ναναίθοιο.

Salmasius resarcit:

Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε καὶ εὖ ναίοντα Νάναιθον.

Equidem malim:

Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε καὶ ὕδατα Ναναίθοιο.

---

*) Steph. Byz. s. v. Εὐκαρπία. Καὶ γενέσθαι Λαΐδα ἐν τούτῳ, τὴν ἐπὶ κάλλει διαβεβλημένην ἑταίραν. Mirum sane, risui fuisse puellae formositatem; nam διαβεβλημένος i. q. γελασθείς. cf. quos laudat *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 535. quibus adde *Heindorf.* ad Platon. Phaedr. p. 278. Sed scribendum est διαβεβοημένην. Notissimum est περιβόητος (v. *Dorvill.* ad Charit. p. 273. ed. Lips.), nec minus frequens διαβόητος (v. *Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 463. R. *Valcken.* Obss. ad Ammon. p. 65.); dicitur etiam simpliciter βοᾶσθαι (v. *Coray* ad Theophr. Char. p. 210.).

Particulam δὲ *), quam antea exsulantem inseruit *Mos. Solanus*, rursus ejiciam, et scribam ἁπάντων, quemadmodum non solum apud ipsum Lucianum in Amorr. 48. T. II. p. 452., verum etiam apud alios, qui hujus versus meminerunt, reperitur.

*) Eadem particula saepissime vel depravata latet, vel obliterata deest. Dionys. Thrac. Gramm. Cap. XII. in Fabric. Bibl. Gr. T. VI. p. 316. ed. Harl. προσγραφομένου μὲν τοῦ ι, οὐ συνεκφωνουμένου δὴ — Scribe δέ. Cap. I. p. 311. κρίσις ποιημάτων, ὃ δὲ κάλλιστόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ τέχνῃ. Scribe ὃ καί. De prona harum vocum confusione vid. *Herm.* ad Orph. p. 737. *Schaef.* ad Julian. p. XVI. et ad Dionys. Hal. de Comp. p. 158. *Eichstaedt.* in praef. ad Diod. Sicul. p. XXXIX. sq. — Apud Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 347. in Euripidis versu

Πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δεύτερον

excidit δὲ post Δαναΐδαι, nec *Porsonum* ad Eurip. Orest. v. 922. memoria fefellit. Elisionis causa in aprico est. — Obliteratum videtur δὲ in *Eratosthenis* versu ap. Steph. Byz. s. v. ἄστυ p. 188. ed. Berkel.

Εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος.

Salmasii emendationem

Εἰς τὸ δὲ τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ,

cui suffragatur *Berkelius*, cur improbem, multis exponere nihil attinet, quanquam de Eratosthenis Ἠριγόνῃ minus, quam vellem, mihi constat. Scribam igitur:

Ἄστυ δὲ δὴ Θορικοῦ, καλὸν ἵκανεν ἕδος.

Nonn. Dionys. XIII. p. 235, 21. ed. Falkenb. καὶ δάπεδον Θορίκοιο. In accentu h. v., ut fit, auctores dissident inter se. vid. *Tzschuck.* ad Pomp. Mel. II, 3, 6. *Sturz.* in Lex. Xenoph. T. II. p. 539. *Ruhnk.* ad Hom. Hymn. in Cer. v. 126. *Salmasium* secutus corrigit: Εἰσόκε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκεν ἐς ἄστυ. coll. Apollodor. III, 13. — Extrusum est δὲ in Excerpt. ex Georg. Lecapen. Gr. Gr. in *Matth.* Lectt. Mosqq. T. I. p. 64. ὡς καὶ Ὅμηρος· μάστιξε λάαν. Scribe μάστιξε δ' ἐλάαν ex Iliad. *E*, 366. Ibid. p. 58. ἀνίησιν ἡ γῆ τὰ φυτά, ἀντὶ τοῦ ἀναδίδωσιν, ἤως ἀναβλαστάνει. Corrigendum esse ἤγουν, satis superque evincunt, quae *Bastius* de mira hac vocula disputavit in Commentat. Palaeogr. p. 787. et in *Bredowii* Epistt. Pariss. p. 47—59.

Permultas quoque turbas saepissime moverunt notae numerales, minus recte vel a librariis scriptae vel ab editoribus lectae. cf. *Bast.* in Append. ad Ep. Crit. p. 55. Comment. Palaeogr. p. 850. *Schaefer.* Meletem. Crit. Sp. I. p. 95. sq. Schol. Apollon. Rhod. IV, 264. Θεόδωρος ἐν εἰκοστῷ ἐννάτῳ, ubi Schol. Paris. exhibent Θεόδωρος ἐν κβ. Tanta est Theodororum multitudo (Samothracem h. l. intelligit *Fabricius* in Bibl. Gr. L. V. c. 33. T. IX. p. 250.), ut, utram lectionem praeferas, difficillime dijudicetur. Commode vero succurrere videtur Schol. Aristoph. Nub. v. 397. p. 335. ed. Herm. ita allegans: Θεόδωρος ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ, ac, si plurium suffragia valent in his, eo magis posterius amplexor, quod non infrequens est literarum $\bar{\varepsilon}$ et $\bar{\theta}$ confusio. cf. *Bast.* in Comment. Palaeogr. p. 709. et in Append. ad Ep. Crit. p. 51. Eodem modo apud Steph. Byz. s. v. Ἀσαὶ permutantur Θεόπομπος τριακοστῇ ἐννάτῃ, h. e. $\overline{\lambda\theta}$, et $\overline{\lambda\varepsilon}$. cf. *Berkel.* ad h. l. p. 176. — Schol. Apollon. Rhod. IV, 973. Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πέμπτῳ, ubi Schol. Paris. ἐν λε. Optio lubrica. Sed in iis, quae sequuntur, pro Οὕτως οὖν τῇ κωμικῇ λέξει κτλ. legendum est ex editis Οὕτως ἦν ἐν τῇ κ. λ. Id. Schol. IV, 320. Paris. Ὁ δὲ Τίμων ἐν τῷ ᾱ περὶ Σκυθῶν ἔθνη φησὶν εἶναι Σκυθῶν. Reponendum Τιμώναξ et $\bar{\nu}$ i. e. πεντήκοντα in fine, utrumque ex editis. Vidit jamjam, sed minus fortasse apte ante ἔθνη collocat *censor* editionis *Schaeferianae* in Ephemeridd. Litterar. Jenens. Mens. Novemb. a. 1814. N 214. p. 275. — Schol. *) Theocrit. XVIII, 1. ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ

*) Schol. Theocr. I, 95. Θέλει γὰρ εἰπεῖν, φανερῶς μὲν γελῶσα, λανθάνειν δὲ βαρυνομένην ἐπὶ τῷ Δάφνιδι. Orationem satis perplexam ordines legendo γελῶσαν. Excidit $\bar{\nu}$, quod aliter corruptum videtur in Schol. Hom. Odyss. *P*, 218. Harlej. *Porsonus*: „ὡς prius explicatur ὄντως, posterius πρός." Legendum haud dubie οὕτως, quod sensus requirit, et quae assidua fere est permutatio. cf. *Schaefer.* in Append. ad *Bast.* Ep. Crit. p. 8. *Porson.* in Adverss. p. 125. Lips. *Jacobs.* in Additam. Animadvss. ad Athen. p. 147. et ad Anth. Gr. T. XIII. p. 32. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 164. *Sturz.* in Lex. Xenoph. T. III. p. 292. Varr. Lectt. in Aeschyl. S. c. Th. v.

τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. Illud πρώτου quum, nisi forte Scholiasten Stesichori ἐπιθαλάμιον Ἑλένης πρῶτον, Theocriti δεύτερον intelligi voluisse putaveris, male se habeat; suspicor, nimis forsan artificiose, in cod. scriptum fuisse ἐκ τοῦ Λ. h. e. λυρικοῦ, et librarium, quum Λ legisset, reposuisse πρώτου. De confusionis proclivitate nihil dicere attinet. cf. *Brunck.* in Append. Not. ad Apoll. Rhod. IV, 1089. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 722. *Porson.* in Adverss. p. 101. ed. Angl. *Ruhnk.* in Ep. Crit. II. p. 137. ed. post. Simplicius legeris προτέρου h. e. πρότερον ἀκμάσαντος. Hujus etiam confusionis exempla passim sunt obvia. cf. *Schaefer.* ad Long. Pastor. p. 396. Quamvis enim πρῶτος subinde dicatur pro πρότερος (vid. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 228. *Herm.* ad Viger. p. 718. sq. ed. nov.), non tamen sine causa *Schaefero* ad Apollon. Rhod. Schol. T. II. p. 89. maxima horum locorum pars vitium contraxisse videtur. *Suchfort.* in Stesich. fragm. p. XXIII. emendavit πρὸ τούτου. — *Rhianus* ap. Steph. Byz. s. v. Δωνεττῖνοι:

Ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ ὀκτὼ καὶ δέκα Κᾶρες.

Metri restituendi gratia vocem ὀκτὼ mutandam censeo in δύο, h. e. η in β. Quas literas a me dici inter se fuisse permutatas, non mirum videbitur ei, qui peculiarem formam reputaverit, qua subinde β a librariis solet exarari, cf. *Porson.* ad varr. lectt. cod. Harlej. ad Hom. Odyss. Ξ, 305. Aliam emendandi viam iniisse *Jacobsium* nunc comperio ex ejus Animadvss. ad Anth. Gr. T. XIII. p. 946., ubi ita scribit:

Ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ ὀκτώδεκα Κᾶρες.

Quod ut a facilitate merito commendatur, ita habet fortasse etiam, quod minus possit arridere. — *Montfauco-*

---

797. — Ad eundem Hom. Il. II, 867. Schol. Leid. ἐκρήτισαν τὴν Ἑλληνίδα φωνήν. „*Estne hoc a κρητίζω, in Creticam linguam converto?*" *Heynius* T. IV. p. 434. Minime vero. Lege ex Eustath. et Schol. min. ἠχρήστωσαν, cujus verbi usum explicat *Schaefer.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 360. sq. et in indice ad Greg. Cor. p. 965. a.

nius in Palaeogr. Gr. p. 359. hanc siglam M parum caute explicat: „*μναῖ*, *minae*"; immo denotat *μναῖ δέκα*, *minae decem*, quemadmodum M, M etc. Idem l. l. p. 141. in inscriptione Athenis reperta *ἐπὶ ΤΟ ΤΡΙΤΟ* perperam legere videtur *ἐπὶ τῷ τρίτῳ*; immo *ἐπὶ τοῦ τρίτου*. Namque, ut ipse affirmat, *O* pro *OΤ* ponitur, neque *ἰῶτα* adscriptum ulli vocabulo in ista inscriptione deest. Tum vocem *+ΘΟΝΙΟΝ* interpretatur *καταχθόνιον*, praepositionem cruce praefixa designari literamque *X* omitti existimans. Dubito. *Χθόνιος* est i. q. *καταχθόνιος*. Pind. Pyth. IV, 77. 83. Aeschyl. Pers. 627. Theocrit. II, 12. Pollux Onom. I, 23. p. 15. ed. Hemst. Schol. ad Sophocl. Electr. v. 1060. „*χθὼν enim loca infera indicat*" *Hermann.* ad Eurip. Hecub. p. 80. — Schol. ad Lucian. de Salt. 69. T. II. p. 305. R. *Νικοστράτου καὶ Φιλοστράτου τῶν ἐν τιν' ἑτέρ σοφισταῖς διαπρεπόντων.* *Hemsterhusius*: „*An potius ἐν τοῖς ι νεωτέροις?*" *M. Solani* emendationem *τιμιωτέροις*, ad quam, si cod. ipsum ob oculos habuit, facillime duci potuit, unice probaveris, si comparas vocem *τιμιώτεροι*, quam accuratissime ex codd. depictam exhibent *Bastii* tabulae palaeographicae. Tab. IV. No. 1. — Steph. Byz. s. v. *Αἰτωλία*. p. 71. ed. Berk. *Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος.* Cujus lectionis vestigia sequens suspiceris *ἐν α Ἀ.* h. e. *ἐν πρώτῳ Ἀ.* Sed codd. praebent *Ἀ. καὶ Ἀ.* unde *Salmasius* non improbabiliter elicuit *κ* h. e. *εἰκοστῷ*. Obstat huic conjecturae, quod Androtionis nonnisi duodecim libri commemorantur. Vid. *Siebelis* V. Cl. in praef. ad Philoch. fragm. p. XXI. qui ibid. p. [illegible]. haec scripsit: „*sed κ' potest etiam decimum significare librum.*" Quod secus mihi videtur. Homericorum enim librorum computationem difficilius huc traxeris. Hariolando operam perdere nolim, sed, ne *ἀσύμβολος* abeam, videndum est, an palaeographiae ope, quae sola in his a corrigendi temeritate manum potest continere, extricari aliquid possit, quod nonnullam saltem prae se ferat veri speciem. Quid multa? Pro *καὶ* substituam *ς'* h. e. *ἕκτῳ*. Vocis *καὶ* et literae *ς* crebra est permutatio. cf. *Schaefer.* in *Boissonadi* notis ad Marini V. Procl. p. 102. et in Append. ad Aristoph. Plut. Hemsterh. ed. nov. p. 491. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 160. — *Antimachus* ap. Suid. s. v. *Ὀργεῶνες* scripsisse

dicitur *ἐν τῇ Λύδῃ γενεᾷ· Καβάρνους θῆκεν ἀβακλέας ὀργεῶνας.* *Schellenbergius*, metrum non curans, in fragm. Antim. p. 82. edidit ex *Valesii* conjectura, quam neque *Ruhnkenius* spernebat, uno versu:

Γένναν Καβάρνου θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας.

Suspicatur tamen, in voce *γενεᾷ* libri Antimachei numerum latere. A qua suspicione equidem tantum absum, ut paene assensuros mihi esse putem lectores corrigenti:

Ἔνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας.

Factae immutationis rationes apparent ex vocum *ΓΕΝΕΑ* et *ΕΝΘΑ* similitudine. *Γ* natum videtur ex *ἰῶτα* adscripto (v. *Hermann.* ad Aristot. Poet. p. 119.) vel ex ductu*)

---

*) Idem observavi in Photii Bibl. p. 521. l. 8. ed. Hoesch., ubi pro *γοεροῖς ἄριστά πως ἐφαρμόζει* Cod. Venet. Nr. CCCCLI. membran. saec. XII., cujus lectiones reperi in *Siebenkeesii* schedis Strabonianis, praebet *γοεργοῖς*. Licet vero codex ille jamjam ab *Hoeschelio* videatur collatus, nec lectiones inde enotatae, ob earum et paucitatem et levitatem, pretiosioribus *ἑρμαίοις* queant adnumerari; operae tamen pretium facturus videor, si, quae apud *Hoeschelium* desiderantur, hic lectorum judicio subiiciam, ita tamen, ut, quae Augustanus vel cancellis appositis abesse monuit, vel in margine notisque proposuit, silentio dimittam. In *Excerpt. e Procli Chrestom.* haec habeo. Pag. 520. l. 38. *Ἀνεγνώσθησαν*] Cod. „*ἀνεγνώσθη*". Cui lectioni qualis honor habendus sit, vide apud *Heynium* in Biblioth. Vet. Lit. et Art. T. I. Ined. p. 13. — p. 521. l. 14. *διαλαμβάνει*] Cod. „*διαλαμβάνειν*". Error librariorum frequentissimus. — Ibid. verba *καὶ περὶ κρίσεως ποιήματος*, ab *Hoesch.* uncinis inclusa, Cod. margini leguntur adscripta. — Ibid. l. 19. *ἑξαμέτροις*] Cod. „*τοῖς ἑξ.*" — Ibid. l. 26. *Πίσανδρος*] *Hoesch.* inclusit hanc vocem, quae deest in Cod. Sed cf. *Procli* Chrestom. in Bibl. Vet. L. et A. l. l. p. 7. — Ibid. l. 37. Quae *Hoeschelius* inclusit, desunt in Cod.; sed in marg. leguntur haec: *περὶ τῶν λεγομένων κυπρίων ποιημάτων.* — p. 522. l. 1. *Ἡγήσιαν*] Cod. „*Ἡγήσινον*". — p. 523. l. 17. *νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη· ὅτι κτλ.*] Cod. „*νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων· νόμιμος δὲ ἐπεκλήθη, ὅτι κτλ.*" — Ibid. l. 19. *στολῇ χρησάμενος*] Cod. „*στολὴν χρην.*"

calligraphico (v. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I. p. 158. sq.), et *E* cum *Θ* permutatum exquisitissimis exemplis illustrant *Valcken.* in Ep. ad Roever. p. XLVI. *Bast.* in Commentat. Palaeogr. p. 714. Formam ῥογχῶντας defendet Homeri κυκειῶ Il. λ, 624. 641.

Sed jam inhibenda est oratio, ne quis mihi taedio captus acclamet illud: „*Ohe! jam satis est ineptiarum.*" Verumtamen hinc discedere nequeo, quin, quasi coronidis loco, appingam tabulam, in qua vocabula ex *Tzetzae Carminibus Heroicis* deprompta recensentur, quibus Lexica nostra carent. Multi enim nunc, sive data opera, sive in transcursu, ad Graecae linguae

---

Quod non spernendum videtur. Namque sequiores Graeci χρῆσθαι cum quarto casu jungere solent. cf. *Schaef.* ad Excerpt. Cod. Vat. post Gregor. Cor. p. 691. — Ibid. l. 21. ἡρώῳ μέτρῳ] Cod. „ἡρώων μ." — Ibid. l. 29. θεῶν] Cod. ignorat. „Sed „spatium vacuum, quod voculis τῶν et ἀνεῖται interest, „denotare videtur, apographum incertum fuisse, quidnam „poneret." Collat. — p. 524. l. 25. παραπλέκοντα] Cod. „παραπλέκοντας". — p. 525. l. 3. δάφναις καὶ ποικ. ἄνθ.] In Cod. deest „καί". — In *Excerpt.* e *Flav. Josephi Antiquitt. Judd.* p. 98. l. 13. τοῦ πατρός] deest „τοῦ" in Cod. — Ibid. l. 15. οἱ δὲ usque ad ἔγγονοι omnia desunt in Cod. cf. *Hoesch.* ad h. l. — In *Excerpt.* e *Joann. Stob. Eclog.* p. 190. l. 21. κενοῦ] „Olim in Cod. erat καιροῦ, quod a manu recentiori „in κενοῦ transmutatum est." Collat. — Ibid. l. 27. περὶ ἐκλείψεως] Cod. addit „καὶ ἐμφάσεως". — p. 192. l. 13. Verba περὶ φρονήσεως — περὶ ἀκολασίας desunt in Cod. — p. 194. l. 27. Μύρων] deest in Cod. — In *Excerpt.* e *Ptolem. Hephaest. Hist. Nov.* p. 243. l. 29. in Euphorionis versu τὸν post μοῦνος deest, uti in ed. *Hoeschel.*, sed insere cum Jos. Scaligero τοι post Κωκυτός, ut versus sibi constet. — p. 244. l. 29. αὐτῷ] Cod. „αὐτοῦ". — l. 18. τὸ γένος ὄν] Bene Cod. „ὤν". — p. 248. l. 14. ἐπιδιδοῦσαν] Cod. „ἐπιδοῦσαν". — p. 251. l. 23. Ἀπολλώνιος δ' ἐν τοῖς τοῦ Φιλοπάτορος χρόνοις — γεγονώς] Cod. „Ἀπ. δ' ὁ ἐν τοῖς κτλ." quod praeplacet. — p. 252. l. 35. γεγόνασι νδ'] Cod. „γεγ. ιδ'". — p. 253. Σκινδαψὸν] Cod. „Σκίμψανδον". — l. 22. καὶ ὡς Ἑρμ.] in Cod. deest „καί".

dictionaria ditanda studium suum industriamque conferunt, quorum ut levarem aliquantisper curas, adii inelegantissima jejuni poëtae carmina, quae eo, quo dixi, consilio nondum a quopiam videbantur esse inspecta. His ἐν παρόδῳ admiscui alia, quae aequi bonique consulant eruditi lectores, qui, sicubi aliquid vel omissum vel prave administratum repererint, ignoscent mihi per talia spineta reptanti.

ἀγκυλόφυλλος Hom. 144. Posth. 84. 630.
ἀγκυλόδειρος Posth. 74. Ex Oppian. Hal. IV, 630, enotavit jam *Passowius* in libell. de Lexic. Gr. p. 75. — ἀγκυλόδων Quint. Sm. VI, 218.
ἀγλαόπυργος Hom. 417. Ἴλιον.
ἀελλόδρομος Anteh. 189. Ἀχιλλεύς.
ἀκρήδεμνος Hom. 452. Ex aliis dedit *Passow.* l. l. p. 77, — ἀδάϊκτος Quint. Sm. I, 196. cf. *H. Steph.* Append. Thes. L. Gr. p. 267. — ἀλόχευτος Coluth. 180. Exstat etiam ap. Steph. l. l. p. 364. ex Hesych. et Suid. desumtum. — ἀμηχανής Homer. Hymn. in Merc. 447. — ἀπροσμιγής Steph. Byzant. s. v. Σῆρες et Eustath. ad Dionys. Perieg. 752. — ἄστρεπτος Tryphiod. 116. — ἀφθορόνυμφος vocatur Beata Virgo in Hymn. Alphab. in *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 626. ed. Harl.
ἀλγεόδωρος Anteh. 245. — ἀλγηρὸς non solum apud τοὺς ό, ut *Schneiderus* statuit, sed et ap. Tryphiod. 582. occurrit. Ex Hesych. allegat *Stephanus* in Thes. T. I. p. 314.
ἀλιτρεφής Hom. 291. *Schneiderus* praetermisit; *Stephanus* l. l. p. 367. ex Nonno attulit. — ἀλίτης: ὁ θαλάσσιος. Lexic. περὶ πνευμάτων post Ammon. ed. Valcken. p. 209. — Ibid. καὶ ἀλιασὸς. ἀλίαρτος. Utrumque vocabulum ignotum; nec posterius de urbe intelligendum, quippe nude positum contra auctoris consuetudinem. Suspicor igitur legendum esse ἀλίαστος (cf. *Heyn.* ad Homer. Il. T. VI. p. 355,) et ἀλίαρος. Hoc vitium obsidet quoque Zonarae Lex. p. 119. detersum a *Schleusnero*. V. S. V. in Auctar. Observv. in Suid. et Hesych. P. II. p. 39. — In eodem Lex. π. πνευμ. p. 232, pro ἐλαιδόχον scrib. ἐλαιοδόχον.

ἀνδρολόγος Posth. 575. λίθος.
ἀνδρoόμοιος Posth. 370. Κασσάνδρῃ.
ἀνδροφονεύς i. q. ἀνδροφόνος. Hom. 341. De similibus formis cf. *Jacobs.* ad Anthol Gr. T. XII. p. 243. in Actt. Monacc. T. I. p. 125. *Graef.* ad Meleag. p. 119.
ἀνθερόχειλος Posth. 506. cf. *Jac.* ad h. l.
ἀπερωή Anteh. 89. 291.
ἀποστροφέω Hom. 283. — ἀπαίθω Quint. Sm. I, 695. — ἀπαλάμπετος i. e. ἀλάμπετος corrigit *Hermannus* in Hom. Hymn. in Merc. XXXII, 5. — ἀπομεστόω. cf. *Abresch.* ad *Cattier.* Gazophyl. p. 73. — ἀποσκοπιάζω Quint. Sm. VI, 114. — ἀποφαιδρύνω Id. V, 616.
ἀπρὴγξ Anteh. 138. Vitium typographicum pro ἀπρήξ, quod in ἀπρὶξ mutandum videtur, de qua voce consulendus *Ruhnk.* ad Timaeum p. 47. sq. ed. alt.
ἀριστοφόνος Anteh. 322. — ἀριστοτόκεια Tryphiod. 401. cui accedat ἀνακτοτόκειος Hymn. in Beat. Virg. l. l. et ἀοιδοτόκος Ep. Nestor. I, 3. T. III. p. 54. Lips.
ἀτραπτητός Posth. 78. mutandum est cum *Jac.* ad h. l. in ἀτραπητός. cf. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 434.
αὐτομόλησις Posth. 533. 573. — αὐτόσπορος Aeschyl. fragm. Prom. Solut. ap. Steph. Byz. s. v. Ἄβιοι.
ἀφλεγέως Hom. 50.
βαρύφονος Hom. 228. μῆνις. Commodius fortasse legetur βαρύφρονος, ad Αἰακίδαο relatum. De confusione literarum φ et φρ vid. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 747. sq.
βερεθριόωσι μελάθροις Posth. 134. Vox haud dubie corrupta.
βολεὺς i. q. βάλλων. Anteh. 393.
βραχυῆλιξ Tzetz. Schol. ad Posth. 661.
γειαροτὴρ Anteh. 202. Posth. 274.
γλαχόχρους Anteh. 224. Scrib. γλαγόχρους. Vid. Posth. 380. 527. Anteh. 353., ubi non opus videtur emendatione *Graefii* ad Meleag. p. 81. γλαγερόχρους.
γυιοτρομέω Hom. 312.
δμωϊὰς i. q. δμωῒς. Hom. 388.
δύςγονος Anteh. 46. υἱός.
ἔκμονος Hom. 277. Vocem corruptam praeclare emendavit *Lobeckius* ad Sophocl. Ajac. p. 351. reponens ἄκμονος i. e. οὐρανοῦ.

ἔκπαθεν Anteh. 158. Corruptelae suspicio adest. Sed adde Lexicis: ἔκλαμπρος, ἔκστιλβος, ἐκστίλβω ex Heliod. χρυσοπ. v. 103. 130. 166. 197. 208. ap. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 121. sqq. ed. Harl. Immerito igitur *Schneiderus* prioris vocis fidem addubitat.

ἔλιθριξ Anteh. 224.

ἑλίχρυσος adject. Anteh. 127. θριξὶν ἑλιχρύσοισιν.

ἐναρπάζω Posth. 273. Fort. ἀναρπάζων. — ἐνικτερεῖζω Tryphiod. 179. — ἐνστρωφάω Quint. Sm. I, 308. — ἐνωπαδὸν Id. II, 84. i. q. ἐνωπαδίς; de quo cf. Schol. Apoll. Rhod. IV, 720.

ἐπάελπτος Posth. 108. — ἐπαΰτέω Quint. Sm. IV, 41...

ἐπιβράχω Hom. 105. ἐπέβραχεν.

ἐπίδμων Posth. 89. — ἐπιόπτης Hom. Ep. XII, 1.

ἐπίκρυπτος Schol. Tzetz. ad Posth. 282.

ἐπιλαμπής Anteh. 215.

ἐπινύκτερος Posth. 135. — ἐπινάω Tryphiod. 652.

ἐπιστροβέω Hom. 462. — ἐπιφορβέω Hom. Hymn. in Merc. 105.

ἐπορθεύω Hom. 316. — Accedant etiam haec: ἐπαθρέω Tryphiod. 107. Quint. Sm. I, 111. ubi tamen Tychsenius edidit ἐσάθρησα, quod sane est usitatius. — ἐπαλγύνω Quint. IV, 416. — ἐπαχθέω Tryphiod. 690. Sic deest in Lexic. etiam ἐπάχθομαι, cf. *Schaef.* ad Aesop. Fab. ed. Heusing. nov. p. 107. — ἐπάχνυμαι Tryphiod. 424., in quo tamen *Schaeferus* in Melet. Crit. Sp. I. p. 105. rectius divise scribit ἡμετέρῃσιν ἔπ' ἀχνυμένη θαλίῃσιν. — ἐπικαγχαλάω Quint. I, 161. II, 374. — ἐπικέρτομα ludibria. Id. I, 136. — ἐπιλευκευτής. cf. *Jacobs.* in Actt. Monacc. T. I, p. 124. — ἐπιοινοχοεύω Hom. Hymn. in Ven. 205. — ἐπιόπτης Hom. Ep. XII, 1. — ἐπιπροχέω Hom. Hymn. in Pan. 18. — ἐποχμεύω Tryphiod. 107.

ἐριφλεγής Anteh. 313.

εὐαύχην Posth. 478.

εὐθώραξ Posth. 528.

εὐρυβέρεθρος Hom. 474.

εὐρυπώγων Posth. 654.

εὐσθενής Quint. Sm. XIV, 635.

εὔστηθος Posth. 470.

ἐχιῆτις Posth. 583.

ζυγοστασία Anteh. 267.

θεόφοιτος Posth. 571. Tryphiod. 374.
καλλίμαστος Anteh. 357. Posth. 506.
καλλίχροος Anteh. 85.
καρτερόγουνος Posth. 55. 93.
καταῤῥὶς Posth. 658. 673.
κλεψιγυμέω Hom. 152. — κλεψίφρων Hom. Hymn. in Merc. 413.
κορδόθριξ Posth. 661. ubi cf. Schol.
κραιπνοσύνη Hom. 215. — περιφροσύνη Coluth. 194.
κυανέθειρος Hom. 268. — κυανοκρήδεμνος Quint. IV, 115. 381. V, 121. — κυανοπλόκαμος Id. V, 345.
λευκοθηριάω Anteh. 116. λευκοθημιόωσα corruptum videtur, nisi poëtaster Helenam vel cum splendidissima nive candore certantem dixisse putandus est. Quod si ita se habet, malim ἀργενναῖς χιόνεσσιν.
λιθόχροος Posth. 272. Corrupta vox.
μακρόῤῥις Posth. 563. 472. 478.
μακρόχρονος Posth. 744.
μακρόψις Anteh. 399. Posth. 369. 659. 665.
μεγάκυκλος Posth. 763.
μελίχροιος Posth. 366.
μεσοῆλιξ Posth. 368. 475. 660.
μικρόμαστος Anteh. 354.
μικρόπος Posth. 372. 506. V. *Schaef.* ad Dionys. Halic. de Comp. V. p. 60.
μιλτόχροος Posth. 269.
ξανθογένειος Posth. 669.
ξανθοέθειρος Posth. 381. 657.
ὀβριμόεθνος Posth. 738.
ὀβριμόεις Hom. 247.
ὀβριμόφωνος Hom. 267.
ὀϊστοφόρος Posth. 46. 85. 159.
ὀλόθριξ i. q. οὐλόθριξ. Hom. 268.
ὀλόλευκος Posth. 667. — ὀλόσφαλτος Schol. ad Anthol. Gr. T. VI. p. 182. ed. Iac. — ὀλότος Lex. π. πνευμ. p. 232., quod fortasse mutandum est in ὀλότης, quae vox non caret auctoritate. cf. *Matthaei* Lectt. Mosqq. T. II. p. 51.
ὀπισθοπρόσωπος Schol. Tzetz. ad Posth. 168. — ἀντιπροσώπως ibid.
ὀρχοσφάλτης Hom. 69.
οὐλοέθειρος Anteh. 356. Posth. 662.

παλαίχρονος Hom. 385.

πανάστερος Posth. 58.

παναφραδής Anteh. 353. — πανάφυλλος Hom. Hymn. in Cer. 452.

πανιλαδόν Hom. 432.

παντερπής Hom. 208. Ex Oppian. Cyn. III, 149. produxit *Passow*. l. l. p. 101.

παραυτόθι Anteh. 193.

περίδουπος Posth. 457.

περιπρεπής Anteh. 111.

περιτεύχω Anteh. 249.

περιτρωάω Anteh. 281. — περιδαμνάω Quint. III, 21. VI, 276. — περιδηριάω Id. IV, 165. VI, 287. — περιμαρμαίρω Id. V, 114. — περικλάζω Tryphiod. 249. — περικλονέω Quint. II, 649. III, 707. — περισπαίρω Id. I, 624. — περιστροφέω Id. VI, 504. — περιτρύζω Id. XIV, 265. — περιφρίσσω Id. III, 184.

πιναροχαίτης Anteh. 398. 400.

ποδοσφαλέω Hom. 443.

ποιητρόφος Hom. 210. Ex Opp. Cyn. I, 459. laudat *Passow*. l. l. p. 94.

ποινητείρα Posth. 35.

πολεμήτωρ Hom. 87. Eandem vocem Oppiano Cyneg. III, 204. ex Cod. Reg. restituit *Hermannus* ad Orph. p. 740.

πολύευνος Hom. 152.

πολύχροιος Anteh. 213. — πολύχροος Fragm. Uffenb. ap. *Jacobs*. ad Anteh. 265. Nubem vocabulorum hujus compositionis ex inexhaustis doctrinae suae latifundiis depromsit *Schaeferus* ad Dionys. l. l. p. 200. sqq. Mihi nonnisi haec addere licet: πολυαής Quint. I, 253. — πολυαχθής Id. III, 421. — πολυμήκετος Id. II, 452. — πολυσθενής Id. II. 205. III, 128. — πολύστικτος Orph. Fragm. VII, 15.

πρόατος Anteh. 360. v. *Jac.* ad h. l.

προδοτήρ Anteh. 382.

προτεύχω Anteh. 380.

πρωτοτοκεύς Posth. 538.

πυκνοέθειρος Posth. 471.

πυριεργής Hom. 54.

πυρροποίκιλος Schol. Tzetz. ad Posth. 345. V. *Steph.* Thes. L. Gr. T. III. p. 619. et Plin. H. N. XXXVI, 8. 22.

πυῤῥάχρους Posth. 564. 476. 657.
σιδήρεος, ὁ, ἡ, Posth. 54. Eandem formam ex Opp. Hal. V, 401. dedit *Passow*. l. l. p. 106.
σίμαλος Posth. 377.
στάβαρα Anteh. 261. coll. quos laudat *Jac.* ad h. l.
στεγοποιέω Schol. Tzetz. ad Anteh. 262.
στρεβλόῤῥιν Posth. 665.
ταυρόθροος Posth. 270.
τεσσαράγωνος Posth. 668.
τεσσαράπλευρος Posth. 244.
τευχήτωρ Posth. 151.
ὑγρόπνους Anteh. 207. cf. *Jac.* ad h. l.
ὑγρότος Anteh. 203.
ὑγρῶπις Anteh. 118.
φαολκός Posth. 664. i. q. φολκός ap. Hom. Il. II, 217.
χαλκεοθέμεθλος Hom. 372.
χαλκεόθυμος Hom. 525.
ψεδνοκάρην Hom. 147.

Serius, quam vellem, et plagulis typographo jam traditis, in manus meas venere *Theognis Bekkeri* et *Anthologiae Novae Palatinae tomus secundus*, ex quibus, quae ad emendationes meas vel confirmandas vel infringendas valeant, bona fide hic subjiciam. Sicubi vero alia etiam addenda visa fuerint, lectores ordini parum commodo benevole ignoscant.

Pag. 286. *lin.* 14. — Εἴασε legebatur etiam in Ep. Adesp. DLXXXII. v. 5. Εἴασεν, οὐκ ἄν τις μοι ἴσον γέρας ἔλλαχε φωτῶν, ubi nunc *Jacobsius* in Nov. Anthol. Pal. T. II. p. 843. recte scripsit Εἴασ'. cf. Hom. Il. λ, 323. Od. κ, 166. υ, 164. et al.

Ibid. *lin.* 5. *a fin.* — Sic et alias librarii fluctuant inter IC et H (cf. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 902.); omnium vero frequentissima est participiorum in ισμενος et ημενος confusio. cf. *Schaef.* ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 68. ad Aesop. p. 147. Quare non probem, quod *Jacobs.* in Hegesipp. Ep. III, 3. Nov. Anth. Pal. T. I. p. 227. edidit κεκονιμένα, sed, quum Vat. κεκονημένα, Suid. κεκονισμένη habeat, eo potius inclinem, ut κεκονισμένα praeferam, quanquam me non fugit, nihil praeterea, hoc an illud scribatur, interesse (cf. Intppr. ad Theocrit. I, 30. ad Lucian. Iud. Voc. 45. T. I. p. 158. ed. Reitz.); nisi forte fidem habeas *Oudendorpio* ad Thom. Mag. p. 521., terminationem ιμενος poeticam, ισμενος prosaicam appellanti. Neque adstipulor, quod idem *Jacobs.* in Ep. Cyz. 14, 4. T. XIII. p. 628.

νῦν δ' ἱκέτις αὐτὴ λίσσετ' ὀδυρομένη

scripsit, pro eo, quod Cod. Vat. habet, ἱκέτης. Ita vero dicitur προστάτης pro προστάτις. Cf. quae de his eruditissime, ut omnia, ad Sophocl. Ajac. p. 273. sq. disputavit *Lobeckius*, cujus non desinam mirari doctrinam summa humanitate temperatam. In Anthol. Palat. T. I.

p. 60. integer mansit Codici suus honos, conjectura in marginem ablegata.

MIMNERMUS.

Ibidem inserendus versus abs me male omissus ap. Strab. L. XIV. T. V. p. 508. ed. Lips. *ἐν τῇ Ναννοῖ*, de qua cf. *Ruhnk.* ad Hermesian. Eleg. v. 37.

Κεῖθεν δ' Ἀστυέντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο
Θεῶν βουλῇ Σμύρναν εἵλομεν Αἰολίδα.

Legendum est *Σμύρνην*, quod vss. praecedentes probant. Homer. Epigr. IV. v. 6. *Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα, ποντοτίνακτον.* In versu antegresso restituendum videtur, non *Ἀλήεντος*, quod *Tzschuckius* conjecit, sed *Ἀστήεντος*, quod optimae notae codd. et antiquae versionis latinae editiones omnes referunt. Primus novasse videtur Heresbachius. Sed in fluvii nomine remanet obscuritas, quam nec aliorum scriptorum ope, Tzetz. ad Lycophr. v. 868. et Pausan. VIII, 28, 2. ubi cf. *Facius* T. II. p. 440., facile dispellas.

Pag. 288. *Not.* — Vocem *Χῖος* alias voces sede sua abigentem notarunt etiam *Coray* ad Polyaen. p. 313. *Heindorf.* ad Cic. N. D. I, 42. p. 114. *Χῖος* eodem modo perperam saepius, quam par est, notatum reperitur in editionibus, quae cultissimae et *κριτικώταται* perhibentur. Mirum vero, contrariam quantitatis violationem animadverti in notissima parodia Demodoci Lerii Ep. I. (T. II. p. 56. Br. T. II. p. 56. Jac. T. II. p. 386. Anth. Palat.)

Καὶ τόδε Δημοδόκου· Χῖοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὔ·
Πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης δὲ Χῖος.

Sic editt. vulgatae cum Cod. Vat., cujus contra auctoritatem recte jam *Brunckius*, omisso *δὲ*, scripsit *Χίϊος*, uti et antea dudum laudavit *Casaub.* ad Strab. L. X. p. 747. ed. Almel. (T. IV. p. 338. ed. Lips.), ubi prototypum legitur. In Grammat. Hermann. l. l. praeter id, quod attuli, scribendum etiam *παροξύνεται* pro *παροξύνονται*. In Posidipp. Ep. XII, 2. (T. II. p. 49. Br. T. II. p. 49. Jac.)

ὀκτὼ γιγνομένοις ἓν Χίον οὐχ ἱκανόν

Br. jam probe corrigendum esse vidit *Χῖον ἓν*. Apud eundem IV, 3.

τοῦτόν ὅσον παρ' ἐμοὶ κέκλισαι χρόνον —

ubi idem τοῦτό γ' dederat, restituendum est forsan τυτθὸν h. e. *pauculum illud temporis*, *quo mecum cubas*.

THEOGNIS.

Pag. 288—291. — De *Bekkeri* editione elegorum Theognidis nihil est quod praedicem, quum liber elegantissimus omnium manibus teratur. Repetam hic ordine deinceps ea tantummodo, ex quibus supra fructum percipere nondum poteram, praesertim codicum trium lectiones, quibus V. D. usus est in verbis poëtae ad pristinam puritatem revocandis. — V. 26. Pro πάντας receptum nunc πάντεσσ' ex auctoritate Mut. codicis, egregie damnantis soloecam structuram, de qua vid. *Heyn.* ad Hom. Il. T. IV. p. 483. — V. 250. (256) ita nunc legitur:

πρῆγμα δὲ τερπνότατον, τοῦ τις ἐρᾷτο, τυχεῖν.

Quae lectio e codd. Mut. et Vat. vestigiis exsculpta est, qui habent τοῦ τις ἐρᾶτα τυχεῖν. — V. 274. (280) receptum est e cod. Mut. κατόπισθ', quod ego conjectura refingere tentaveram. — V. 432. (440) nihil annotatum est, nisi hoc, in Vat. et Mut. legi των δ' αὐτοῦκιδεων, quod meae conjecturae videtur quodammodo patrocinari. — V. 1092. (1136) retinuit editor, ut par erat, Οὔλυμπόνδ', a *Brunckio* suisque codd. omnibus repudiatum. Inter eos quoque versus, quos primum publici juris fecit editor e Cod. Mut., legitur exemplum laesae in medio pentametro syllabae v. 1231. sqq.

Σχέτλι' Ἔρως, μανίαι σ' ἐτιθηνήσαντο λαβοῦσαι.
ἐκ σέθεν ὤλετο μὲν Ἰλίου ἀκρόπολις,
ὤλετο δ' Αἰγείδης Θησεὺς μέγας, ὤλετο δ' Αἴας,
ἐσθλὸς Οἰλιάδης, σῇσιν ἀτασθαλίαις.

Quod vitium quomodo sit tollendum, periculosum est judicatu. Namque inter haec nova fragmenta non ipsi Theognidi, sed seriori cuidam poëtae quaedam deberi videntur. Vide igitur, an μὴν legendum sit, quod non prorsus alienum est ab h. l., etiamsi Thomae Magistro p. 615. ed. Bern. credere nolim, τὸ ΜΗΝ παρὰ ποιηταῖς ἀργὸν esse contendenti. Sic idem codex v. 1024. (1058) pro μὴν male habet μέν. — V. 356. (366) spretâ teme-

varia Brunckii inversione editor reduxit veriorem scripturam

δειλῶν τόι τελέθει καρδίη ὀξυτέρη

a *Turnebo*, *Camerario*, *Sylburgio* exhibitam et a codd. probatam, in quibus tantum κραδίη male pro καρδίη, quam formam Theognis non reformidat. Vid. v. 1236. Hom. Il. β, 452. λ, 12. ξ, 152. Praeferendum fortasse etiam aliquis putet, quod exstat v. 998. (1030) sine ulla varietate:

δειλῶν τοι κραδίη γίγνεται ὀξυτέρη.

Sponte corruit *Epkemae* commentum:

δειλῶν τοι κραδίη ὀξυτέρη τελέθει.

— V. 470. (478) Editor *Brunckium* sequitur. Mihi contra vel Athenaeus audiendus videtur, qui versum sic scriptum affert:

οὔτε τι νήφων εἴμ', οὔτε λίην μεθύων,

vel Athenaei et Theognidis codicum lectiones ita sunt conciliandae:

οὔτε τι γὰρ νήφων, οὔτε λίην μεθύων.

— V. 970. (992) *Brunckius*:

ἄλλοτέ τοι πάσχων ἀνιήσεαι, ἄλλοτέ τ' ἔρδων
χαιρήσειν δύνασαι, ἄλλοτέ τ' ἄλλος ἀνήρ.

Bekkerus:

— ἄλλοτε δ' ἔρδων
χαιρήσεις. δύναται ἄλλοτε ἄλλος ἀνήρ —

secutus partim *Epkemae* conjecturam:

χαιρήσεις. ἔσεαι δ' ἄλλοτε ἄλλος ἀνήρ

partim codicis Mut. lectionem:

— ἄλλοτε δ' ἔρδων
χαιρήσει δύναται ἄλλοτε δ' ἄλλος ἀνήρ.

Probabiliter *Bekkerus*, modo ne necessarium ingrati hiatus fulcrum omittatur, sed post δύναται optime collocatum servetur. De formula ἄλλοτε ἄλλος cf. *Schaef*. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 62. et ad Long. Past. p. 403. Est autem in Theognide solemnis hiatus ἄλλοτε ἄλλος parum rarus, ita ut ferri posse videatur. Vid. *Hermann.* ad Orph. p. 732. *Spitzner* de Vers. Gr. Heroic. p. 152. — V. 1024. (1058) *Brunckii* vestigia presse legit

editor. Recte. Neque enim audiendae sunt pravae codicum lectiones, in quibus quod Mut. *μεν δ'* praebet, est ex solita vocum *καὶ* et *δὲ* confusione palaeographica, de qua fusius diximus alibi, et quae ab eodem codice supra v. 671. (663) similiter committitur. Quam vim habeat *καὶ μήν*, non opus est monere. — V. 1032. (1066). Lectionem a *Br.* agnitam secutus est *Bekkerus*. Quam vero ego ad vitandum hiatum suaseram verborum inversionem, antea jamjam, ut idem monet, commendaverat *Epkema*; invito autem me scriptum est *τερπνότατον* pro *τερπνότερον*. Jam vero reliqua brevis syllabae productae et hiatus exempla, quae e Theognide commemoravi, ita sunt pertractanda, ut, quid nova editio vel confirmationis vel confutationis afferat, ante lectorum oculos ponatur. V. 11. rediit in pristinam sedem forma *θηροφόνη*, codicum omnium auctoritate et virorum doctorum exploratione satis superque communita. V. 319. (329) nihil enotatum est e codd. Quamobrem aut acquiescendum est in *Hermanni* conjectura:

καὶ βραδὺς, εὔβουλος δ', εἶλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων,

aut scribendum *εὐβουλεύς*, de qua forma in nomine proprio perquam usitata ipse *Hermannus* disserit ad Orph. Argon. v. 24. p. 16. et *Gesnerus* in ind. s. h. v. Adde Diod. Sicul. V, 72. T. I. p. 388. ed. Wess. Similes aliarum vocum formas enumerant Grammat. ap. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 910. ed. Schaef. *Bergl.* ad Alciphr. I, 1, 4. *Hemsterh.* ad Luc. M. D. XI. T. I. p. 377. Reitz. *Valck.* Ep. ad Röver. p. LI. sq. coll. *Pors.* et *Schaef.* ad Eurip. Med. v. 5. — V. 453. (461). Nec huic loco medentur codd., quem variis modis aliquis possit corrigere, vel *οὐ νοῦν ἔχε* (ubi contracta forma non abhorret ab usu poëtae. cf. v. 878. siv. 898. et 1137. s. 1183.), vel *νόημ' ἔχε* ex v. 1041. (1083) et 1105. (1149) *αἰὲν ἐν ἀλλοτρίοις κτεάνοις ἐπέχουσι νόημα,* vel *νόον τρέπε* e v. 371. (379) *ἤν τ' ἐπὶ σωφροσύνην τρεφθῇ νόος* (ubi cf. Brunck. de structura), vel *νόον θέσο*, vel *ἔχε φρένα*, vel denique, quod consultissimum videtur, cum *Hermanno* l. l. *νόον σχέθε*. — V. 928. (951) *Passowius* apud *Bekkerum* scribi jubet *καταμμάρψας*. — V. 1075. (1099) *Βρόχον ἀποῤῥήξας Schaefero* ad Schol. Apollon. Rhod. T. II. p. 137. mutandum videtur in *βρόκχον*; sed *Hermannus* in novo de metris Gr. et

Rom. opere p. 60. ob arseos vim et accentum excusat. — V. 261. (267)

Γνωτή τοι πενίη, καὶ ἀλλοτρίη περ ἐοῦσα.

Gerhardius in Lectt. Apollon. p. 161. corrigit *καὶ ἄμ' ἀλλοτρ.* Cod. Mut. *τε* inserit ante *καὶ*, quod aut retinendum est, quum haec Theognidis carmina non arcto nexu inter se cohaereant, aut mutandum in *γε*, quod bene congruit cum auctoris sensu. — V. 660. (668) olim erat *θεοὶ καὶ γάρ*, nunc legitur e Mut. et Vat.

θεοὶ γάρ τε νεμεσῶσ', οἷσιν ἔπεστι τέλος.

Noli hoc ferre, sed scribe *τοι*. — Sequuntur hiatus, in quibus omittam eos, qui veniam facile impetrant. De v. 159. (157) *ἄλλοτε ἄλλως* dictum est antea. — V. 161. (159)

Μή ποτε, Κύρν', ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα. οἶδε γὰρ οὐδεὶς —

Hoc cujus generis sit, nemo non videt. — V. 244. (250)

— ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.

Justo audacius foret, codicibus silentibus, reponere velle *ἀλλά σε δῶρα ἀγλαὰ Μουσάων πέμψει ἰοστεφάνων*, idque eo magis, quod vocabulum *ἴον* ejusque composita subinde hiatus antecedit, etiamsi, an digamma aeolicum hic agnoscendum sit (cf. *Heyn.* ad Hom. Il. T. VI. p. 170.), decernere non audeam. Homer. Il. *λ*, 298. *ἧτε καθαλλομένη ἰοειδέα πόντον ὀρίνει.* *ψ*, 850. *αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον.* Odyss. *δ*, 135. *ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα.* *ε*, 72. *ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου*, ubi alii *σίου* voluerunt corrigere. *ι*, 426. *καλοί τε μεγάλοι τε, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχοντες.* Hesiod. Theog. 844. *καῦμα δ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεχεν ἰοειδέα πόντον.* Theocrit. XXIII, 29. *καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι.* Notissimi carminis (cf. *Hermann.* Handb. der Metrik §. 359. et *Boeckh.* über d. Versm. des Pind. p. 358. sqq.) versus ap. Athenaeum: *ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ ῥόδα; Spitznerus* de vers. Graec. heroic. p. 132., nescio an recte, huc trahit etiam Odyss. *ξ*, 50. *ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγός.* De cujus vocis explicatione cf. Schol. min. h. l. *Stephan.* Thes. Gr. L. Append. p. 1089. *Beckm.* ad Antig. Caryst. p. 145. sq. Exemplorum allaterum rationem

non esse unam et eandem, memet ipsum non praeterit. Infra vv. 1304. 1332. et 1383. simillimum hemistichium, sed sine hiatu, legitur:

ἕξεις Κυπρογενοῦς δῶρον ἰοστεφάνου.*)

— V. 264. (270) *Bekkerus* e Mut. cod. recepit ἐχθρῇ laudato *Hermanno* ad Orph. Hymn. LXII, 9. — V. 323. (333)

μή ποτε φεύγοντ' ἄνδρα ἐπ' ἐλπίδι, Κύρνε, φιλήσῃς.

De veritate hujus hiatus, cui non medentur codices, nondum mihi persuadere potui, etsi, quomodo excusari possit, bene scio. cf. *Spitzner.* de vers. Graec. heroic. p. 142. sqq. Emendandi viae patent plures. Tutus ab omni conatu videtur v. 809. (831)

Πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα.

— V. 405. (414). Commode cod. Vat. exhibet οὐδέ μέ γ' οἶνος, idemque voluit Mut. praebens ουδε μετ' οινος. Non fuisset audaculi, textum labantem necessario hoc fulcro sustentare. — V. 461. (469). Hic quoque editor ex Mut. certam petiit emendationem ὅντιν' ἂν ἡμῶν. — V. 553. (541)

Δειμαίνω, μὴ τήνδε πόλιν, Πολυπαΐδη, ὕβρις —

Minorem offensionem inesse putat *Gerhardius* l. l. p. 147. quod quintus pes a quarto non separetur. — V. 875. (895). Praeclare nunc poëtae manum restituit e Mut. *Bekkerus*:

γνώμης δ' οὐδὲν ἄμεινον ἀνὴρ ἔχει αὐτὸς ἐν αὑτῷ

et opportune laudavit vs. Archestrati ap. Athen. VII. p. 321. D.

τὴν ἀρετὴν γὰρ ἔχει τῆς τέρψιος αὐτὸς ἐν αὑτῷ.

---

*) Crebra confusione talium compositorum corroboratur vox ἰόκολπος in Alcaeo ap. Apollon. Dyscol. p. 562. ed. Sturz. (cf. *Hermann.* ad Greg. Cor. p. 886. et *Bast.* in Ind. p. 1010. a.). Sic ἰοειδής et θεοειδής in Orph. Arg. v. 920.; ἰοστέφανος et εὐστέφανος in Hom. Hymn. in Ven. III, 176. et VI, 18. quod apprime convenit. coll. *Ruhnk.* Ep. Crit. I. p. 57. ed. alt. Sine varietate legitur ἰοστέφανος ap. Marian. Ep. II, 4. (T. II. p. 511. Br. T. III. p. 212. Jac. T. II. p. 235. Anth. Palat.).

— V. 910. (930) *Bekkerus* dedit οὐκὲθ', sed dare eum voluisse κοὐκὲθ', apparet e nota subjecta. — V. 967. (989) πῖν' ὁπόταν. „Sic Vinetus, Camerarius, Sylburgius, scripti mei omnes. Brunckius πῖνε ὅταν." *Bekk.* ad h. l. — V. 971. (993)

Εἰ θέλῃς, Ἀκάδημε, ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν.

Similiter Theocrit. I, 61. αἴκεν μοι τύ, φίλος, τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς. Cf. quae ad v. 323. (533) monuimus. — V. 965. (987) novo deformatur hiatu:

αἵ τε ἄνακτα φέρουσι δορυσσόον ἐς πόνον ἀνδρῶν —

„Sic Mut. Vulgo αἵ τε περ ἄνδρα φ. Vat. αἵ τ' ἀναφέρουσι." *Bekk.* ad h. l. Lege τόν, quod non semel cum τὲ confusum legitur. cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 160. — Ex his dilucide apparet, contra pravam incredulorum quorundam opinionem, quantum codices diligentius excussi valeant ad sordes, quas vel editorum desidiosa incuria, vel mala criticorum sedulitas auctoribus antiquis adsperserunt, feliciter abstergendas. Eum vero, qui in elegiacorum poëtarum licentiis excusandis epicorum, Homeri praeprimis, exemplo libere uti vellet, vix viam ab omni parte tutam inire putaverim.

Pag. 291. — *Plat. Philosoph.* Ubi nimis cupide Ἔρωτ' praetuli, Ἔρων e cod. Vat. retinuit *Jacobs.* in Nov. Anthol. Palat. T. II. p. 17. Quae forma licet inusitatior sit, quam γέλων, ferri tamen posse videtur. cf. *Piers.* ad Moer. Att. p. 108. In Apoll. Rhod. Arg. I, 613. τρηχὺν ἔρον, ἅς αὐτοὶ κτλ. Cod. A., notante *Brunckio* in append. not. ad h. l., habet ἔρων: sed cf. *Spitzn.* de vers. Gr. her. p. 61. not. De similibus formis docte, ut solet, exposuit censor Hom. ed. Wolf. in Ephemer. Litter. Jenens. a. 1809. Nr. 244. p. 132. Haud vero praetereundum est, eandem formam eadem in versus sede, praeter locum a me adductum, reperiri etiam ap. Meleagr. XII, 4. τὸν τριπάνουργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ.

Pag. 292. — *Aristotel.* Nunc conjeci προβλῆς h. e. *promontorium*, de qua vocis vi cf. *Musgrav.* ad Sophocl. Philoct. v. 1433. *Bentl.* in Opusc. Philol. p. 500. ed. Lips. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VIII. p. 260. Reperitur quidem apud Grammat. Hermann. p. 450. Nr. 131. forma προβολῆς, quae ductibus literarum foret propior;

sed damnat eam *Bast.* in Commentat. Palaeograph. p. 729. *). Quomodo *Buhlius* sese expediverit, et quid *Th. Burgessius* e Cod. Harlej. lucratus fuerit, ignoro.

Pag. 293. *not.* — Iis, quos de γεραιὼς et πατρῷος laudavi, addo nunc: *Boeckh.* ad Plat. Min. p. 190. *Erfurdt.* ad Sophocl. Antig. v. 1294. ed. min. et quos excitarunt *Jacobs.* in Additam. Animadvss. ad Athen. p. 113. et *Herm.* in novo opere de metris Gr. et Rom. p. 50. sq.

Pag. 295. *lin.* 18. — Philetae versus ap. Athen. ita nunc editur:

Οὐδ' ὕκη, ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγεν,

ubi aliud agens *Schweighaeuserus* (Animadvss. T. IV. p. 451.) singulare pronunciat, quod h. l. genere foeminino dicatur idque metri causa factum videri posse. „Namque," ait, „priora quidem verba omnino speciem senarii jambici habent, licet in posteriori hemistichio non constet ratio, forte quod verbum ἐξέφυγεν in locum alterius, quo usus erat poëta, substitutum est." De ὕκκη cf. *Schellenb.* ad Antim. fragm. p. 69. sq.

Ibid. Not. lin. 8. — Phavorin. ὄρεγμα, βῆμα, ὅρμημα, αἶμα. Lege ἅλμα ex Hesychio, e quo Camers pro more suo (cf. *Bast.* Ep. Crit. p. 36. sq. not. ad Gregor. Cor. p. 216. ed. Schaef.) rivulos suos irrigavit et apud quem *Toupium* Emendatt. T. IV. p. 344. verba priora infelici manu attrectasse facile concedo *Husckkio* in Anal. Crit. p. 144. Ita Lex. in *Bekkeri* Anecdd. Grr. T. I. p. 379, 6. ἅλμα. πήδημα.

Pag. 296. *not.* — De soloeca structura conjunctionis ἢν etc. cf. etiam *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 340. et *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 269. Hic etsi (T. VI. p. 53.) L. IV. c. 32. bene suadet ὅτε pro ὅταν et (T. VII. p. 78.) L. XII. c. 4. ἐπειδὰν — προάγῃ pro προάγει, tamen a recta via aberrat ad L. XIII. c. 8. (T. VII. p. 154.).

---

*) Contra neglectam (vid. *Bast.* l. l. p. 919. sq.) arbitror literam ο in voce εὐκλώτερα, quae legitur in Excerptis e Macarii Chrysocephali ῥοδωνιᾷ ap. *Villois.* Anecdd. Gr. T. II. p. 12. εὐκλώτερα τοίνυν τῶν ἀνδρῶν καὶ ταῖς νόσοις ἐκκείμενα, ubi corrigendum videtur εὐκολώτερα.

Polybium omnino non abhorruisse censens ab isto soloecismo. Sed, nisi quid excerptoris manus addiderit, vel parum fideliter descripserit (vid. *Reisk.* ad h. l.), ἐπειδὰν — ἀνέστησε καὶ περιέπτυξε et ὅταν σὺν προςήρεισε mutanda erunt in ἐπειδὴ et ὅτε. In Zonar. Lex. p. 1796. pro ὅτε τις ἀποφαίνηται procul dubio restituendum ὅταν. *Heerenius* quum in Eclog. Stob. T. I. p. 50. Ἐπειδὰν — διαλέγηται scripsisset, non debebat p. 921. praedicare, se pro ἐπειδὰν — συμπίπτῃ dedisse e Cod. A. συμπίπτει. Ibid. p. 112. in Eurip. fragm. v. 3. lege ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη pro τυγχάνει. Ap. Quint. Smyrn. V, 435.

ὡς δ' ὅταν αἰετὸν ὠκὺν ὑποπτώσσουσι λαγωοί

scribe ὑποπτώσσωσι. Ibidem X, 89.

καὶ Φᾶσιν, ἠδὲ Γαηνὸν, ὅς οἰκία ναιετάασκεν —

metrum violatur nomine proprio, quod et pictoris est in Epigr. Corn. Longin. II, 2. T. II. p. 200. Anal. Br., ubi rectius Φᾶσις. Nescio itaque, an emendari possit Φᾶλιν, quod nomen occurrit ap. Dict. Cret. I, 18. Perperam enim vulgo etiam fluvii nomen vel in optimis editionibus scriptum legitur Φάσιν, erravitque *Tzschuckius* ad Strab. T. V. p. 84. sq. utramque rationem aeque bonam esse statuens. Codd. meliores in forma producta fere ubique consentiunt. Sed talia explicabuntur alibi uberius. Jam vero non possum, quin intelligentes harum rerum judices rogem atque obsecrem, ne, sicubi postea a praeceptore, cujus manes semper colam, dissentire coactus fuerim, ingrato arrogantique animo id tribuere velint, a quo, ut debeo, me sentio alienissimum.

Pag. 298. *lin.* 7. — Laidis, nobilissimae meretricis, nomen in mentem revocat memoriam fluvii alioquin inauditi Ναΐδος ap. Schol. Paris. Apoll. Rhod. IV, 287. Quam famam secutus fuerit *Car. Stephanus* in Lexic. Hist. Geogr. „Nais, fluvius, qui ex Tauro monte nascens in Pontum mergitur“ equidem nescio. Scholiastae vero verba: Σκύμνος δὲ διά τε Ναΐδος πεπλευκέναι φησὶν αὐτοὺς (Argonautas), καὶ εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν ἀφικέσθαι — ita ad sanam mentem poterunt revocari, ut ex Schol. Vet. rescribas διὰ Ταναΐδος. In antecedentibus Callimachi versus et vox Τιμαγνήτου eodem modo facillime sanantur. Eandem, quam Scymnus, opinionem fovebat Ti-

maeus ap. Diod. Sicul. IV, 16. T. I. p. 300. ed. Wessel., ubi haec leguntur: *ἀναπλεύσαντας αὐτοὺς διὰ τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ κτλ.* quae id, quod volumus, confirmant. Sed omnes has res diligentius tractabit *Spohnius* meus in ea, quam molitur, geographiae Graecorum fabulosae descriptione.

Ibid. — *Alc. Messen.* Idem, quod ego, conjecit *Passovius* ap. *Jacobs.* in Nov. Anthol. Palat. T. II. p. 627., *Graefius* vero ap. eund. *φορβειάς.*

Pag. 299. — *Hedyl. Jacobs.* l. l. T. II. p. 764. pro *φίλε* suspicatur *φίλει.*

CALLIMACHUS.

Ibid. — Fragm. *Bentl.* CLIII. in Etym. M. s. v. *Ἀσσύριοι.* p. 158. Sylb. (p. 143. Schaef.)

Ἥμισυ μὲν Πέρσαι, ἥμισυ δ' Ἀσσύριοι.

Fragm. *Bentl.* CXCVII. ap. Schol. Pind. Ol. IV.

Ἐργῖνος Κλυμένου ἔξοχος ἐν σταδίῳ.

Haec pro sanis nondum habeo. Priori loco fortasse in notis ad Etym. M. *Schaeferi* acumen medebitur; in posteriori noli cogitare de *Κλυμένοι'* (cf. Ephem. Liter. Jenens. a. 1815. m. Novb. p. 255.), sed insere potius *δ'.*

Pag. 301. — *Antip. Sidon. Jacobs.* etiam in Nov. Anth. Palat. T. II. p. 26. exhibuit *λύκοις.*

Pag. 302. — *Meleag.* XXX, 4. Cod. Vat. habet:

θνατὸν ὄντως τὸ Κύπριδος οἰνόμελι.

Graefius dedit *ὄντως τὸ θνητὸν Κ. οἰν.* *Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 502. in nota subjecta conjicit *ἀθανάτων ὄντως Κ. οἰν.* Alii aliter tentarunt. cf. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VI. p. 51. *Brunckius* scripserat *ὄντως εὔκρατον Κ. οἰν.*

Pag. 303. — *Antiphan.* Codicis Vat. lectionem apposita corruptionis nota sic exhibuit *Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 88.

πορθεῖ καὶ τούτους. * *γηρὰν ἀεί μ' ἔλεγεν.*

In ejusd. Ep. IX, 6. *idem* l. l. p. 84. edidit *ἄφνως.*

Pag. 304. — *Antiphil.* Ep. εὐαεῖ legitur etiam in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 286. Simili correctione facta eripiam locum Hesiod. Op. et D. 599.

χώρῳ ἐν εὐαεϊ καὶ ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ

Spitznero de vers. Gr. her. p. 43. inter productiones eum referenti. Metri causa scribo εὐαεῖ. Hom. Il. ε, 865. ἀνέμοιο δυσαέος. ψ, 200. Odyss. μ, 289. Ζεφύροιο δυσαέος. Od. ε, 295. Ζέφυρός τε δυσαής. ν, 99. αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων. Soph. Philoct. 828. εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις, coll. antistr. et Drac. Straton. de metr. p. 59, 26. et 43. sq. — Ejusdem Hesiodi corruptissimum exstat fragmentum ap. Eustath. ad Hom. Odyss. δ, 231. p. 165, 14. εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ἐκ θανάτου σαώσει, ἢ Παιήων, ὃς πάντων φάρμακα οἶδεν. Schol. min. ad h. l. et Harlej. Porson. (p. 31. ed. Schaef.) ὑπεκθανάτοιο — αὐτὸς Π. ὃς ἁπάντων φ. εἶδεν, rectius Harl. ὃς πάν (v. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 773.) φάρμακα οἶδεν. Ed. Argent. 1539. p. 59. σάωσον. De conf. εἶδε et οἶδε vid. *Wyttenbach.* ad *Bakii* Posidon. p. 277. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 93. *Jacobs.* in Append. ad *Pors.* Advv. p. 304. ed. Lips. Scribe igitur:

Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ὑπὲκ θανάτοιο σαώσει,
Ἢ αὐτὸς Παιήων, ὃς ἁπάντων φάρμακα οἶδεν.

Aliam corruptelam passa est vox εἶδε in Epist. Adesp. CLIII, 2.

ὃς πλεῖστον Μούσης εἶχε κλέος τραγικῆς.

Fisch. ad Anacr. p. 487. „Pro οἶδε (ita nempe scripsit) in cod. Lips. erat εἶδε, quod Reisq. mutavit in εἶχε, et hoc servavit Brunckqu. Sed εἶδε haud dubie vera lectio est, quam confirmet ipsa temporis ratio.“ Certe εἶχε est verbum frigidum et ab hoc carminum genere alienum. Verba εἶχε, οἶδε et εἶδε inter se permutata sunt etiam ap. Coluth. v. 256.“ Certe κῦδος ἔχοντες et κλέος ἔσχεν leges ap. Simonid. XLV, 1. et Ep. LIX. in *Huschk.* Anal. Crit. p. 286. Si cui elegantiori vocabulo opus videtur, in promtu est εἷλε. cf. Tyrt. Eleg. III, 36. εὖχος ἕλῃ. Nicarch. Ep. XXXVIII, 1. γέρας εἵλετο. Ep. 80, 2. Paralipp. T. XIII. p. 668. κῦδος ἑλὼν et alibi. Sic et γέρας λαβεῖν dicitur (cf. *Herm.* ad Eurip. Hecub. p. 66.) et ἄρασθαι κλέος (cf.

Bast. Ep. Crit. p. 145.). *Jac.* in Nov. Anth. Pal. T. I. p. 232. dedit εἶδε. Prona confusio ob similitudinem literarum Λ et Δ. cf. *Piers.* ad Moer. p. 423. *Valcken.* Animadvv. ad Ammon. p. 192. *Wyttenb.* in Ep. Crit. p. 274. sq. ed. Schaef. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 9.

Ibid. — *Polyaen. Jacobs.* in Nov. Anthol. Pal. T. II. p. 5. edidit

ἔμπλεον οἰδούσης πικρὸν ἔτυψεν ἔχις.

Sed πικρὸς ἔχις est etiam in Oppian. Hal. I. 559.

Pag. 305. — *Alph. Mityl. Jacobs.* l. l. p. 36. recepit πολλῷ γ' —.

Ibid. — *Crinag. Jacobs.* l. l. p. 288. etiam dedit κρηεῖς.

Ibid. — *Parmen. Jacobs.* quidem l. l. p. 40. edidit *Μοῖρα*, sed gaudeo, quod indidem cognovi, *Passovium* in eandem mecum incidisse conjecturam. De confusione literarum ᾰ et ᾱι cf. praeterea *Villois.* in Anecdd. Gr. T. II. p. 4. Veritatis speciem lectio Cod. Vat. sibi conciliare posset e fragm. Moschionis ap. Stob. Ecl. Phys. T. I. p. 152. ed. Heer.

Ὦ καὶ θεῶν κρατοῦσα καὶ θνητῶν μόνη,
Μοῖρα, λιταῖς ἄτρωτε δυστήνων βροτῶν —

ubi haec *Heerenius* annotat: „Grotius legit contra fidem codd. μοῖρ' ὦ λιταῖς, ut versus constaret. Sed nomina in ρα desinentia, praeeunte quoque diphthongo, passim produci, satis constat; eandem vero exclamationem hic repeti, jejunum videtur.“ De hac regula quid sentiendum sit, patet e Drac. Strat. de metr. p. 81, 19. Gramm. Herm. p. 425. Nr. 21. et ex iis quae fusius hac de re disputat *Spitznerus*, antesignanus meus, in lib. de vers. Gr. her. p. 26 — 36. Cum *Grotio* et nobis facit magnus harum rerum arbiter, *Porsonus*, ad Eurip. Phoen. v. 1622. ubi praeclare hoc fragmentum illustrat. Grotii emendatio, non conjectura, praeter rationem metricam nititur etiam argumentis palaeographicis. cf. *Toup.* Ep. Crit. p. 31. ed. Lips. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 192. et *Bast.* Com-

ment. Palaeograph. p. 748., quem jam attulit *Schaef.* ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 325. In Oracul. Sibyll. Lib. I. p. 403. pro αἶρα Cod. Reg. Obsopoei habet αἶραν.

Pag. 306. — *Antip. Thessal. Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 215. edidit ἐντύνουσι θυᾶς, quod propius accedit ad scripturam codicis, commendationemque habet majorem a dialecto carminis dorica, propter quam idem etiam mavult χορυστασίας.

Pag. 308. — *Lucill.* In Nov. Anth. Palat. T. II, p. 431 et 345. legitur δ' et φρίσσων. Ep. XCIX, v. 8. in marginem rejecit *Jacobs.* l. l. p. 308.

Pag. 309. — *Nicarch. Jacobs.* l. l. p. 411. φαίνετ' retinuit, subjecta hac conjectura: φαίνετ' ἔχων ἀναβάς.

Ibid. lin. ult. — *Strat.* Idem l. l. p. 317. conjicit ἡνίκα δ' ἐχθὲς ἔην. Ep. LXXXIII, 2. receptum est δ' l. l. p. 525.

Pag. 310. — *Ep. Ad. ap. Paus.* Eandem, quam ego, verborum transpositionem suadet *Passouius* apud *Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 832.

Pag. 312. — *Dor. ap. Athen. Jacobs.* l. l. p. 769. (cf. praeter eos, quos laudavi, *Valcken.* ad Ammon. p. 39.) eodem modo scripsit δαμάλην. Earundem *) formarum confusio obscuravit Hipponactis versum apud Erotian. Expos. Voc. Hippocr. p. 360. ed. Franz. Τράμιν] τὸν ὄρῥον· ὅνπερ καὶ ἱππόταυρον καλοῦμεν. Ὡς καὶ Ἱππῶναξ φησίν· Ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμιν ὑπορύξασαι. *Liebelius* ad Archiloch. fragm. p. 255. corrigit ὑπορύξαντος. Equidem verba habeam pro versus trochaici fine et scribam

— ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμην ὑπορύξας.

De duplici forma τράμη et τράμις cf. *Steph.* Thes. Gr. L.

*) Quam parum differant in Codd. compendia syllabarum ιν et ην, docet *Porson.* ad Var. Lect. cod. Harlej. in Hom. Od. ι, 199. (p. 56. ed. Schaef.) et *Bast.* Commentat. Palaeograph. p. 766. 768.

Ind. P. II. p. 121., de ὀργάω *Sturz.* Lex. Xenoph. T. III. p. 315. sq. *Jacobs.* in Append. ad *Porson.* Advers. p. 286. ed. Lips. et *Ruhnk.* ad Tim. Gloss. ὀργάσας· μαλάξας, ubi adductus est locus Phrynichi MS., quem *Bekkeri* beneficio editum nunc legimus in Anecdd. Grr. T. I. p. 7, 3. Utrum vero ὑποργάσας, an ὑποργήσας scribatur, definietur, ubi demonstratum fuerit, an, quod pluribus argumentis adductus facile credam, Hipponax puros trimetros et tetrametros scripserit, nec ne. Quam rem patefaciet, qui Hipponactis fragmenta collecta edet. Monstrosum autem vocabulum ἱππόταυρον mutandum est in ὑποταύριον, cujus loco etiam ap. Schol. ad Lucian. Lexiph. c. 2. T. II. p. 321. ed. Reitz. leviori menda reperitur ὑποταῦρον. Subinde commutata reperies a librariis composita ab ἱππο— et ὑπο— inchoantia. cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 95. Levissima vero est ὑποργάσαι in ὑποργάσας immutatio. Confusa ita sunt αι et ας passim in terminatione horum aoristi primi modorum. Schol. Theocrit. I, 78. ex Eurip. Hippol. v. 219. affert θωΰξας pro θωΰξαι. Ap. Diog. Laert. IV, 1, 9. scribitur λέξαι pro λέξας et ap. Schol. Lucian. Jud. Voc. c. 7. T. I. p. 90. R. καταπολμῆσαι pro κατατολμήσας. Denique ὑποργάω adde Lexicis. Alius ejusdem iambographi versus ap. Galen. Expl. Voc. Hippocr. p. 430.

Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, κοὐχ ἁμαρτάνω.

integer legetur, si vocem κόπτων addideris ex Erotian. Expl. Voc. Hippocr. p. 54. Idem ap. Tzetz. l. l. p. 83, 27.

Ἀπό σ' ὀλέσειεν Ἄρτεμις σὲ δὲ κ' ὠπόλλων.

scrib. *Ἄρτεμίς τε χὠπόλλων.*

Pag. 312. — *Ep. Ad.* ap. *Athen.* Vulgatam scripturam τοίη δὴ bene tuetur *Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 820.

Pag. 316. — *Even.* Planudis lectionem *Jacobs.* sequitur Nov. Anthol. Pal. T. II. p. 42.

HELIODORUS.

Heliodori, incertum cujus, carmen meris pentametris constans legitur in Nov. Anthol. Pal. T. II, p. 173., ubi v. 7. 11. et 13. respiciendi sunt, quanquam severioris legis plane expertes.

δῖον Ἀχιλλῆα, τοῦ κλέος οὐράνιον.
ὄλβιε, Πυθιάδι νῦν χθονὶ κευθόμενε.
πᾶν δ' ἀπέρυκε δέος ἁμετέρας πόλιος.

Pag. 318. — *Ep. Ad.* CCLXXIII. *Jac.* l. l. p. 706. exhibuit δήκτᾳ.

Ibid. — *Ep. Ad.* CCCXII. *Idem* l. l. p. 640. mecum consentit in hexametro, in pentametro autem κοὐδὲ conjicit.

Pag. 319. — *Ep. Ad.* CCCXXXII. In lectionem Ed. HSt. recipiendam pronus nunc est *idem* l. l. p. 217. eandemque sequitur etiam in Ep. Ad. CCCLXXXVII. l. l. p. 55.

Pag. 321. *lin.* 1. — Marmoris scripturam presse sequitur *idem* l. l. p. 820.

Pag. 325. *lin.* 7. — Cratini versum intactum transmisit *Valcken.* in Schol. ad Nov. Test. ed. a *Wassenb.* T. I. p. 376.

Pag. 326. *lin.* 7. — *Jacobs.* in Nov. Anthol. Palat. T. II. p. 361. dedit ἔνθεν μάκρ', ἄρας —.

Pag. 327. *lin.* 7. — Θαλάσσια ἔργα leguntur etiam in Hom. Odyss. ε, 67.

Ibid. lin. 22. — Uno similiter versu legendum est Anacreontis fragm. ap. *Fisch.* p. 434.

Εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίναις ἀναμεμίξονται τρίχες.

et p. 461., si modo recte ad Teïum senem refertur,

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· φίλης δ' ἀπέχου Κυθερείης.

Adumbrationem notissimi carminis Alcaei facile quivis animadvertit.

Ibid. lin. 30. — Adde *Valcken.* ad Callim. Fragm. p. 279. sq. et in Schol. ad N. T. T. I. p. 496.

Pag. 330. *Not. lin.* 12. — Procop. Gaz. ap. *Villois.* in Anecdd. Grr. T. II. p. 29. *πόλιν πλεονεκτοῦσαν οἷς φέρειν οἶδε γῆ τε καὶ θάλασσα.*

Ibid. lin. 21. — De ellipsi *μᾶλλον* cf. *Bekker.* ad Theogn. v. 145. et quos laudavit.

Pag. 331. *lin.* 18. — *Ἀναργύρων* nomen et munus explicat etiam *Villois.* in Prolegom. ad Hom. Il. p. XLVIII.

Pag. 333. *lin.* 15. — Aristoph. Av. 1672. *καταστήσω σ᾽ ἐγὼ τύραννον.* Alcaei fragmentum corruptissimum exstat quoque in Schol. Vict. et Townl. ad Hom. Il. XXII, 332. ap. *Heyn.* T. VIII. p. 310. sq. Statii versum ap. *Cic.* de Nat. Deor. I. 6., in quo desperat *Heindorfius*, ita corrigam:

Abs amico amante argentum accipere meretrix nevolt.

Nihil mutavi, nisi *ab* in *abs* et *non vult* in *nevolt*. Ap. *eund.* Tuscul. Dispp. I, 5. verba *Sisyphu'* — *hilum* unius versus esse videntur:

Sisyphu' versat saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.

Ibid. I, 14. verba *serit arbores, quae alteri saeculo prosint*, poetae esse, extra omnem dubitationis locum ponunt, quae adjiciuntur: *ut ait ille in Synephebis.* Cogitaveram de tali versu:

serit arbores, quae saeclo prosint alteri;

sed scrupulum injicit, quod eadem verba eodem ordine ac sine ulla lectionis varietate reperiuntur etiam de Senect. cap. VII. — Ibid. I, 21. *Wolfius* V. S. ita disponit:

— Acherusia templa alta Orci
— — — pallida leti,
obnubila tenebris loca.

Neidius sic:

> *Acherusia templa alta Orci*
> *Pallida Lethes, obnubila tenebris loca.*

Ego malim, omissa cum *Wolfio* voce *obsita*, sic trochaice:

> — *Acherusia*
> *Templa alta Orci, pallida leti obnubila tenebris loca.*

De producta prima syllaba vocis *Acherusia* cf. *Hermann.* ad Eurip. Hecub. p. 59. sq.

— Ibid. I, 44. legam, repetito *vidi*, et *em* in *a* mutato:

> *Vidi, videre quod me passa aegerrime,*
> *Vidi Hectora quadrijugo curru raptarier.*

Eurip. Orest. v. 1488. (Pors.) ὃν εἶδον, εἶδον ἐν πύλαισι Πριαμίσιν.

— Ibid. III, 18. *incendes odores?* [*et*] *sertis redimiri jubebis et rosa?* Haec verba, quoties legi, e poëta sumta videbantur, a quo vide an profectum sit:

> *Incende odores, sertis redimire et rosa.*

Omnium quidem maxime hic Ciceronis liber disjectis poëtarum membris scatet, verum, quum et ipsius oratio altius subinde evehatur, magna adhibenda est cautio, ne nubem pro Junone. Multi sponte tibi obvenient versus, qui, ne Ciceroni inscio et invito exciderint, videndum est. I, 45. possis ita suspicari:

> *Qui virtutis perfectae perfecto est functus munere.*

II, 14. ne verbulo quidem mutato:

> *Ut multus e visceribus sanguis exeat.*

III, 13.

> *Lacerat, exest animum, planeque conficit.*

III, 19.

> *Huic calix mulsi impingendus, ut plorare desinat.*

Multa hujus generis jamjam detecta sunt ad invidiam paene feliciter, sed a *Wolfio* et *Hermanno*, viris oculatissimis, quos mox sequetur *Goerenzius*, qui in nova editione Tusculanarum Dispp. expolienda strenue versatur.

Pag. 537. *lin.* 9. — Alium *Rhiani* versum ex Hom. Il. Schol. Venet. β, 195. petitum memoria lapsus attulit *Spitznerus* de vers. Gr. her. p. 50. Namque vere scribitur *Τοι δ' ηδη επι νηων ευκνημιδος Ἰτωνης*, unde faciam:

Τοὶ δ' ἤδη ἐπὶ νηὸν ἐϋκνήμιδος Ἰτώνης

respiciens Bacchylidem ap. Dionys. Hal. de Comp. Verb. c. XXV.

οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας
χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι.

Quos versus creticos recte quidem disposuit *Goellerus* in edit. Dionys. p. 219. sq., sed *Hermanno* in novo opere de metris p. 201. addendum videtur *μέλος*. De voce *Ἰτώνη* s. *Ἰτωνὶς* s. *Ἰτωνιὰς* s. *Ἰτωνία* s. *Ἰτωναία*, Minervae epitheto, multi egerunt, v. c. *Creuz.* ad fragm. Histor. Gr. p. 44. *Upton.* ad Dionys. l. l. p. 400. ed. Schaef. *Iacobs.* ad Anthol. Gr. T. VII. p. 83. *Casaub.* et *Tzschuck.* ad Strab. L IX. p. 631. ed. Almel. (T. III. p. 408. 614. et 635. Lips.) *Heyn.* ad Homer. Il. T. IV. p. 373. *Schweigh.* ad Polyb. 26, 5. T. VII. p. 578. sq. coll. Schol. Apoll. Rhod. I. 721. ubi aliorum conjectura *ἥρωος* non opus videtur. Antepenultima vero vocis *Ἰτωνὶς* producitur nunc, nunc corripitur. Producitur: Hom. Il. β, 696. *Δήμητρος τέμενος, Ἴτωνά τε μητέρα μήλων.* Apoll. Rhod. I, 551. *Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος.* v. 271. *θεᾶς Ἰτωνίδος ἔργον.* v. 768. *δῶρα θεᾶς Ἰτωνίδος ἦεν Ἀθήνης.* Corripitur: Callim. Hymn. in Cer. v. 75. *ἦνθον Ἰτωνιάδος.* Bacchylid. l. l. Leonid. Tarent. XXI, 1. *Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ.* coll. Dracon. Strat. p. 53.

Ibid. lin. 20. — cf. de voce *Ἀπιδανῆας* *Bredowii* lib. vernac. Untersuchungen üb. Gegenst. der alt. Gesch., Geogr. und Chron. T. I. p. 85. sq.

Pag. 338. *lin.* 18. — Veram scripturam sequitur nunc *Jacobs.* in Nov. Anth. Pal. T. II. p. 851. Grave peccatum *Μιλ.* ignoscamus poëtae infimae Graecitatis ap. *Villois.* Anecdd. Grr. T. II. p. 78.

Pag. 340. *Not. lin.* 5. — Nihili est, quod conjeci *καὶ* pro *δὲ*, quotquot attulerim argumenta palaeographica. Unice verum *δὴ*, quod apud *Villois.* Anecdd. Grr. legi non memineram.

Pag. 341. *lin.* 8. — De confusione vocum *οὖν* et *ἦν* cf. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 75.

Ibid. Not. lin. 8. — De confusione vocum *ὄντως* et *οὕτως* cf. praeter viros laudatos *Coray* ad Plutarch. T. IV. p. 371. *Schweigh.* ad Athen. T. II. p. 685. et ad Polyb. T. V. p. 121.

Pag. 343. *lin.* 8. — De literae *X* hac forma + cf. *Vales.* ad Harpocrat. p. 253. ed. Gron.

Ibid. lin. 2. *a fin.* — De confus. *καὶ* et *ς* vid. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 267.

Pag. 344. *lin.* 9. — *Goettling.* in Animadv. Critt. in Callim. et Achill. Tat. p. 32. e Photii Lex., ubi codd. habent *νεικᾶ*, scripsit *ἐν τῇ Λύδῃ ἐλεγείᾳ· Κ. Θ. κτλ.*

Pag. 347. In enotandis vocibus, quibus caret *Schneideri* Lexicon Graecum, fieri non potest, quin multi fere simul in eadem incidant. Sic vocabula *εὐγύαλον*, *εὐθαλπής*, *εὐκτυπέω* inter alia, me inscio, jamjam commemoraverat *Spitznerus* de Vers. Gr. Her. p. 40. sq. Sed addam: *εὐμογία* e v. 4. elegiae, quam edidit *Villoisonus* in Anecdd. Grr. T. II. p. 179. et quam, si bene memini, nondum relatam legi in Anthol. Gr. Formam *εὐλείμων* cur dubia fide usurpavisse *Schneiderus* dicat Strabonem L. VI. p. 394. Almel. (T. II. p. 224. ed. Lips.), causam idoneam non reperio. Namque, ut taceam codd. omnium consensum, legitur illa in Paul. Silent. Ep. LVII, 2. Hom. Hymn. in Apoll. v. 529. Odyss. *δ*, 607. unde hausisse videtur hymni auctor, et in Hesiodo ap. Strab. L. VII. p. 472., ubi nec *Tzschuckius*, nec *Siebelisius* ad Philoch. fragm. p. 97. scribere debebant *εὐλείμων*. cf. quae

monuimus supra p. 293. Rectius jam Schol. Sophocl. Trachin. v. 1183. Odysseae locum commemoraverat *H. Stephanus* in Thes. Gr. L. T. II. p. 657. C. Sed in Strabonis loco, quem *Schneiderus* tetigit, διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα εἶναι τὰ περικείμενα καὶ ἀνθηρὰ restituendum est χωρία post περικείμενα codd. paene omnium (Moscov. Vat. A. B. Paris. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Escur.) auctoritate. — Inserenda sunt etiam haec: εὐάστερος, quod non, uti *Passow*. l. l. p. 45. monet, legitur Orph. Hymn. II, 3., sed bis in Hymn. IX, v. 3. et 11. Πολυάστερος enotavit *Schaef*. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 200. Adjicio πολυπάνσοφος Orac. Sibyll. L. II, v. 1. — πολύλεξις Schol. ad Dionys. Thr. Gr. Gr. ap. *Villois*. in Anecdd. Grr. T. II. p. 139., quod me aliarum formarum aeque desideratarum commonefacit: Ἐρατῶπις Hom. Epigr. I, 2., quod *Schn.* in dubium vocat. — Ἠλεκτρὶς Orph. Hymn. IX, 6. Ἠλεκτρίδες πύλαι ap. Hellanic. in Schol. Apoll. Rhod. I, 916. (p. 99. fragm. ed. *Sturz*. quem cf. etiam ad Pherecyd. p. 198. ed. alt. una cum *Bast*. in Ep. Crit. p. 189. et *Pors*. ad Eurip. Phoen. v. 1150.) — Ὀλεσίπτολις Tryphiod. v. 453. 683. — Σαόπτολις Coluth. v. 140. — Πυρσωπὴς Orph. Argon. v. 14. ubi cf. *Hermann*.

Ibid. lin. 7 *sqq.* — Vocabulis ab ἀ στερητικῷ incipientibus, quae Lexicis inserenda notavi, accedant haec: Ἀβαρβαρίστως Etym. s. v. Ἑλληνισμός. (Similiter non comparet βαρβαρόφρων Orac. Sibyll. I, 349.) — Ἀπημονία Callim. Hymn. in Jov. v. 92. — Ἀσυνειδησία Gloss. Gr. Lat. — Ἀθλίψητος Orac. Sibyll. I, 159. 192. — Ἀπιστόκορος Ibid. I, 157. 184. 326.

Pag. 348. *lin.* 9. — Vocabula ab ἀπο — inchoantia his augeantur: Ἀπεχθὴς, quod immerito damnat *Schn.*, est ap. Muc. Scaev. in Brunck. Anal. T. II. p. 265. Jac. T. II. p. 241. et ap. Theocrit. I, 104. 141. ubi cf. Intpp. et *Coray* ad Plutarch. T. IV. p. 345. Satis praeterea communivit *Passow*. l. l. p. 100. — Ἀποστίχω, quod *Schn.* ap. Theocr. XXVII, 54. ex mente criticorum quorundam subdubium vocat, sine ulla vitii suspicione exstat in Hymn. Hom. in Cer. v. 114. cf. *Reisk*. ad Theocr. l. l. T. II. p. 322. Addantur etiam: Ἀνακνισσάω Tryph. v. 349. — Ἀναστοναχίζω Quint. Smyrn. II, 634. — Ἀνεπάλλομαι Id. I, 140.

Minus aegre tamen feramus defectum harum formarum: *Ἐννεάκυκλος* Coluth. v. 210. — *Ἐννεακαιδεκαπλασίων* Plutarch. de Plac. Philos. c. XXV. T. IX. p. 530. ed. Reisk. — *Ἑπτακαιεικοσιπλασίων* Id. ibid. p. 527. — *Τρισκαιδεκαπλασίων* Cleomed. Cycl. Theor. L. II. p. 227. — *Χιλιοκαιπεντηκονταπλασίων* Id. ibid. — *Μυριοπλασίων* Id. ibid. saep. — *Μυριόεις* Orac. Sibyll. I, 229. — *Δωδεκάφυλος* Ibid. II, 78. Sic desunt etiam *τετράβιβλος*, *ἑβδομηκοντάβιβλος* et similia, nec minus talia: *βεργαΐζειν*, *ταραντίζειν*, quorum illud est ap. Strab. L. I. p. 81. Alm. et Steph. Byz. s. v. *Βέργη*, hoc ap. Eustath. ad Dionys. v. 376.

INDEX SCRIPTORUM,

QUORUM LOCA EXPLICANTUR, EMENDANTUR, DEFENDUNTUR.

[Numeri paginam indicant, literae iis adjectae singulos, qui hoc volumine comprehenduntur, libellos: H. librum de versu Graecorum *heroico*; M. *mantissam* observationum in Quintum Smyrnaeum; P. dissertationem de media *pentametri* syllaba. Voces asterisco notatae non leguntur in Schneideri lexico graeco; quibus duplex asteriscus additus est, a solis Grammaticis usurpatae videntur.]

*) Cf. *Naekii* Sched. Crit. p. 11. *Fr.*

*) In eandem emendationem incidit *Doederlein* in Specim. Edit. Sophocl. p. 54. Adde Hom. Il. α, 401. τόνγ' ἐλθοῦσα, θεά, ὑπελύσαο δεσμῶν. Odyss. μ, 200. ἐμὲ τ' ἐκ δεσμῶν ἀνέλυσαν. *Fr.*

*) Actum me egisse serius intelligo. cf. *Porson.* Advers. [p. 95. Angl.] p. 82. Lips. *Fr.*

INDEX GRAECITATIS.

Z.

H.

*) Ultimum jam enotavit Schaef. ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 60. Fr.

N.

*) Cf. H. Steph. in Thes. T. II. p. 640. T. III. p. 1761. Eustath. ad Hom. Il. α, 251. Brunck. ad Apollon. Rhod. IV, 1392. Fr.

Φ.

INDEX LATINUS.

EMENDANDA.

H. p. 13. l. 24. dialecti scrib. dialecto.
— Ib. l. 31. post offensus pone comma.
— Ib. l. 32. ab Hermanno propositum est, scr. Hermannus proposuit.
— p. 44. l. 33. ληϊστρῆσιν scrib. ληϊστῆρσιν.
— p. 89. l. 13. sed qu— scrib. sed eorum, qui.
— Ib. l. 14. serimonis scrib. sermonis.
— p. 99. l. 37. inide scrib. inde.
— p. 150. l. 16. jampridum scr. jampridem.
— p. 171. l. 34. ἀβελείβετο scr. ἀπελείβετο.
M. p. 218. l. 1. φέρων refingendum erit. Hoc. scr. φέρειν retinendum erit. Sic.
— p. 223. l. 37. ἕρπε scrib. ἕρπε.

ADDENDA.

Ad pag. 329 sq. De lectionis ibi restitutae veritate eo minus dubitari licet, quum iidem versus eo, quo correximus, modo legantur in Eudoc. Violario apud *Villoison. Anecdd. Grr.* T. I. p. 16 sq.

Caeterum *Heibergii*, scholae urbis Danicae Odensee professoris, programma quoddam, quo continetur *Sylloge vocum Graecarum ex Oppiani Cynegeticis et Quinti Smyrnaei Paralipomenis, quae in Lexico Schneideriano frustra quaeruntur*, anno praeterito editum esse nonnisi fando accepimus. *Fr.*